BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2 B
10
2.
5 - 4 - A - 19

XIV. 14. 5.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS CIVILIS VOLVMEN QVINTVM, QVINQVE POSTERIORES LIBROS COMPLECTENS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



PARISIIS
EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI E REGIONE SCHOLAE DECRETORVM.

M.D.XXVIII.

2663

SYLLABVS CAPITVM OMNIVM SEV TITVLORVM QVINTI VOLVMINIS PANDECTARVM.

LIB. XLV.

De ſtipulationibus.

De duobus reis conſtituendis.

LIB. XLVI.

De fideiuſſoribus & mandatoribus.

De nouationibus & delegationibus.

De ſolutionibus & liberationibus.

De acceptilationibus.

De prætorijs ſtipulationibus.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore.

Iudicatum ſolui.

Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LIB. XLVII.

De priuatis delictis.

De furtis

De tigno iniuncto.

Si quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, & poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe aut corrupiſſe quid dolo malo dicatur.

Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios.

Si familia furtum feciſſe dicatur.

Arborum furtim cæſarum.

Vi bonorum raptorum.

De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.

10 De iniurijs & famoſis libellis.
11 De extraordinarijs criminibus.
12 De ſepulchro violato.
13 De concuſſionibus.
14 De abigeis.
15 De præuaricatoribus.
16 De receptatoribus.
17 De furibus balnearijs.
18 De effractoribus & expilatoribus.
19 Expilatæ hæreditatis.
20 De crimine ſtellionatus
21 De termino moto.
22 De collegijs & illicitis corporibus.
23 De popularibus actionibus.

LIB. XLVIII.

De publicis iudicijs.
De accuſationibus & inſcriptionibus.
De cuſtodia & exhibitione.
Ad legem Iuliam maieſtatis.
Ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupro.
Ad legem Iuliam de vi publica.
Ad legem Iuliam de vi priuata.
Ad legem Corneliam de ſicarijs & veneficis.
Ad legem Pompeiam de parricidis.
Ad legem Corneliam de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano.
Ad legem Iuliam repetundarum
Ad legem Iuliam de annona.
Ad legem Iuliam peculatus.
Ad legem Iuliam ambitus.
Ad legem Flauiam de plagiarijs.

Ad ſenatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus.
De requirendis reis, vel abſentibus damnandis.
De quæſtionibus
De pœnis.
De bonis damnatorum
De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur.
De bonis eorum qui ante ſententiã mortem ſibi conſciuerunt.
De interdictis, & relegatis, & deportatis.
De ſententiam paſſis & reſtitutis.
De cadaueribus punitorum.

LIB. XLIX.

De appellationibus & relationibus.
A quibus appellare non licet.
Quis & à quo appelletur.
Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.
De appellationibus recipiendis vel non.
De libellis dimiſſorijs.
Nihil nouari appellatione interpoſita.
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur.
An per alium cauſæ appellationis reddi poſſint:
Si quis tutor vel curator vel magiſtratus creatus appellauerit.
Eum qui appellauerit, in prouincia defendi.
Apud eũ, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.
Si pendente appellatione mors interuenerit.
De iure fiſci.
De captiuis & de poſtliminio, & de redẽptis ab ho-

tibus.
De re militari.
De caſtrenſi peculio.
De priuilegijs veteranorum.

LIB. L.

Ad municipalem & de incolis.
De Decurionibus & eorum filijs.
De albo ſcribendo.
De muneribus & honoribus.
De vacatione & excuſatione munerum.
De iure immunitatis
De legationibus
De adminiſtratione rerũ ad ciuitatem pertinẽtium.
De decretis ab ordine faciendis.
De operibus publicis.
De nundinis.
De pollicitationibus
De varijs & extraordinarijs cognitionib9, & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicatur.
De proxeneticis.
De cenſibus.
De verborum & rerum ſignificatione.
De regulis iuris.

INTERPRETATIO GRAECORVM QVAE PASSIM IN QVINTO VOLVMINE DIGESTORVM SPARSA INVENIVNTVR.

QVAE LIB. XLV.

τὸ ἰσάζον æqualitas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAE LIB. XLVI

φῶρας παρὰ τὸ φέρειν, ab eo quod eſt ferre.
μήνυτρα præmium inuentionis.
ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ ad ineundum.
ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν ab eo quod eſt tumultuari.
Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμοτάφιοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ἤ τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. Si plebs, vel vicini, vel ſacrificuli, vel nautæ, vel conuiuæ, vel cõmunia ſepulchra habentes, vel in thiaſis ſocij, vel ad prædã ſimul profecti, vel in negotiationem, vel id genus ſimile, alter cum altero cõuenerit, firmum eſto, dum publicis ſanctionibus non contradicat.
ἀνάκρισιν diſcuſſionem
ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα pudenda in pudendis habentem.
τῷ κοινῷ τῶν θετταλῶν Reip. Theſſalorum
ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχεσθαι. publicis abſtinere.
οὐ γὰρ ἡ πληγὴ καὶ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία. οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καὶ περ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν

ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. οὐδεὶς ἂν ὦ ἄνδρες. ἀθηναῖοι, ταῦτα ἀπαγγέλλων δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσιν οὕτως, ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγματος τῷ πάσχοντι καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται. Non enim vnica plaga iræ impetum illi, ſed ignominia ciuit. Neque cędi ingenuis graue eſt, tametſi eſt ipſum graue. Id enim uero demum graue eſt, ad contumeliam cædi. Siquidem multa facere, ò viri Athenienſes, exiſtimari poteſt is qui alium cædit: quorum partem ne is quidem qui verberibus afficitur, indicare ſatis ſermone atque effari poſſit. ipſa perpetrandæ rei ſpecie, obtutu truculēto, vocis atrocitate: adde quum ſugillādi animo, quum inimicum ſe profitendo, denique cum pugnis & quum in malam cædit. At qui hęc promouēt, hæc inquam emouent de mentis ſuæ ſtatu homines contumeliæ atque ſugillationis inſolentes. His commemorandis ò viri Athenienſes, nemo eſt qui rei atrocitatē animis audientiū oculiſque repræſentare queat, præut quidem eſt iniuria re ipſa conſpicua omnibus numeris euidētiæ ijs qui rei ſpectatores fuerunt, ipſique adeò iniuriam perpeſſo.

ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅς' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτείνας, ἄλλον ἐξίκετο δῆμον
ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας:
ὣς ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν Πρίαμον θεοειδέα
θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο.

Ac velut is crebris quem ſors incommoda noxis
Implicat, externas ſe contulit exul in vrbes,
Vtque piet facinus patratæ cædis, ad ædes
Diuitis accedens, mirantia contrahit ad ſe
Ora hominũ hac ſpecie: Priamo ſic ſupplice, Achillis
Circunfuſa cohors comitum ſtupet vt ſtupet ipſe.

ἐὰν ἐπιστάλη τὶς ἡμῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντιγράφωμεν ἡμᾶς ὁτιοῦν, ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν ἢ ψευδῶς ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν εἶναι δόξῃ προδιεγνωσμένον τῶν ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς γραφεῖσιν ἀντεπεσταλκότων. Si epiſtolã miſerit aliquis nobis: & nos aliquid reſcripſerim9: volẽtibus prouocare ab enũtiatione, licẽtia exiſtet. Si enim docuerit vel falſa, vel nõ ita ſe habere quæ miſſa ſunt: nihil à nobis præcognitum eſſe videbitur, qui quaſi aliter habentibus ſcriptis, reſcripſimus.

αὐτοκράτωρ ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ ἑλλήνων. ἐκκαλεῖσθαι μὲν πῶς ἄν τις κωλύοιτο ἀπὸ τῶν δικαζόντων, οὐχ ὁρῶ, ὁπότε ἔξεστι τὴν ἑτέραν ὁδὸν παρεπόμενον ταυτὸ ποιεῖν, καὶ θᾶττον πρός με ἀφικνεῖσθαι. ὕβρει δὲ καὶ βίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐκκαλουμένους καὶ φρουρὰν στρατιωτικὴν περιιστάναι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀποφράττειν αὐτοῖς τὴν δεῦρο ἄνοδον, ἀπαγορεύομεν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν, καὶ πεισθήσονται ταύτῃ μου τῇ προρρήσει, εἰδότες ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει τῆς τῶν ἀρχομένων ἐλευθερίας, ὅσον καὶ τῆς εὐνοίας αὐτῶν καὶ πειθοῦς.

IMPERATOR Alexãder vniuerſis Gręcis in Bithynia exiſtentibus. Prouocare quidem qualiter quiſquam ab ius dicẽtibus prohibeatur, non video: cum aliam viam capeſſentem, idem facere liceat, &

ad me celerius deuenire. Iniuria autẽ & vi aduerſus prouocantes vti, & cuſtodiam militarem circumimmittere, & (vt ſimpliciter loquar) eis ad nos acceſſum huc præſtruere prohibemus: ſuggerentes procuratoribus noſtris, & populorum magiſtratibus, vt quam protulimus, noſtræ huic iuſſioni obediant, illúdque ſibi præponant, non minorem ſubditorum ſecuritatis curam nobis eſſe, quàm eorum vel beneuolentiæ vel obedientiæ ſit.

σιτώνας καὶ ἐλαιεμπόρους. qui frumẽti oleíque publicè coemendi curam habent.

ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σῖτον καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τοῦ ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τῆς λειτουργίας διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες. ἀφαιρείθωτο τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. Fuere & quidam alij ſub nauiculariorũ prætextu frumentum & oleum mercãtium in foro populi Romani, eóque immunitate fruẽtiũ, æquum ducentes publicas functiones ſubterfugere, cum neque nauigent, neque plurimam ſubſtantiæ partem in nauiculatoria & in mercatura habeãt. Huiuſmodi igitur hominibus immunitas auferatur.

ἐάν τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάσηται, τούτου συνεδρίου εἰργέσθω, καὶ προσαποτινύτω δραχμὰς χιλίας. Si quis extra collegium iudicio experiri voluerit, ipſo collegio prohibeatur, & ſoluat dragmas mille.

Δεῖ γὰρ πλειόνων γεωργοῦντι, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν, καὶ τῶν ἄλλων διακονούντων εἰσαγόντων καὶ ἐξαγόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. κομίσας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν τι ὧν ποιεῖ, ἤτις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, εἰ μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρό

νον ἤκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ᾽ αὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας, καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς. ἀλλ᾽ εἰσὶν δὲ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. Multis enim agricolis aliiſque opificibus, multiſque miniſtris importaturis exportaturiſque ſingula opus eſt. Hi autem ſunt negotiatores. Agricolæ igitur, cũ in forũ res ſui artificij attulerit, aut ſi quis eſt alius opificum, ſuo ipſi ab opificio ceſſandum erit, in foróque ſedendum? Minimè veró ſunt enim qui hoc videntes ſeſe ad hoc ſtatim munus conferant.

φιλοτίμως καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν ἀπὸ μυριάδων τριῶν τῶν τοῦ κεφαλαίου, αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τέλει τῶν ἐξ ἔθους τριῶν μυριάδων τόκον, ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου. ἐπαῦθις δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γενηθησομένων τέκνων. χωρήσει δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἄθλα τῶν θυμελικῶν, καθὼς ἐφ᾽ ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ ὁρίσῃ. Ex liberalitate mea agonem tetraetericum dedico ex triginta milibus ſortis, ipſa pecuniam retinens, & ſatiſdans idonee apud Decemprimos ſoluturam me vſuras legitimas triginta milium, agonotheta exiſtente & præſidente viro meo, liberiſque inſuper qui ex me naſcituri ſunt. procedent autem vſuræ ad Thymelichorum præmia, ſicut in vnoquoque certamine Senatus decernet.

ἑρμηνευτικόν præmium interuentoris.

Τρωάς, Βηρυτός, Δυρράχιον. Troas, Berytus, Dyrrachium.

καταχρηστικῶς abuſiue.

ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται.

NATORVM appellatio & ad nepotes extenditur.

τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ
λυγρά.

Tyndaris hęc habuit ſummo Ioue nata venena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Ægyptia Thonis,
Commoda, conſulte medica compoſta ſub arte:
Multa legens Pharia ſolers tellure venena
Noxia, permixtim carpens quoque cõmoda multa.

DE STIPVLATIONIBVS.

STIPVLATIO NON POTEST concipi niſi vtroque loquẽte. & ideò neque mutus, neque ſurdus, neque infans ſtipulationẽ contrahere poſſunt. nec abſens quidem: quoniã exaudire inuicem debẽt. Si quis igitur ex his velit ſtipulari, per ſeruum præſentẽ ſtipuletur, & acquiret ei ex ſtipulatu actionem. Item, ſiquis ex his obligari velit, iubeat: & erit Quod iuſſu obligatus. Qui præſens interrogauit, mox diſceſſit, inutilem efficit ſtipulationem. Si verò præſens interrogauit, & antè, quàm reſpõderetur, diſceſſit, & reuerſo reſponſum eſt, obligatur: interuallum enim medij tẽporis non vitiauit obligationem. Si quis ita interroget, Dabis? & reſponderit, Quidni? etiam is vtique in ea cauſa eſt, vt obligetur. Contrà, ſi ſine verbis annuiſſet. non tantum autẽ ciuiliter, ſed nec naturaliter obligatur, qui ita annuit. & ideò rectè dictum eſt, non obligari pro eo ne fideiuſſorẽ quidem. Siquis ſimpliciter interrogatus fuerit, ille ſub conditione reſpõderit, Si illud factum erit, dabo. nõ obligari eum conſtat. aut, ſi ita interrogatus, Intra Calendas quintas? reſpõderit, Dabo idibus. æquè non obligatur: nõ enim ſic reſpõdit, vti interrogatus eſt. Et verſa vice, ſi interrogatus fuerit ſub conditione, reſponderit purè, dicendum erit eum nõ obligari. Cum adijcitur aliquid, vel detrahitur obligationi, ſemper probandum eſt vitiatam eſſe obligationem, niſi ſtipulatori diuerſitas reſponſionis illico placuerit: tũc enim alia ſtipulatio cõtracta eſſe videtur. VLP.

» Si ſtipulanti mihi x, tu x x reſpondeas, nõ eſſe » contractam obligationem niſi in x, conſtat. E contra» rio quoque, ſi me x x interrogante, tu x reſpõdeas, » obligatio niſi in x non erit cõtracta. licet enim oporteat congruere ſummam, attamen manifeſtiſſimum eſt x x & x ineſſe. Sed, ſi mihi Pamphilum ſtipulanti, tu Pamphilum & Stichum ſpoponderis, Stichi adiectionẽ pro ſuperuacuo habendam puto. Nã, ſi tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt corpora: duæ ſunt » quodammodo ſtipulationes: vna vtilis, alia inutilis. neque vitiatur vtilis per hanc inutilem. Eadem » autẽ, an alia lingua reſpõdeatur, nihil intereſt. Proin» de, ſiquis latinè interrogauerit, & reſpõdeatur ei græ» cè, dummodò congruenter reſpondeatur, obligatio conſtituta eſt. Idem per contrariũ. Sed vtrum hoc vſque ad græcum ſermonem tantum protrahimus? an verò & ad alium, Pœnũ forte, vel Aſſyrium, vel cuius » alterius linguæ? Dubitari poteſt ex ſcriptura Sabini. Sed verum puto, vt omnis ſermo contineat verborũ obligationẽm: ita tamen, vt vterque alterius linguam intelligat, ſiue per ſe, ſiue per verum interpretem.

PAVL. STIPVLATIONVM quædam in dando, quædam in faciendo conſiſtunt. Et harum omnium quædam partium præſtationem recipiunt: veluti cum x dari ſtipulamur. quædam non recipiunt: vt in ijs, quæ natura diuiſionem non admittunt: veluti cum viam, iter, actum ſtipulamur. quædam partis quidem præſtationem natura ſui recipiunt, ſed niſi tota dentur, ſtipulationi ſatis non fit: veluti cum hominem generaliter ſtipulor, aut lancẽ, aut quodlibet aliud vas. Nam, & ſi Stichi pars ſoluta ſit, nondum in vlla parte ſtipulationis liberatio nata eſt: ſed aut ſta» tim repeti poteſt, aut in pendenti eſt, donec alius de-

tur. Eiuſdem cõditionis eſt hæc ſtipulatio, Stichũ aut Pamphilum dari. Ex his igitur ſtipulationibus nec hæredes quidem pro parte ſoluẽdo, liberari poſſunt, quandiu non eandem rem omnes dederint. Nõ enim ex perſona hæredum conditio obligationis immutatur. & ideò, ſi diuiſionem res promiſſa non recipiat, veluti via, hæredes promiſſoris ſinguli inſolidũ tenentur. Sed, quo caſu vnus ex hæredibus ſolidum præſtiterit, petitionem habebit à cohærede familiæ
» Herciſcundæ iudicio. Ex quo quidem accidere Pom-
» ponius ait, vt & ſtipulatoris viæ vel itineris hæredes ſinguli inſolidum habeant actionẽ. Sed quidem hoc caſu extingui ſtipulationem putant: quia per ſingulos acquiri ſeruitus non poteſt. Sed nõ facit inutilem ſtipulationem difficultas præſtationis. Si tamẽ hominem ſtipulatus, cum vno ex hæredibus promiſſoris egero: pars dũntaxat, cæterorum obligationi ſupererit, vt & ſolui poterat. Idẽmque eſt, & ſi vni ex
» hæredibus acceptolatum ſit. Idẽmque in ipſo promiſſore, & in fideiuſſoribus eius, quod diximus in hæredibus. Itẽ, ſi in facto ſit ſtipulatio, veluti ſi ita ſtipulatus fuero, Per te nõ fieri neque per heredem tuũ,
» quò minus mihi ire agere liceat, & vnus quis ex pluribus hæredibus prohibuerit, tenẽtur quidem & cohæredes eius, ſed familiæ Herciſcundæ iudicio ab eo
» repetent, quod præſtiterunt. hoc & Iulianus & Pom-
» ponius probant. Contrà autem, ſi ſtipulator deceſſe-
» rit, qui ſtipulatus erat, Sibi hæredíque ſuo ire agere licere, & vnus ex hæredibus eius prohibeatur, intereſſe dicemus, vtrum inſolidum ſtipulatio committatur, an pro parte eius, qui prohibitus eſt. Nam, ſi pœna ſtipulationi adiecta ſit, inſolidum cõmittetur ſtipulatio. ſed, qui non ſunt prohibiti, doli mali exce-

ptione ſummouebuntur. Si verò pœna nulla appoſita ſit, tunc pro parte eius tantum, qui prohibitus eſt, committetur ſtipulatio.

VLP. IDEM iuris eſt & in illa ſtipulatione, Mihi hæredíque meo habere licere. Sed hæc differentia illam habet rationem, quòd, vbi vnus ex hæredibus prohibetur, nõ poteſt cohæres ex ſtipulatu agere, cuius nihil intereſt, niſi pœna ſubiecta ſit. nã pœna ſubiecta efficit, vt omnibus committatur: quia hic non quærimus, cuius interſit. Enimuero, vbi vnus ex hæredibus prohibet, omnes tenẽtur hæredes. Intereſt enim prohibiti, â nemine prohiberi.

PAVL. EADEM dicemus, & ſi dolũ abeſſe â te hæredéque tuo ſtipulatus ſim: & aut promiſſor aut ſtipulator pluribus hæredib⁹ relictis deceſſerit. Cato lib. XV ſcribit, pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſiquid aliter factũ ſit: mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus contrà, quàm cautũ ſit, fecerit: aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria: aut ab vno pro portione ſua. Ab omnibus, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit: veluti Iter fieri. quia, quod in partes diuidi nõ poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. At, ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionem recipiat: veluti Amplius non agi. tunc eum hæredem, qui aduerſus ea fecerit, pro portione ſua ſolum pœnam cõmittere. Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur (quòd niſi inſolidum peccari non poterat) illam ſtipulationem, Per te non fieri, neque per hæredem tuum, quo minus mihi ire agere liceat. Sed videamus ne non ídem hic ſit, ſed magis idem, quod in illa ſtipulatione, Titium hæredémque eius ratum habiturum. Nam hac ſtipulatione &

ſolus tenebitur, qui non habuerit ratũ, & ſolus aget, à
» quo fuerit petitum (idque & Marcello videtur) quan-
uis ipſe dominus pro parte ratum habere nõ poteſt.

Si is, qui duplam ſtipulatus eſt, deceſſerit pluri-
bus hæredibus relictis: vnuſquiſque ob euictionẽ ſuæ
partis, pro portione ſua, habebit actionem. Idemque
eſt in ſtipulatione quoque fructuaria, & damni infe-
cti, & ex operis noui nũtiatione. Reſtitui tamẽ opus
ex operis noui nuntiatione pro parte nõ poteſt. Hæc,
vtilitatis cauſa, ex parte ſtipulatorum recepta ſunt.
Ipſi autem promiſſori pro parte neque reſtitutio, ne-
que defenſio contingere poteſt.

» STIPVLATIONVM aliæ Iudiciales ſunt, POMP.
» aliæ Prætoriæ, aliæ cõuentionales, aliæ cõmunes Præ-
» toriæ & Iudiciales. Iudiciales ſunt duntaxat, quæ à
» mero Iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cau-
» tio. Prætoriæ, quæ à mero Prætoris officio proficiſcun-
tur, veluti damni infecti. Prætorias autem ſtipulatio-
nes ſic exaudiri oportet, vt in his cõtineantur etiam
» Ædilitiæ: nam & hæ ab iuriſdictione veniunt. Cõuen-
» tionales ſunt, quæ ex conuentione reorum fiunt. qua-
rum totidem genera ſunt, quot, penè dixerim, rerum
contrahendarum: nam & ipſæ ex verborum obliga-
» tione fiunt, & pendent ex negotio contracto. Cõmu-
» nes ſunt ſtipulationes, veluti Rem ſaluam fore pupil-
» lo: nam & Prætor iubet rem ſaluam fore pupillo ca-
ueri: & interdũ iudex, ſi aliter expediri hæc res non
» poteſt. Item duplæ ſtipulatio venit à Iudice, aut ab
» Ædilitio edicto. Stipulatio autem eſt verborum
» conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum factu-
» rúmve ſe id, quod interrogatus eſt, reſpõdet. Sa-
» tis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorẽ,
» vt expromiſſores quoque ab eo accipiãtur, id eſt, qui

idem promittant. Satis autẽ accipere dictum eſt eo-
» dem modo, quo ſatis facere. nam, quia id, quo quis cõ-
» tentus erat, ei præſtabatur: ſatiſfieri dictum eſt. & ſi-
» militer, quia tales, quibus cõtentus quis futurus eſſet,
» ita dabantur, vt verbis obligarentur: ſatis accipi dictũ
eſt. Si ſortem promiſeris, &, ſi ea ſoluta nõ eſſet, pœnam: etiam ſi vnus ex hæredibus tuis portionem ſuam ex parte ſoluerit: nihilominus pœna committetur, donec portio cohæredis ſoluatur. Idémque eſt & de pœna ex compromiſſo, ſi vnus paruerit, alter non paruerit ſententiæ Iudicis. ſed à cohærede ei ſatiſfieri debet. Nec enim aliud in his ſtipulationibus ſine iniuria ſtipulatoris conſtitui poteſt.

VLP. IS CVI bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi acquirit. tradere verò nõ poteſt, vel promittendo obligari. & ideo nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit, ſicuti nec pro furioſo.

PAVL. IMPOSSIBILIS conditio, cum in faciendo concipitur, ſtipulationibus obſtat. aliter atque, ſi talis conditio inſeratur ſtipulationi, Si in cœlum non aſcendero: nam hæc vtilis & præſens eſt, & pecuniam creditam continet.

IN ILLA ſtipulatione, Si Calendis Stichũ non dederis, x dare ſpõdes? mortuo homine, quæritur, an
» ſtatim ante Calẽd. agi poſſit? Sabinus & Proculus ex-
» pectandum diem actori putant. quod verius eſt: tota
enim obligatio ſub conditione, & in diem collata eſt. &, licet à conditione committi videatur, dies tamen ſupereſt. ſed cum eo, qui ita promiſit, Si intra Calend.
» digito cœlum nõ tetigerit, agi protinus poteſt. hoc &
» Marcellus probat.

POMP. SI TITIVS ET Seius ſeparatim ita ſtipulati eſſent, Fundum illum, ſi illi non dederis, mihi dare

ſpondes? finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur. & ideò occupantis fore actionem.

HOC IVRE vtimur, vt ex hac ſtipulatione, Si L. Titius ante Calendas Maias in Italiam non venerit, x dare ſpondes? non antè quicquàm peti poſſit, quàm exploratum ſit, ante eam diem in Italiã Titiũ venire nõ poſſe, neque veniſſe: ſiue eo viuo, ſiue mortuo id acciderit.

FILIVS, dum in ciuitate eſt, ſi ſtipuletur, patri reuerſo ab hoſtibus videtur acquiſiſſe. PAVL.

„ SI ITA ſtipulatus fuero, x aut v dare ſpondes? v debentur. & ſi, Intra Calend. Ianuar. vel Feb. dare ſpondes? perinde eſt, quaſi Calendis Febr. dari ſtipulatus fuerim. POMP.

QVI ante Calend. proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui Calendis ſtipulatur. VLP.

SI ITA ſtipulatus eſſem abs te, Domum ædificari. vel, ſi hæredem meũ damnauero, inſulam ædificare: Celſo placet nõ antè agi poſſe ex ea cauſa, quàm tempus præteriſſet, quo inſula ædificari poſſit: nec fideiuſſores dati ante diem tenebuntur. POMP.

ET IDEO hæſitatur, ſi aliqua pars inſulæ facta ſit, deinde incendio conſumpta ſit: an integrum tempus computandum ſit rurſus ad ædificãdam inſulam: an verò reliquũ dũntaxat expectandũ quod deerat. Et verius eſt, vt integrum ei detur. Si Stichum aut Pamphilum mihi debeas, & alter ex his meus factus ſit ex aliqua cauſa: reliquus debetur mihi à te. Stipulatio huiuſmodi, In annos ſingulos. vna eſt, & incerta & perpetua. non autem finitur: quemadmodum ſimile legatum morte legatarij finitur.

VLP. » STIPVLATIO non valet in rei promittendi arbitrium collata conditione.

POMP. QVI BIS idem promittit, ipſo iure amplius » quâm ſemel non tenetur.

SI ITA ſtipulatio facta fuerit, Si culpa tua diuortium factum fuerit, dari. nulla ſtipulatio eſt: quia contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis: niſi & ſtipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta lege ſit comprehenſa.

VLP. HVIVSMODI ſtipulationes non ſunt inutiles, Quod tibi Titius debet, cũ debitor eſſe deſierit, dare ſpondes? nam valet ſtipulatio quaſi ſub quauis alia conditione concepta.

POMP. SI, DIVORTIO facto, ea, quæ nihil in dotẽ habeat, dotis nomine C dari ſibi ſtipuletur: vel, quæ C dũtaxat habeat, CC dotis nomine ſtipuletur: Pro» culus ait, ſi CC ſtipuletur, quæ C habeat, ſine dubio » C quidem in obligationem venire: alia autẽ C actione de dote deberi. Dicendum itaque eſt, etiam, ſi nihil ſit in dote, C tamen venire in ſtipulationẽ: ſicuti, cum filiæ, vel matri, vel ſorori, vel alij cuilibet dotis nomine legaretur, vtile legatum eſſet.

PAVL. SI ID QVOD aurũ putabam, cum æs eſſet, ſtipulatus â te fuero: teneberis mihi huius æris nomine: quoniã in corpore conſenſerimus. ſed ex doli mali clauſula tecum agam, ſi ſciens me fefelleris.

POMP. SI EX legati cauſa, aut ex ſtipulatu hominem certũ mihi debeas: nõ aliter poſt mortẽ eius tenebe ris mihi, quâm ſi per te ſteterit, quo minus viuũ eum mihi dares. quod ita fit, ſi aut interpellatus non dediſti, aut occidiſti eum.

PAVL. SED, SI EX ſtipulatu Stichum debeat pupillus: non videbitur per eum mora fieri, vt eo mor-

tuo teneatur, niſi tutore authore, aut ſolus tutor interpelletur.

SI DARI ſtipuler id, quod mihi iam ex ſtipulatu debeatur, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor, obligabitur ex poſteriori ſtipulatione: quia ſuperior quaſi nulla ſit, exceptione obſtante. POMP.

» GENERALITER nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti: VLP.

VELVTI ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturum promittat. ſed & officio quoque Prætoris continetur ex huiuſmodi obligationibus actiones denegari. Si ſtipulatus hoc modo fuero, Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, c dari. nõ niſi præterito biennio rectè petam. POMP.

SI REM tradi ſtipulamur: nõ intelligimus proprietatem eius dari ſtipulatori, ſed tantum tradi. PAVL.

SCIRE debemus in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ ſunt, tótque ſtipulationes eſſe, quot ſpecies ſunt. ſecundum quod êuenit, vt miſta vna ſumma vel ſpecie, quæ non fuerit in præcedenti ſtipulatione, non fiat nouatio, ſed efficiat duas eſſe ſtipulationes. Quanuis autem placuerit tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt ſummæ, tótque eſſe ſtipulationes, quot res: tamen, ſi pecuniam quis, quæ in conſpectu eius eſt, ſtipulatus ſit, vel aceruũ pecuniæ: nõ tot ſunt ſtipulationes, quot numorum corpora: ſed vna ſtipulatio. nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulationes, abſurdum eſt. Stipulationem quoque legatorum conſtat vnam eſſe quanuis plura corpora ſint, vel plura legata. ſed & familiæ, vel omnium ſeruorum ſtipulatio, vna eſt: itêmque quadrigę aut lecticariorum ſtipulatio vna eſt. At, ſiquis illud & illud VLP.

ſtipulatus ſit, tot ſtipulationes ſunt, quot corpora.

Si à fure hominem ſim ſtipulatus, quæſitum eſt, an ſtipulatio valeat. Mouet quæſtionem, quòd ſtipulatus hominem meum videor. Non valet autem huiuſmodi ſtipulatio, vbi quis rem ſuam ſtipulatus eſt. Et cõſtat, ſi quidem ita ſtipulatus ſim, Quod ex cauſa » condictionis dare facere oportet. ſtipulationem valere. ſi verò hominem dari ſtipulat⁹ fuero, nullius momenti eſſe ſtipulationem. Quòd, ſi poſtea ſine mora deceſſiſſe proponatur ſeruus, non teneri furem condi » ctione Marcellus ait: quandiu enim viuit, condici poterit. at, ſi deceſſiſſe proponatur, in ea condictione eſt, vt euaneſcat condictio propter ſtipulationem.

SCIENDVM eſt generaliter, ſiquis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, videri omnia ſolenniter acta eſſe.

POMP. SI REM meam ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

VLP. SI IN nomine ſerui, quem ſtipularemur dari, erratum fuiſſet, cum de corpore conſtitiſſet: placet ſtipulationem valere.

POMP. SI STICHVS certo die dari promiſſus, ante diem moriatur, non tenetur promiſſor.

VLP. MVLTVM intereſt vtrum ego ſtipuler rem, cuius commercium habere non poſſum: an quis promit » tat. Si ſtipuler rem, cuius commercium non habeo, in » utilem eſſe ſtipulationem placet. ſiquis promittat rẽ, cuius commercium non habet, ipſi nocere, nõ mihi.

PAVL. SI STIPVLER, id vt fiat, quod natura fieri non concedit: non magis obligatio conſiſtit, quàm cum ſtipulor, vt id detur, quod dari nõ poteſt: niſi per quem ſteterit, quo minus facere id poſſit. Item, quod leges fieri prohibent, ſi perpetuam cauſam prohibi-

tionis ſeruaturum eſt, ceſſat obligatio: veluti ſi ſororē ſuā nupturā ſibi aliquis ſtipuletur, quanquā etiā, ſi nō ſit perpetua cauſa, vt recidit in ſorore adoptiua, idem dicēdū ſit: quia ſtatim cōtra bonos mores ſit. Si in locādo, conducēdo, vendēdo, emēdo, ad interrogationē quis nō reſponderit: ſi tamen conſentiat in id, quod reſpōſum eſt, valet quod actū eſt: quia hi cōtractus non tam verbis quàm conſenſu confirmantur.

SI QVIS, cum aliter eum cōueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus eſt: erit quidem ſubtilitate iuris obſtrictus: ſed doli exceptione vti poteſt. Qui enim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio. Idem eſt, & ſi nullus dolus interceſſerit ſtipulãtis, ſed ipſa res in ſe dolum habet. Cùm enim quis petat ex ea ſtipulatione, hoc ipſo, dolo facit, quòd petit. VLP.

SI CERTOS numos, puta, qui in arca ſunt, ſtipulatus ſim: & hi ſine culpa promiſſoris perierint: nihil nobis debetur. PAVL.

STIPVLATIO iſta, Habere licere ſpondes? hoc cōtinet, vt liceat habere, nec per quenquam omnino fieri, quo minus liceat nobis habere. quæ res facit, vt videatur reus promiſiſſe per omnes futurum, vt tibi habere liceat. videtur igitur alienum factum promiſiſſe. nemo autem alienum factū promittēdo obligatur. & ita vtimur. Sed, ſi ſe obligat, ne ipſe faciat, quo minus habere liceat, obligatur etiā, ne hęres ſuus faciat, vel quis cæterorum ſucceſſorum efficiat, ne habere liceat. Sed, ſi quis promittat per aliū nō fieri præter hęredē ſuum: dicendū eſt inutiliter eū promittere factū alienū. At, ſi quis velit factū alienū promittere: pœnā, vel quāti ea res ſit, promittere poteſt. Sed quatenus habere licere videbitur? Si nemo cōtrouerſiam VLP.

faciat,hoc eſt,neque ipſe reus, neque hæredes eius, hæredûmve ſucceſſores. Siquis forte nõ de pro-
» prietate,ſed de poſſeſſione nuda cõtrouerſiã fecerit, vel de vſufructu,vel de vſu, vel de aliquo alio iure eius,quod diſtractũ eſt:palàm eſt cõmitti ſtipulationẽ. Habere enim nõ licet ei,cui aliquid minuitur ex iure, quod habuit. Quæſitũ eſt,vtrum propriã demũ rem,
» an & alienam promitti poſſit habere licere.Et magis eſt,vt & aliena promitti poſſit. quæ res ita effectum habebit,ſi propria promiſſoris eſſe cœperit.Quare,ſi perſeuerauerit aliena, dicendum erit ſtipulationem non committi,niſi pœna adiecta ſit· cum neque per eum,neque per ſucceſſorem eius quicquam factum ſit. Sicut autem ex parte rei ſucceſſores eius cũ ipſo tenentur:ita etiam ex parte actoris committitur ſtipulatio ipſi ſtipulatori cæteríſque,quicũque ei ſuccedunt:ſcilicet ſi rem ipſis habere non licuerit. cæterum,ſi alij habere non licuerit: certo certius eſt non committi ſtipulationem. & nihil intererit,vtrum ita ſtipuler,Habere licere.an,Mihi habere licere. Ij, qui ſunt in aliena poteſtate,ijs,in quorum ſunt pote-
» ſtate, habere licere ſtipulari poſſunt,ea ratione,qua cætera quoque his poſſunt ſtipulari. Sed,ſi ſeruus fuerit ſtipulatus ſibi habere licere, quæſitum eſt,an
» rectè ſtipulatus videatur. Et ait Iulianus libro 11
» Digeſt.ſi ſeruus ſtipuletur ſibi habere licere:aut per ſe non fieri,quo minus habere ſtipulatori liceat,pro-
» mittat:ſtipulatio(inquit)non committitur, quanuis auferri res ei,& ipſe auferre eãdem poſſit·Non enim factum,ſed ius in hac ſtipulatione vertitur.Cum verò ſtipulatur per promiſſorem nõ fieri,quo minus ſi-
» bi ire agere liceat:non ius ſtipulationis(inquit)ſed factum verſatur.Sed mihi videtur,licet iuris verba cõ-

tineat hæc ſtipulatio Habere licere:tamen ſic eſſe acci- pienda, vt in ſeruo & filiofam. videatur actum eſſe de poſſeſſione retinenda, aut non auferenda: & vires habeat hæc ſtipulatio. Hæc quoque ſtipulatio, Poſſidere mihi licere ſpondes? vtilis eſt. Quam ſtipu- lationem ſeruus an poſſit vtiliter etiam in ſuam per-
» ſonam concipere, videamus. Sed, quanuis iure ciuili
» ſeruus non poſſideat, tamen ad poſſeſſionem natura- lem hoc referendum eſt: & ideo dubitari non opor- tet, quin & ſeruus rectè ita ſtipuletur. Planè, ſi tenere ſibi licere ſtipulatus ſit ſeruus, vtilem eſſe ſtipulatio-
» nem conuenit. Licet enim poſſidere ciuiliter non poſ-
» ſint, tenere tamen eos, dubitat nemo. Habere, dupli-
» citer accipitur. nam & eum habere dicimus, qui rei
» dominus eſt, & eum, qui dominus quidem non eſt, ſed tenet. Denique habere nos rem apud nos depo- ſitam, ſolemus dicere. Siquis ita ſtipulatus fue- rit, Vti frui ſibi licere: ad hæredem ſtipulatio iſta non pertinet. Sed, & ſi ſibi non addiderit: non puto ſtipu- lationem de vſufructu ad hæredem tranſire. eóque iure vtimur. Sed, ſiquis vti frui licere ſibi hære- díque ſuo ſtipulatus ſit: videamus, an hæres ex ſtipu- latu agere poſſit. Et puto poſſe: licet diuerſi ſint fru- ctus. Nam, & ſi ire agere ſtipuletur ſibi hærediíque ſuo licere: idem probamus. Siquis dolum malum pro- miſſoris hærediſque eius abeſſe velit: ſufficere dicim⁹ abeſſe, abfuturúmque eſſe, ſtipulari. ſi verò de pluriū dolo cauere velit, neceſſarium eſſe adijci, Cui rei do- lus malus ſi non abeſt, vel non abfuerit: quanti ea res erit, tantam pecuniam dare ſpondes? Suæ per- ſonæ adiungere quis hæredis perſonam poteſt. Sed & adoptiui patris perſona coniungi poterit. In- ter certam incertámque diem diſcrimen eſſe ex eo

quoque apparet, quòd certa die promiſſũ, vel ſtatim dari poteſt· totum enim medium tempus ad ſoluendum liberum promiſſori relinquitur. at, qui promiſit, ſi aliquid factum fuerit, vel cum aliquid factum ſit: niſi cum id factum fuerit, dederit, videbitur eſſe, quod promiſit. Alteri ſtipulari nemo poteſt, præter » quàm ſi ſeruus domino, vel filius patri ſtipuletur· Inuentæ enim ſunt huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt. cæterum vt alij detur, nihil intereſt mea. Planè, ſi velim hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet, vt, ſi ita factum nõ ſit, vt comprehenſum eſt, committatur ſtipulatio etiã ei, cuius nihil intereſt· Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quid interſit eius, ſed quæ ſit quantitas, quæque conditio ſtipulationis. In ſtipulationibus cum quæritur, quid actum ſit: verba contra ſtipulatorem interpretanda ſunt. Eum, qui ita di» cat, Mihi x, & Titio x. eadem x, non alia x dicere credendum eſt. Si ſtipuler alicui, cum mea inter» eſſet: videamus, an ſtipulatio cõmittatur. Et ait Mar» cellus ſtipulationem valere, in ſpecie huiuſmodi, Is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſit ad» miniſtrationem contutori ſuo: & ſtipulatus eſt rem » pupilli ſaluam fore. ait Marcellus poſſe defendi ſtipulationem valere· Intereſt enim ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt: cum obligatus futurus eſſet pupillo, ſi aliter res ceſſerit. Siquis inſulam faciendam promiſerit aut conduxerit, deinde ab aliquo inſulam ſtipulatori fieri ſtipulatus ſit· aut ſi quis, cum promiſiſſet Titio fundum Meuium daturum, aut ſi is non dediſſet, pœnam ſe daturum: ſtipulatus â Meuio fuerit fundum Titio datum iri· item ſiquis locauerit id faciendum, quod ipſe conduxerit, conſtat habere eum

vtilem ex locato actionem. Siquis ergo ſtipulatus fuerit, cum ſua intereſſet ei dari: in ea erit cauſa, vt valeat ſtipulatio. Vnde & ſi procuratori meo dari ſtipulatus ſim, ſtipulatio vires habebit. & ſi creditori meo: quia intereſt mea, ne vel pœna committatur, vel prędia diſtrahantur, quæ pignori data erant. Siquis ita ſtipulatus fuerit, Illum ſiſtas. nullā cauſa eſt, cur non obligatio conſtet. Ædem ſacram vel locū religioſum ædificari ſtipulari poſſumus: alioqui nec ex locato agere poſſumus.

DOMINVS SERVO ſtipulando, ſibi acquirit. ſed & pater filio: ſecundum quod leges permittunt. PAVL.

„ SI FILIVS meus ſeruo meo ſtipuletur, acquiritur mihi. POMP.

EVM, QVI Calend. Ianuar. ſtipulatur, ſi adijciat primis vel proximis, nullam habere dubitationem palàm eſt. Sed, & ſi dicat, ſecundis vel tertijs, vel „ quibuſlibet alijs: æquè dirimit quæſtionem. Si autem „ non addat, quibus Calend. Ianuar. facti quæſtionem inducit, quid fortè ſenſerit: hoc eſt, quid inter eos actum ſit. vtique enim hoc ſequimur, quid inter eos actum eſt: eáſque aſſumemus. ſi autem non appa„ reat: dicendum eſt (quod Sabinus ait) primas Ca„ lend. Ianuar. ſpectandas. Planè, ſi ipſa die Calendarum quis ſtipulationem interponat, quid ſequemur? Et puto actū videri de ſequētibus Calēdis. Quoties autem in obligationibus dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur, niſi locus adiectus ſpatiū tēporis inducat, quo illò poſſit perueniri. verùm dies adiectus efficit, ne præſenti die pecunia debeatur. ex quo apparet diei adiectionem pro reo eſſe, nō pro VLP.

» ſtipulatore. Idem in Idibus etiam & in Nonis probā-dum eſt, & generaliter in omnibus diebus.

POMP. QVI Hoc anno aut, Hoc menſe dari, ſtipulatus ſit: niſi omnibus partibus anni vel menſis præteritis non rectè petet.

VLP. SIQVIS arbitratu puta L. Titij ſibi reſtitui ſtipulatus eſt: deinde ipſe ſtipulator moram fecerit, quo minus arbitretur Titius: promiſſor, quaſi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo, ſi ipſe, qui arbitrari debuit, moram fecerit? Magis probandum eſt à perſona non eſſe recedendum eius, cuius arbitrium inſertum eſt.

PAVL. ET IDEO, ſi omnino non arbitretur, nihil valet ſtipulatio. adeò, vt, ſi pœna adiecta ſit, nec ipſa quidem committatur.

VLP. QVODCVNQVE ſtipulatur is, qui in alteri⁹ » poteſtate eſt: pro eo habetur, ac ſi ipſe eſſet ſtipulatus. Sicuti, cum morietur, quis ſtipulari poteſt, ita etiā ij, qui ſubiecti ſunt alienæ poteſtati, cum morientur, ſtipulari poſſunt. Si quis ita ſtipulatus ſit, Poſt mortem meam, filiæ meæ dari. vel ita, Poſt mortem filiæ meæ, mihi dari. vtiliter erit ſtipulatus. ſed primo caſu filiæ vtilis actio competit, licet hæres ei non exiſtat. Nō ſolum ita ſtipulari poſſumus, Cum moriéris. ſed etiam, Si morieris. Nam, ſicuti inter hæc nihil intereſt, cum veneris, aut, ſi veneris: ita & ibi nihil intereſt, ſi morieris, aut, cum morieris. Filius patri dari ſtipulari videtur, etſi hoc non adijciat.

PAVL. CENTESIMIS Calendis dari vtiliter ſtipulamur: quoniam præſens obligatio eſt, in diem autē dilata ſolutio. Id autē, quod in facto eſt, in mortis tempus conferri nō poteſt: veluti Cum morieris, Alexandriam venire ſpondes? Si ita ſtipulatus

fuero, Cum volueris. quidam inutilem eſſe ſtipulationem aiunt. alij ita inutilem eſſe, ſi antè, quàm conſtituas, moriaris. quod verum eſt. Illam autem ſtipulationem, Si volueris, dari. inutilem eſſe conſtat.

QVI SIC ſtipulatur, Quod te mihi illis Calendis dare oportet, id dare ſpondes? videtur non hodie ſtipulari, ſed ſua die, hoc eſt Calendis. VLP.

SI X, cum petiero, dari, fuero ſtipulatus: admonitionem magis quandam, quò celerius reddãtur & quaſi ſine mora, quàm conditionem habet ſtipulatio. & ideo licet deceſſero prius, quàm petiero, non videtur defeciſſe conditio.

CVM filiuſfam. Stichũ dare ſpoponderit, &, cũ per eũ ſtaret, quo minus daret, deceſſerit Stichus: datur in patrem de peculio actio, quatenus maneret filius ſtipulatori obligat9. At, ſi pater in mora fuerit, nõ tenebitur filius, ſed vtilis actio in patrem danda eſt. quæ omnia & in fideiuſſoris perſona dicũtur. Si ſtipulatus ſim per te nõ fieri, quo minus mihi ire agere liceat, & fideiuſſorem accepero: ſi per fideiuſſorem ſteterit, neuter tenetur. ſed, ſi per promiſſorem, vterque. In hac ſtipulatione, Neque per te, neque per hæredem tuũ fieri. per hæredẽ fieri videtur, quamuis abſit, & ignoret, & ideo non facit, quod fieri ex ſtipulatu oportet. Non videtur autem per pupillum ſtetiſſe ex huiuſmodi ſtipulatiõe, ſi pupillus hæres erit. PAVL.

Si promiſſor hominis ante diem, in quem promiſerat, interpellatus ſit, & ſeruus deceſſerit, non videtur per eum ſtetiſſe.

IN ILLA ſtipulatione, Per te non fieri. nõ hoc ſignificatur, Nihil te facturũ quo min9 facere poſſim. ſed, Curaturũ, vt facere poſſim. Item in ſtipulatione emptæ hæreditatis, Quãta pecunia ad te peruenerit, VLP.

dolóve malo tuo factum eſt,erítve,quo minus perueniat. nemo dubitabit,quin teneatur,qui id egerit,ne quid ad ſe perueniret.

IS,QVI alienum ſeruũ promiſit, perducto eo ad libertatem,ex ſtipulatu actione non tenetur;ſufficit enim ſi dolo culpáve careat.

IN CONVENTIONALIBVS ſtipulationibus contractui formam contrahentes dant. Enimuero Prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt ex mente Prætoris,qui eas propoſuit.denique in prætorijs ſtipulationibus nihil immutare licet,néque addere,neque detrahere. Siquis vacuam poſſeſſionem tra-
» di promiſerit:non nudum factum hæc ſtipulatio continebit,ſed cauſam bonorum.

IVL. STIPVLATIONES commodiſſimum eſt ita componere,vt,quæcunque ſpecialiter comprehendi poſſunt, contineantur. Doli autem clauſula ad ea pertinet, quæ in præſenti occupari nõ poſſunt: & ad incertos caſus pertinet.

IN ſtipulationibus àliâs ſpecies,aliâs genera deducuntur.Cũ ſpecies ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos & inter hęredes ita diuidi ſtipulationẽ, vt partes corporum cuique debeantur. Quoties autẽ genera ſtipulamur, numero fit inter eos diuiſio. veluti cũ Stichum & Pamphilum quis ſtipulatus, duos hæredes æquis partibus reliquit: neceſſe eſt vtrique partẽ dimidiam Stichi & Pamphili deberi. ſi autem idem duos homines ſtipulatus fuiſſet, ſinguli homines ſingulis hæredibus eius debentur. Operarum ſtipulatio ſimilis eſt ijs ſtipulationibꝰ in quibus genera cõprehenduntur. & ideò diuiſio eius ſtipulationis non in partes operarum,ſed in numerum cedit. Quòd,ſi vnam operã ſeruus cõmunis ſtipulatus fuerit,neceſſe

eſt vtrique dominorum partem operæ, quantã in ſeruo habuerit, petere. Solutio autem eius obligationis expeditiſſima eſt, ſi æſtimationem operæ malit libertus offerre, aut ſi conſentiant patroni, vt his communiter operæ edantur.

CVM quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſt: ſoli » Titio, non etiam ſucceſſoribus eius recte ſoluitur.

EVM, qui ita ſtipulatur, Mihi & Titio x dare ſpondes? veriſimile eſt ſemper vna x cõmuniter ſibi & Titio ſtipulari. ſicuti, qui legat Titio & Sẽpronio, » non aliud intelligitur, quàm vna x cõmuniter duobus legare. Te & Titium hæredem tuum x daturum ſpondes? Titij perſona pro ſuperuacua comprehenſa eſt. ſiue enim ſolus hæres extiterit, inſolidũ tenebitur. ſiue pro parte, eodem modo, quo cæteri cohæredes eius, obligabitur. &, quãuis cõueniſſe videatur, ne ab alio hærede quàm à Titio peteretur, tamẽ » inutile pactũ cõuentũ cohæredibus eius erit. Qui ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatur, manifeſte perſonã filij in hoc cõplectitur, vt ei rectè ſoluatur: neque enim intereſt, ſibi, aut extraneo cuilibet: an ſibi, aut filio ſuo quis ſtipuletur. quare vel manẽti in poteſtate, vel emancipato filio recte ſoluitur. Nec ad rem pertinet, quòd, qui filio ſuo dari ſtipulatur, ſibi acquirit: quia cõiuncta ſua perſona ſtipulator efficit, vt nõ acquirẽdæ obligatiõis gratia, ſed ſolutiõis cauſa perſonã filij adhibuiſſe intelligatur. Quòd, ſi ſoli filio ſuo, qui in poteſtate ſua ſit, dari quis ſtipulat⁹ ſit, nõ rectè filio ſoluetur: » quia filij perſona obligationi magis quâm ſolutioni applicatur. Qui ita ſtipulatur, x, quoad viuã, dare ſpõdes? cõfeſtim x dari rectè petit: ſed hæres eius » exceptiõe pacti cõuenti ſũmouẽdus eſt. nã ſtipulatorẽ id egiſſe, ne hæres eius peteret, palàm eſt. queadmo-

dum is, qui Calend. Ianua. dari ſtipulatur, poteſt quidem etiam poſt Calend. petere, ſed exceptione pacti ſummouebitur: nam & hæres eius, cui ſeruitus prædij ita conceſſa eſt, vt, quoad viueret, ius eundi haberet, pacti conuenti exceptione ſummouebitur. Qui ita ſtipulatur, Ante Calend. proximas dare ſpondes? nihil differt ab eo, qui Calendis dari ſtipulatur.

Qui proprietatem ſine vſufructu habet, rectè vſumfructum ſibi dari ſtipulatur: id enim in obligationem deducit, quod non habet, ſed habere poteſt.

Si à te ſtipulatus fuero fundum Sempronianũ: deinde eundem fundum detracto vſufructu ab alio ſtipuler: prior ſtipulatio non nouabitur: quia nec ſoluendo fundũ, detracto vſufructu, liberaberis: ſed adhuc à te rectè fundi vſumfructũ petam. Quid ergo eſt, cum mihi fundum dederis? Is quoque liberabitur à quo detracto vſufructu fundum ſtipulatus fueram.

Si hominem, quem à Titio purè ſtipulatus fueram, Seius mihi ſub conditione promiſerit, & is pendente conditione poſt moram Titij deceſſerit: confeſtim cum Titio agere potero: nec Seius exiſtente conditione mihi obligatur. At, ſi Titio acceptũ feciſſem, Seius exiſtẽte conditione obligari poteſt. Idcirco hæc tam variè, quòd homine mortuo deſinit eſſe res, in quam Seius obligaretur. acceptilatione autem interpoſita, ſupereſt homo, quem Seius promiſerat.

SI QVIS, ſi Titius Conſul factus erit, x dare ſpoponderit: quãuis pendente conditione promiſſor moriatur, relinquit hæredem obligatum.

PAVL. QVI VSVMFRVCTVM fundi ſtipulatur, deinde fundum: ſimilis eſt ei, qui partem fundi ſtipulatur, deinde fundum totum: quia fundus dari non intelligitur, ſi vſusfructus detrahitur. Econtrario, qui

fundum ſtipulatus eſt, deinde vſumfructum: ſimilis eſt ei, qui totũ ſtipulatur, deinde partẽ. Sed, qui actũ ſtipulatur, deinde iter: poſteriore ſtipulatione nihil agit. ſicut, qui x, deinde quinq; ſtipulatur, nihil agit. Item, ſiquis vſumfructũ, deinde vſum ſtipulatus fuerit, nihil agit. niſi in omnibus nouandi animo hoc facere ſpecialiter expreſſerit. tunc enim, priore obligatione exſpirante, ex ſecunda introducitur petitio: & tam iter, quàm vſus, necnon .v. exigi poſſunt.

QVOTIES in diem vel ſub conditione oleum quis ſtipulatur: eius æſtimationem eo tẽpore ſpectari oportet, quo dies obligationis vênit. tunc enim ab eo peti poteſt. alioqui rei captio erit.

IDEM erit, & ſi Capuæ certum olei pondus dari quis ſtipulatus ſit. nam eius temporis fit æſtimatio, cum peti poteſt. Peti autem poteſt, quum primùm in locum perueniri potuerit.

STIPVLATIO hoc modo concepta, Si hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes? inutilis eſt: quia contra bonos mores eſt hæc ſtipulatio. IVL.

SERVVS vetante domino, ſi pecuniam ab aliquo ſtipulatus ſit, nihilominus obligat domino promiſſorem.

SI ITA QVIS ſtipuletur, Siue nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius Conſul factus fuerit. vtra prius conditio extitiſſet, ſtipulatio committetur: & amplius committi non poteſt. Sed enim, cum ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit: neceſſe eſt, vt ea, quæ extiterit, huiuſmodi ſtipulationem committat. AFR.

HVIVSMODI ſtipulatio interpoſita eſt, Si Titius conſul factus fuerit, tunc ex hac die in annos ſingulos dena dare ſpondes? poſt triennium condi-

tio extitit, an huius temporis nomine agi poſſit, non
» immerito dubitatur. Reſpondi eam ſtipulationẽ vtilem eſſe, ita, vt in ea eorum quoque annorum, qui ante impletam conditionem intercesſerint, præſtatio in id tẽpus collata intelligatur. vt ſententia eius talis ſit, Tunc, cum Titius Conſul factus fuerit, in annos ſingulos, etiam præteriti temporis habita ratione, dena præſtentur.

VLP. QVAE EXTRINSECVS, & nihil ad præſentem actum pertinentia adieceris ſtipulationi, pro ſuperuacuis habebuntur: nec vitiabũt obligationem.
» veluti ſi dicas, Arma, virúmque cano, ſpõdeo: nihilo minus valet. Sed, & ſi in rei, quæ promittitur, aut perſonæ appellatione varietur, non obeſſe placet: nam ſtipulanti denarios, eiuſdem quantitatis aureos ſpondendo obligaberis. Sed & ſeruo ſtipulanti L. domino ſuo, ſi Titio, qui ĩdem ſit, daturum te ſpondeas, obligaberis.

PAVL. SI MINOR XX annis à debitore ſuo ſtipuletur ſeruum manumiſſum iri: non eſt executio ſtipulationis danda. ſed ſi ipſe XX annorum erit, non impedietur manumiſſio: quia de minore lex loquitur.

IVL. ILLA STIPVLATIO, Rem ſaluam fore promittis? valet. Eum, qui X danda ſibi curari ſtipulatus ſit, non poſſe X petere: quoniam poſſit pro-
» miſſor reum locupletem dando liberari, Labeo ait.
» Idémque & Marcellus lib. VI Digeſtorum refert.

PAVL. SI POENAM ſtipulatus fuero, ſi pecuniam mihi nõ crediſſes, certa eſt & vtilis ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero, Pecuniã te mihi crediturum ſpõdes? incerta eſt ſtipulatio: quia id venit in ſtipulationem quod mea intereſt.

VLP. SI HOMO mortuus ſiſti non poteſt, nec pœna

rei impoſſibilis committetur: quemadmodum, ſiquis
Stichum mortuum dari ſibi ſtipulatus, ſi datus non
» eſſet, pœnam ſtipuletur.

MVLIER, QVAE dotē dederat populari meo
Glabeoni Iſidoro, fecerat eum promittere dotem, ſi
in matrimonio deceſſiſſet, infanti: & deceſſerat con-
» ſtante matrimonio. Placebat ex ſtipulatu actionem
» non eſſe: quoniam, qui fari non poterat, ſtipulari non
poteſt.

CVM, QVID vt fiat, ſtipulamur pœnā: ſic re-
ctè concipiemus, Si ita factum non erit. Cū quid ne
fiat: ſic, Si aduerſus id factum ſit.

STIPVLATIONES non diuiduntur earū
rerum, quæ diuiſionē non recipiunt: veluti viæ, itine-
ris, actus, aquæduct9, cæterarúmque ſeruitutū. Idem
puto & ſiquis faciendum aliquid ſtipulatus ſit: vtpu-
ta fundum tradi, vel foſſam fodi, vel inſulam fabrica-
ri, vel operas, vel quid his ſimile: horum enim diuiſio
» corrūpit ſtipulationem. Celſus tamē lib. XXVIII.
» Digeſtorum refert Tuberonem exiſtimaſſe, vbi quid
» fieri ſtipulemur: ſi non fuerit factum, pecuniam da-
ri oportere: ideóque etiam in hoc genere diuidi ſtipu-
» lationem. ſecundum quæ Celſus ait poſſe dici iuxta
æſtimationem facti dandam eſſe petitionem. Si
quis ita ſtipulatus ſit, Si ante Calend. Mart. primas
opus perfectum non erit, tunc, quanti id opus erit,
tantam pecuniam dari: diem promiſſionis cedere,
nō, ex quo locatum eſt opus, ſed poſt Calend. Mart.
quia nec conueniri ante Calend. Mart. reus promit-
» tendi poterat. Planè, ſi inſulam fulciri quis ſtipula-
» tus ſit: non eſt expectandum, vt inſula ruat, vt ſic
deinde agi poſſit. Nec ſi inſulam fieri: vt tantum tem-

poris prætereat, quãto inſula fabricari poſſit: ſed vbi iam cœperit mora faciendæ inſulæ fieri, tunc agetur, diéſque obligationis cedit.

PAVL. INTERDVM pura ſtipulatio, ex re ipſa dilatione capit: veluti ſi id, quod in vtero ſit, aut fructus futuros, aut domum ædificari ſtipulatus ſit. tunc enim incipit actio, cum ea per rerum naturam præſtari poteſt. Sic, qui Carthagine dari ſtipulatur, cum Romæ ſit: tacitè tempus complecti videtur, quo perueniri Carthaginem poteſt. Item, ſi operas à liberto quis ſtipulatus ſit, non antè dies earum cedit, quâm indictæ fuerint, nec ſint preſtitæ. Si ſeruus hæreditarius ſtipulatus ſit: nullam vim habitura eſt ſtipulatio, niſi adita hæreditas ſit: quaſi cõditionẽ habeat. Idem eſt & in ſeruo eius, qui apud hoſtes eſt. Stichi promiſſor poſt moram offerendo purgat morã. Certè doli mali exceptio nocebit ei, qui pecuniam oblatã accipere noluit.

STIPVLATIONVM quędam certæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt, quod ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quantũque ſit: vt ecce aurei x. fundus Tuſculanus. homo Stichus. tritici Africi optimi modij c. vini Campani optimi amphoræ centum.

VLP. VBI autem non apparet quid, quale, quãtũque ſit in ſtipulatione, incertam eſſe ſtipulationem dicendum eſt. Ergo, ſiquis fundum ſine propria appellatione, vel hominẽ generaliter ſine proprio nomine, aut vinum frumentúmve ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur: incertũ deducit in obligationẽ: vſque adeò, vt, ſiquis ita ſtipulatus ſit, Tritici Africi boni modios c? Vini Campani boni amphoras centum? incertũ videatur ſtipulari: quia bono melius inueniri po-

» teſt.quo fit, vt boni appellatio non ſit certæ rei ſigni-
» ficatiua: cum id, quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit. At, cum optimum quiſque ſtipulatur: id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. quæ res efficit, vt ea appellatio
» certæ rei ſignificatiua ſit. Fundi certi ſiquis vſumfru-
» ctum ſtipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxiſſe. hoc enim magis iure vtimur.

Illud dubitationem recipit, ſi quis id, quod ex ea ancilla natum erit, aut fruct9, qui in fundo Tuſculano nati erunt, dari ſibi ſtipulatus ſit: an incertum ſtipulatus videatur. Sed ipſa natura manifeſtiſſimũ eſt, incertam eſſe hanc ſtipulationem. Sed, qui vinum
» aut oleum vel triticum, quod in horreo eſt, ſtipulatur:
» certum ſtipulari intelligitur. Qui verò à Titio ita ſtipulatur, Quod mihi Seius debet, dare ſpondes? &
» qui ita ſtipulatur, Quod mihi ex teſtamento de-
» bes, dare ſpondes? incertum in obligationem deducit, licet Seius certum debeat, vel ex teſtamento certum debeatur. quanuis iſtæ ſpecies vix ſeparari poſſint ab ea, quam propoſuimus de vino vel oleo vel tritico, quod in horreo repoſitum eſt. Et ad hoc occurrit, quòd fideiuſſores certum videntur promittere, ſi modo & is, pro quo obligātur, certũ debeat. cum alioqui & ita interrogētur, Id fide tua eſſe iubes? Qui id, quod in faciendo aut in non faciendo conſiſtit ſtipulatur, incertum ſtipulari videtur. In faciendo. veluti foſſam fodi. domum ædificari. vacuam poſſeſſionem tradi. In non faciendo, veluti, per te non fieri, quo minus mihi per fundũ tuum ire agere liceat. per te nõ fieri, quo min9 hominem mihi Erotem habere liceat.

Qui illud aut illud ſtipulatur, veluti, x, aut hominem Stichum? vtrum certum an incertum dedu-

cat in obligationem? non immeritò quæritur. nam & res certæ deſignantur, & vtra earum potius præ» ſtanda ſit, in incerto eſt. Sed, & cum quis ſibi electio» nem conſtituit, adiectis his verbis, Vtrum ego velim. poteſt videri certum ſtipulatus: cum ei liceat vel ho» minem tantum, vel x tantum intendere ſibi dari o» portere. Qui verò ſibi electionem non conſtituit, in» certum ſtipulatur. Qui ſortè ſtipulatur, & vſu» » ras quaſcunque: certum & incertum ſtipulari vide» » tur. & tot ſtipulationes ſunt, quot ſunt res. Hanc » ſtipulationem, Fundum Tuſculanum dari? Offilius » ait certi eſſe, continereque, vt dominium omnino effi» ciatur ſtipulatoris quoquo modo.

PAVL. SI STIPVLATVS fuerim Illud aut illud, » quod ego voluero. hæc electio perſonalis eſt: & ideo ſeruo vel filio talis electio cohæret: in hæredes tamen tranſit obligatio & ante electionem mortuo ſtipula» » tore. Cum ſtipulamur, Quicquid te dare facere oportet. id, quod præſenti die dûntaxat debetur, in ſtipulationem deducitur: non (vt in iudicijs) etiam futurum. & ideo in ſtipulatione adijcitur etiam verbũ » oportebitve. vel ita, præſens, in diémve. hoc ideo fit: » quia, qui ſic ſtipulatur, Quicquid te dare facere oportet. demonſtrat eam pecuniã, quæ iam debetur. quòd ſi totam demõſtrare vult, dicit, oportet oportebitve. vel ita, præſens, in diémve.

AD DIEM ſub pœna pecunia promiſſa, & ante diem mortuo promiſſore, committetur pœna, licet non ſit hæreditas adita.

PAVL. SI filiuſfamiliâs ſub cõditione ſtipulatus, emã» cipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit. quia in ſtipulationibus id tempus ſpecta» tur, quo cõtrahim⁹. Cum fundũ ſtipulatus ſum,

nõ veniũt fructus, qui ſtipulationis tempore fuerunt.

SI PROCVRATORI pręſentis fuerit cautum, ex ſtipulatu actionem vtilem domino competere nemo ambigit. VLP.

QVOTIES in ſtipulationib⁹ ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto ſit.

QVOTIES quis alium ſiſti promittit, nec adijcit pœnam, puta vel ſeruum ſuum, vel hominem liberum: quæritur, an committatur ſtipulatio? Et Celſus ait, etſi non eſt huic ſtipulationi additum, niſi ſteterit, pœnam dari. id, quãti intereſt ſiſti, cõtineri. & verũ eſt, quod Celſus ait: nam, qui aliũ ſiſti promittit, hoc promittit, ſe acturũ, vt ſtet. Si procurator ſiſti aliquem ſine pœna ſtipulatus ſit: poteſt defendi nõ ſuã, ſed eius, cuius negotiũ geſſit, vtilitatẽ in eã rem deduxiſſe: idque fortius dicendum eſt, ſi, quanti ea res eſt, ſtipulatio proponatur procuratoris.

NEMO rem ſuam vtiliter ſtipulatur, ſed pretiũ rei ſuæ non inutiliter. Sanè rem meã mihi reſtitui, rectè ſtipulari videor. Si poſt moram promiſſoris homo deceſſerit, tenetur nihilominus perindè, âc ſi homo viueret. & hic moram videtur feciſſe, qui litigare maluit, quâm reſtituere. VLP.

INTER ſtipulantem & promittentem negotium contrahitur. itaque alius pro alio promittens daturum facturúmve eum, non obligatur: nam de ſe quenque promittere oportet. Et qui ſpõdet dolũ malum abeſſe, abfuturúmque eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpõdet, ſed curaturum ſe, vt dolus malus abſit. Idémque in illis ſtipulationibus, Habere licere: item, Neque per te neque per hæredem tuum fieri, quo minus fiat. Si Stichum ſtipulatus, de alio ſentiam,

» tu de alio:nihil actum erit.quod & in iudicijs Ariſto exiſtimauit. Sed hic magis eſt,vt is petitus videatur, » de quo actor ſenſerit·Nam ſtipulatio ex vtriuſque cō» ſenſu valet:iudicium autem etiam in inuitum reddi tur:& ideò potius actori credendum eſt· alioqui ſem per negabit reus ſe conſenſiſſe. Si ſtipulante me » Stichum aut Pamphilum, tu vnum daturum te ſpo» ponderis:conſtat non teneri te,nec ad interrogatum eſſe reſponſum.Diuerſa cauſa eſt ſummarum: veluti x aut x x dare ſpondes? hic enim,& ſi x ſpoponde» ris, rectè reſponſum eſt:quia ſemper in ſummis id, » quod minus eſt,ſpōderi videtur. Item,ſi ego plures res ſtipuler,Stichum puta & Pamphilum: licet vnū ſpoponderis,teneris· videris enim ad vnam ex duabus ſtipulationibus reſpōdiſſe. Sacram rem, vel religioſam,vel vſibus publicis in perpetuum relictā, » vt forum aut baſilicam,aut hominem liberum inuti» liter ſtipulor:quanuis res ſacra prophana fieri,aut vſibus publicis relicta,in priuatos vſus reuerti, & ex libero ſeruus fieri poteſt· Nam &,cum quis rem prophanam aut Stichum dare promiſit, liberatur, ſi ſine facto eius,res ſacra eſſe cœperit, aut Stichus ad libertatem peruenerit·nec reuocantur in obligationē, ſi rurſus lege aliqua & res ſacra prophana eſſe cœperit, & Stichus ex libero ſeruus effectus ſit: quoniam quidem vna atque eadem cauſa & liberandi & obligandi eſſet,quòd aut dari non poſſit, aut dari poſſit. Nam,& ſi nauem,quam ſpoponderit,dominus diſſoluerit, & ijſdem tabulis cōpegerit: quia eadem nauis » eſſet,incipiet obligari.Pro quo & illud dici poſſe Pe» dius ſcribit,Si ſtipulatus fuero ex fundo c amphoras » vini,expectare debeo,donec naſcatur:& ſi natum,ſi ne culpa promiſſoris cōſumptum ſit, rurſus expecta-

re debeo, donec iterum naſcatur, darive poſſit, & per has vices aut ceſſaturam aut valituram ſtipulationē. Sed hæc diſſimilia ſunt. Adeò enim, cum liber homo promiſſus eſt, ſeruitutis tempus expectandum non eſt, vt ne hęc quidē ſtipulatio de homine libero probanda ſit, Illum, cum ſeruus eſſe cœperit, dare ſpondes? Item, Eum locum, cum ex ſacro religioſóve profanus eſſe cœperit, dari? quia nec præſentis obliga-
» tionem temporis recipere poteſt: & ea dûntaxat, quę
» natura ſui poſſibilia ſunt, deducuntur in obligationē.
» Vini autē non ſpeciem, ſed genus ſtipulari videmur:
» & tacitè in ea tempus continetur. homo liber certa
» ſpecie continetur: & caſum aduerſâmque fortunam
» expectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale eſt. Nā de iis rebus negotiū rectè gerimus, quæ ſubiici vſibus dominióque noſtro ſtatim poſſunt. Et nauis ſi hac mente reſoluta eſt, vt ad alium vſum tabulæ deſtinarētur: licet mutato conſilio perficiatur, tamen & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda eſt. Sed, ſi reficiēdæ nauis cauſa omnes tabulæ refixæ ſint, nō-
» dum intercidiſſe nauis videtur. & compoſitis rurſum
» tabulis, eadem nauis eſſe incipit. ſicuti de ædibus de-
» poſita tigna ea mente, vt reponantur, ædiū ſunt. Sed,
» ſi vſque ad aream depoſita ſint, licet eadem materia reſtituatur: alia erit. Hic tractatus etiam ad Prætorias ſtipulationes pertinet, quibus de reſtituenda re caueatur, &, an eadem res ſit, quæritur. Si rem, quam
» ex cauſa lucratiua ſtipulat⁹ ſim, nact⁹ fuero ex cauſa
» lucratiua, euaneſcit ſtipulatio. Sed, & ſi hæres extitero domino rei, extinguitur ſtipulatio. Si verò à me hęrede defunctus eā legauerit, poteſt agi ex ſtipulatu. Idémque eſt, & ſi ſub conditione legata ſit: quia, & ſi ipſe debitor rem ſub conditione legatam dediſſet, nō

tem peti, ſolui autẽ niſi totum nõ poteſt, veluti cum ſtipulatus ſum hominem incertum: nam petitio eius ſcinditur: ſolui autem niſi inſolidũ nõ poteſt: alioqui in diuerſis hominibus rectè partes ſoluerentur: quod non potuit defunctus facere: ne, quod ſtipulatus ſim, non cõſequar. Idem iuris eſt, & ſi quis x aut hominẽ ſtipulanti promiſerit. Inſolidũ verò agi oportet, & partis ſolutio affert liberationẽ, cũ ex cauſa euictionis intendimus: nã auctoris hæredes inſolidũ denunciandi ſunt, omnéſque debent ſubſiſtere, & quolibet effugiẽte omnes tenebũtur: ſed vnicuique pro parte hæreditaria præſtatio iniũgitur. Itẽ, ſi ita ſtipulatio facta ſit, Si fund⁹ Titian⁹ datus nõ erit, dari c: niſi totus detur, pœna cõmittitur in c. nec prodeſt partes fundi poſſe dari ceſſante vna, queadmodũ nõ prodeſt ad pignus liberandum partem creditori ſoluere.

Quicunque ſub conditione obligatus curauerit, ne conditio exiſteret, nihilominus obligatur.

QVOD dicitur, Tot ſtipulationes eſſe, quot res. VLP. ibi locum habet, vbi res exprimũtur ſtipulatione. cæterũ, ſi non fuerint expreſſæ, vna eſt ſtipulatio.

NEMO rem ſuam futuram, in eum caſum, quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur.

MORA rei, fideiuſſori quoque nocet. ſed, ſi fideiuſſor ſeruum obtulit, & reus moram fecerit: mortuo Sticho, fideiuſſori ſuccurrendum eſt. Sed, ſi fideiuſſor hominem occiderit, reus liberabitur: fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt.

SI A colono, cui fundum in v annos locauerã, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, Quicquid te dare facere oportet: non amplius in ſtipulationem deducitur, quàm quod iã dari oportet. ſin autẽ adijciatur, oportebitve, etiam futura obligatio deducitur.

POMP. CVM STIPVLATI ſumus pro vſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta nō ſit: etiamſi ſortis obligatio in iudicium ſit deducta, adhuc tamen pœna creſcit: quia verum eſt pecuniā ſolutam non eſſe.

PAVL. SI SERVVM Stichum ſtipulatus fuero, & nulla mora interueniente ſeruus deceſſerit: ſi quidem occidat eum promiſſor, expeditum eſt. ſin autem negligat infirmum, an teneri debeat promiſſor, conſiderādum eſt. vtrum, quemadmodum in vendicatione hominis, ſi neglectus à poſſeſſore fuerit, culpæ huius nomine tenetur poſſeſſor: ita, & cum dari promiſit? an culpa, quod ad ſtipulationē attinet, in faciēdo quidē accipiēda ſit, nō in nō faciēdo? quod magis probādū eſt: quia, qui dare promiſit, ad dandū, nō ad faciendū » tenetur. Sed, & ſi ſit quidem res in rebus humanis, ſed dari non poſſit, vt fundus religioſus puta vel ſacer factus, vel ſeruus manumiſſus, vel etiam, ab hoſtibus ſi capiatur: culpa in hunc modum dijudicatur, vt, ſi quidem ipſius promiſſoris res vel tempore ſtipulationis vel poſtea fuerit, & quid eorum acciderit: nihilominus teneatur· idémque fiet & ſi per alium poſtea, quâm ab hoc alienatus ſit, id contigerit. ſi autem alienus fuerit, & ab alio tale quid acciderit, nō tenetur: quia nihil fecit. niſi, ſi poſtea, quâm moratus eſt ſolutionē, aliquid huiuſmodi acciderit. quā diſtinctionē & » Iulianus ſequitur. Item, ſi homo qui fuit promiſſoris, ex præcedenti cauſa ablatus ei fuerit, quòd ſtatuliber fuit: perinde habendus ſit, ac ſi alienum promiſiſſet· quia ſine facto ipſius deſijt eius eſſe. De illo quęritur, an & is, qui neſciens ſe debere occiderit, teneatur? » quod Iulianus putat in eo, qui, cum neſciret à ſe peti» tum codicillis, vt reſtitueret, manu miſit. Sequi-

tur de eo videre, quod veteres conſtituerũt, Quoties culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationem. » queadmodum intelligendum ſit. Et quidem, ſi effecerit promiſſor, quo minus ſoluere poſſit, expeditum intellectum habet cõſtitutio. ſi verò moratus ſit tantũ, hæc hæſitatur, an, ſi poſtea in mora non fuerit, extin» guatur ſuperior mora. Et Celſus adoleſcens ſcribit eũ, » qui moram fecerit in ſoluendo Sticho, quem promiſerat, poſſe emendare eam morã poſtea offerendo: eſſe enim hanc quæſtionem de bono & æquo: in quo genere plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ, perni» cioſè (inquit) erratur. Et ſanè probabilis hæc ſenten» tia eſt: quam quidem & Iulianus ſequitur: nam, cum quæritur de damno, & par vtriuſque cauſa ſit: quare non potentior ſit qui tenet, quàm, qui perſequitur?

Nunc videamus in quibus perſonis hæc conſtitutio locum habeat. quæ inſpectio duplex eſt, vt primo quæramus, quæ perſonæ efficiãt perpetuam obligationem: deinde quibus eam producant. Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationẽ. acceſ» ſores autẽ an perpetuent, dubiũ eſt. Pomponio perpetuare placet. quare enim facto ſuo fideiuſſor ſuã obligationem tollat? cuius ſententia vera eſt. Itaque perpetuatur obligatio tam in ipſorũ quàm ſucceſſorum » ſuorũ perſona. Acceſſoribus quoque ſuis, id eſt, fide» iuſſoribus perpetuant obligationẽ: quia in totam cauſam ſpoponderũt. An filiuſfamiliâs, qui iuſſu patris promiſit: occidendo ſeruũ, producat patris obli» gationem? videndum eſt. Pomponius producere putat: ſcilicet quaſi acceſſorẽ intelligens eum, qui iubeat.

Effectus huius cõſtitutionis ille eſt, vt adhuc homo peti poſſit. ſed & acceptũ ei poſſe ferri creditur, & fideiuſſorem accipi eiuſdem obligationis nomine.

» Nouari autē an poſſit hæc obligatio? dubitationis eſt: « quia nec hominem, qui non eſt, nec pecuniā, quæ non debetur, ſtipulari poſſum⁹. Ego puto nouationem fieri poſſe, ſi hoc actum inter partes ſit. quod & Iuliano placet.

SI ITA STIPVLER, Per te non fieri, quo minus mihi hæredique meo vindemiā tollere liceat? etiam hæredi datur actio.

SI SIC ſtipulatus fuero, Per te nō fieri, quo minus hominē ex iis, quos habes, ſumā? electio mea erit.

MARC. TRITICVM dari oportere ſtipulatus eſt aliquis. facti quæſtio eſt, non iuris. igitur, ſi de aliquo tritico cogitauerit, id eſt, certi generis, & certæ quantitatis: id habebitur pro expreſſo. alioqui, ſi cū deſtinare genus & modum vellet, nō fecerit: nihil ſtipulatus videtur. nec igitur vnum quidem modum.

QVI INSVLAM fieri ſtipulatur: ita demum acquirit obligationē, ſi appareat, quo in loco fieri inſulam voluit: ſi tamen ibi inſulam fieri, intereſt eius.

QVI SERVVM mihi ex ſtipulatu debebat, » ſi in facinore eum deprehenderit, impune eum occi» dit: nec vtilis actio erit in eum conſtituenda.

CELS. » SI ITA ſtipulatus fuero, Te ſiſti, &, niſi ſtiteris, Hippocētaurum dari? perinde erit, atque ſi te ſiſti ſolūmodo ſtipulatus eſſem. Poſſum vtiliter à te ita ſtipulari, Nomine Titij te mihi ſoluturū ſpondes? Neque enim hoc ſimile eſt illi, Te daturū? ſed ex ea ſtipulatione, dum intereſt mea, agere tecū poſſum: & ideo ſi locuples ſit Titius, nihil ex hac ſtipulatione cōſequi poſſumus. Quid enim mea intereſt id à te fieri, quod ſi non feceris, æquè ſaluam pecuniā habiturus ſum? Si tibi nupſero, x dare ſpondes? cauſa cognita denegandā actionem puto. nec raro probabilis

cauſa huiuſmodi ſtipulationis eſt. Item, ſi vir à muliere eo modo non in dotem ſtipulatus eſt.

MARC. EXISTIMO poſſe id, quod meum eſt, ſub cõditione ſtipulari. item viã ſtipulari ad fundum poſſe, quanquam interim fundus nõ ſit meus. aut, ſi hoc verum non eſt, & alienum fundum ſub conditione ſtipulatus fuero, iſque ex lucratiua cauſa meus eſſe cœperit: confeſtim perimetur ſtipulatio. Sed, ſi fundi dominus ſub conditione viã ſtipulatus fuerit: ſtatim fundo alienato euaneſcit ſtipulatio, & maxime ſecundũ illorum opinionem, qui etiam ea, quæ rectè conſtiterint, reſolui putant, cum in eum caſum reciderint, à quo non potuerũt conſiſtere. Ex hac ſtipulatione, Inſulam fulcire ſpondes? quando naſcatur actio, quæritur? Et vtique non eſt expectandum, vt ruat. Nec enim nihil ſtipulatoris intereſt fultam inſulã potius eſſe, quàm non eſſe. nec tamẽ rectè agetur, ſi nõdum præterierit tantum temporis, quo fulcire potue-
» rit redemptor.

CELS. QVICQVID adſtringendæ obligationis cauſa dictum eſt, id, niſi palàm verbis exprimatur, omiſſum eſſe intelligendum eſt, aut certè ſecundum promiſſorẽ interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit verba latè concipere. Nec rurſus promiſſor ferendus eſt, ſi eius intererit de certis potius vaſis fortè aut hominibus actum eſſe. Si ſtipulatus hoc modo fuero, Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari? non niſi præterito biennio rectè petam. Nam etſi ambigua verba ſunt, ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuerit te Capitolium non aſcendiſſe.

MOD. CONDITIO in præteritum, non tantum in præſens tempus relata, ſtatim aut perimit obligationem, aut omnino non differt.

PVBERES ſine curatorib9 ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari.

VENDITORES emptori pro euictione cauerant, quāti eius intereſſet: ſed & ſpecialiter agnituros, ſi in lite mota ſumptus feciſſet, emptori ſtipulanti promiſerant. poſt mortem emptoris, vnus ex venditoribus ad iudicium vocauit hæredes, pretium ſibi deberi dicens: hæredéſque eius, ſumptus in defenſione cauſæ factos, cum probarent pretium ſolutum
» fuiſſe, ex ſtipulatione petebant. Modeſtinus reſpondi, ſi eas impenſas venditores promiſerāt, quæ ob litem de proprietate inſtitutam factæ eſſent: minime ex ſtipulatu peti poſſe, quod erogatū eſt, dum alter ex venditoribus pretium, quod iam fuerat exolutum, petit.
» LIBER homo in ſtipulatum deduci nō poteſt:
» quia nec dari oportere intēdi, nec æſtimatio eius præ-
» ſtari poteſt. nō magis, quâm ſi quis dari ſtipulatus fue-
» rit mortuum hominem, aut fundum hoſtium.

VENV. CVM SERVVS pecuniā pro libertate pactus eſt, & ob eam rem reum dederit: quanuis ſeruus ab alio manumiſſus ſit, reus tamen rectè obligabitur: quia non quæritur, à quo manumittatur, ſed vt manumittatur.

STIPVLATVS ſum Damam aut Erotem ſeruum dari. cum Damam dares, ego, quo minus accipere, in mora fui. mortuus eſt Dama. an putes me
» actionem ex ſtipulatu habere? Reſpondi Secundum
» Maſurij Sabini opinionem, puto te ex ſtipulatu age-
» re non poſſe. nam is rectè exiſtimabat, ſi per debitorē mora non eſſet, quo minus id, quod debebat, ſolueret, continuo eum debito liberari.

QVI EX pluribus fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, vnum fundum ſine vlla nota de-

monſtrationis ſtipulatur, incertum ſtipulatur: id eſt,
eum fundum ſtipulatur, quem promiſſor dare volue-
» rit. Tandiu autem voluntas promiſſoris in pendenti
eſt, quandiu id, quod promiſſum eſt, ſoluatur.

VTRVM turpem talem ſtipulationē putes, ân
ne, quæro? Pater naturalis filium, quem Titius habe-
bat in adoptione, hæredem inſtituit, ſi patria poteſta
te eſſet liberatus: pater eum filium adoptiuū nō aliâs
emancipare voluit, quâm ſi ei dediſſet, â quo ſtipula-
retur certam ſummam, ſi eū manumiſiſſet: poſt emā-
cipationem adijt hæreditatem filius: petit nunc pecu-
» niam pater ex ſtipulatione ſuprâ relata. Reſpondi.
Non puto turpem eſſe cauſam ſtipulationis, vtpote
cum aliter filium emancipaturus non fuerit. nec po-
teſt videri iniuſta cauſa ſtipulatiōis, ſi aliquid adopti-
uus pater habere voluerit propter, quod â filio poſt
emancipationem magis curaretur.

A TITIO ita ſtipulatus ſum, Siqua mihi nu-
pſerit, x dotis eius nomine dare ſpondes? quæreba-
» tur, an conſiſtat talis ſtipulatio? Reſpondi. Si ſtipulan-
ti mihi ita dos promiſſa eſt, Quancūque vxorem du-
xero, dotis eius nomine centum dare ſpōdes? nihil in
» cauſa eſt, quare ea pecunia, conditione completa, nō
debeatur. Nam cū cōditio etiam ex incertæ perſonæ
facto parere obligationem poſſit, veluti Siquis in Ca-
pitolium aſcenderit, x dare ſpondes? vel, Siquis â me
x petierit, tot dare ſpondes? cur non idem dote pro-
miſſa reſpondeatur, ratio reddi non poteſt. Nul-
» la promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate pro-
mittentis ſtatum capit.

» SI ITA ſtipulatus fuero, x, aut xv dabis? x POMP.
» debentur. Item ſi ita, Poſt annum, aut biennium da-
» bis? poſt biennium debentur: quia in ſtipulationibus

„ id ſeruatur, vt, quod minus eſſet, quôdque lõgius eſſet, videretur in obligationem deductum.

SI MIHI & Titio, cuius in poteſtate non ſim, ſtipuler x: non tota x, ſed ſola v mihi debẽtur: pars enim aliena deducitur: vt, quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem. Si ſtipulatus fuero de te, Veſtem tuam, quæcunque muliebris eſt, dare ſpondes? magis ad mentem ſtipulantis quâm ad mentẽ promittẽtis id referri debet: vt, quod ſit in ea re, id æſtimari debeat, non, quod ſenſerit promiſſor. Itaque, ſi ſolitus fuerat promiſſor muliebri quadam veſte vti, nihilominus debebitur.

SI STIPVLATVS fuero per te non fieri, quo minus mihi illa domo vti liceat: an etiã, ſi me non prohibeas, vxorem tamen meam prohibeas: vel contrâ vxore mea ſtipulata, me prohibeas: committatur ſtipulatio? Et ſatius eſt hæc verba ſic accipi. Nam, & ſi, cum ſtipulatus fuero per te nõ fieri, quo minus mihi via itinere actúque vti liceat: non me, ſed alium nomine meo ingredientem prohibeas: ſciendum eſt cõmitti ſtipulationem.

SI QVIS ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum, vtrum ipſe vellet: quem elegerit, petet, & is erit ſolus in obligatione. An autem mutare voluntatem poſſit, & ad alterius petitionem tranſire, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis: vtrùm ne talis ſit, Quem voluero. an, Quem volam. nam, ſi talis ſit, Quem voluero. cum ſemel elegerit, mutare voluntatem non poterit. ſi verò tractum habeat ſermo illius, & ſit talis, Quem volam. donec iudicium dictet, mutandi poteſtatem habebit. Siquis ita ſtipulatus fuerit, Pro c aureis ſatiſdabis? & reũ dederit in iſtam ſummam, Proculus ait ſemper in ſatiſdationis ſtipu-

» lationem id venire, quod intereſſet ſtipulãtis: vt aliâs tota ſors ineſſet, veluti ſi idoneus promiſſor non ſit: aliâs minus, ſi in aliquo idone9 eſſet debitor: aliâs nihil, ſi tam locuples eſſet, vt noſtra non interſit ſatis ab » eo accipere: niſi quòd plerunque idonei non tam pa» trimonio quàm fide quoque æſtimarentur.

CVM STIPVLATVS ſim mihi ò Procule, ſi opus arbitratu meo ante Calend. Iun. effectũ non ſit, pœnã: & protulerim diem: putásne verè poſſe me dicere, arbitratu meo opus effectum nõ eſſe ante Calend. Iun. cum ipſe arbitrio meo aliam diem operi la» xiorem dederim? Proculus reſpondi, Non ſine cauſa diſtinguendum eſt, intereſſe, vtrum per promiſſorem mora non fuiſſet, quo minus opus ante Calend. Iun. ita, vt ſtipulatione comprehenſum erat, perficeretur: an, cum iam opus effici non poſſet ante Calendas Iunias, ſtipulator diem in Calendas Auguſt. protuliſſet. Nam, ſi tunc diem ſtipulator protulit, cum iam opus ante Calendas Iunias effici non poterat: puto pœnam eſſe cõmiſſam nec ad rem pertinere, quòd aliquod tempus ante Calendas Iunias fuit, quo ſtipulator non deſyderauit id ante Calendas Iunias effici, id eſt, quo non eſt arbitratus, vt fieret, quod fieri non poterat. aut, ſi hoc falſum eſt: etiam ſtipulator, pridie Calendas Iunias ſi mortuus eſſet, pœna commiſſa non eſſet: quoniam mortuus arbitrari non potuiſſet: & aliquod tempus poſt mortem eius operi perficiendo ſuperfuiſſet. Et propemodum etiam, ſi ante Calendas Iunias futurum eſſe cœperit, opus ante eam diem effici non poſſe, pœna commiſſa eſt. PROC.

Cũ venderet aliquis, promiſit emptori fideiuſſores præſtari, & rem venditam liberari: quæ vt liberetur, nunc deſyderat emptor: & in mora eſt is, qui ex

ſtipulatione id futurũ promiſit. quæro, quid iuris ſit? » Proculus reſpondi. Tanti litẽ æſtimari oportet, quanti actoris intereſt.

VLP. SI FVNDVM certa die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quo minus ea die præſtetur: conſecuturum me, quanti mea interſit moram factã non eſſe.

PAP. ITA STIPVLATVS ſum, Te ſiſti certo loco. ſi nõ ſtiteris, L aureos dare ſpõdes? Si dies in ſtipulatione per errorẽ omiſſus fuerit, cũ id ageretur, vt certo die ſiſteres: imperfecta erit ſtipulatio: nõ ſecus, àc ſi, quod pondere numero menſurâve cõtinetur, ſine adiectione ponderis numeri menſuræ ſtipulatus eſſem: vel inſulam ædificari non demonſtrato loco: vel fundum dari non adiecto nomine. Quòd, ſi ab initio id agebatur, vt quocunque die ſiſteres: &, ſi non ſtitiſſes, pecuniam dares: quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta, vires habebit. nec antè committetur ſtipulatio, quàm fuerit declaratum reum promittẽdi ſiſti non poſſe. Sed, & ſi ita ſtipulatus fuero, Si in Capitolium non aſcenderis, vel Alexãdriam non ieris, C dare ſpondes? non ſtatim committetur ſtipulatio, quanuis Capitolium aſcendere, vel Alexandriam peruenire potueris: ſed, cum certum eſſe cœperit te Capitolium aſcendere vel Alexandriam ire non poſſe. Itẽ, ſiquis ita ſtipuletur, Si Pamphilũ nõ dederis, C » dare ſpondes? reſpondit Pegaſus nõ antè cõmitti ſtipulationẽ, quàm deſijſſet poſſe Pamphilus dari. Sabi» nus autẽ exiſtimabat ex ſententia cõtrahentiũ, poſtquam homo potuiſſet dari, confeſtim agendũ: & tandiu ex ſtipulatione nõ poſſe agi, quandiu per promiſſorẽ non ſteterit, quo minus eũ daret. ídque defende» bat exemplo penus legatæ. hæredem etenim, ſi dare

potuiſſet penum, nec dediſſet: confeſtim in pecuniã legatam teneri ſcripſit. Idque vtilitatis cauſa receptũ eſt ob defuncti volũtatẽ, & ipſius rei naturã. Itaque poteſt Sabini ſententia recipi, ſi ſtipulatio non à conditione cœperit: veluti, Si Pamphilum non dederis, dare tantum ſpondes? ſed, ſi ita concepta ſit ſtipulatio, Pamphilum dare ſpondes? & ſi non dederis, tantum dare ſpondes? quod ſine dubio verum erit, cum id actum probatur, vt, ſi homo datus nõ fuerit, & homo & pecunia debeatur. Sed, & ſi ita cautum ſit, vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur, idem defendendum erit: quoniam voluntas fuiſſe probatur, vt homo ſoluatur, aut pecunia petatur.

DECEM ſtipulatus à Titio, poſtea, Quanto minus ab eo conſequi poſſes, ſi à Meuio ſtipuleris: ſine dubio Meuius periculũ poteſt ſubire. Sed, & ſi x petieris à Titio, Meuius nõ erit ſolutus: niſi iudicatum Titius fecerit. Paulus notat. Non enim ſunt duo rei Titius & Meuius eiuſdem obligationis: ſed Meuius ſub conditione debet, ſi à Titio exigi non poterit. igitur nec Titio conuento Meuius liberabitur, qui an debiturus ſit, incertum eſt. & ſoluente Titio non liberatur Meuius, quia nec tenebatur, cum conditio ſtipulationis deficit: nec Meuius pendente ſtipulationis conditione recte poteſt conueniri: à Meuio enim ante Titium excuſſum non recte petetur.

SIC homines, quos ego hæréſve meus elegiſſet, ſtipulatus, antè, quàm elegerim, duos hæredes reliquero: numero diuiditur ſtipulatio. Diuerſum erit, ſi iam electis hominibus ſucceſſerint.

LIBER homo, qui bona fide mihi ſeruit, quod ſtipulanti mihi promittit, propè eſt, vt omnimodo ſit vtile, quamuis ex re mea promittat. Nam quid aliud

dici poteſt, quo minus liber homo teneatur? Nec tamen ideò, ſi ſtipulanti eidem ex eadem cauſa ſpondeam, tenebor. Quemadmodum etenim habebit eius actionem aduerſus me, quod ab alio ſtipulatus quæreret mihi? hoc itaque latere fructuario ſeruo vel alieno, qui bona fide ſeruit, comparabitur. Seruus autem fructuario ſi promittat ex re ipſius, vel alienus, qui bona fide ſeruit: emptori nulla de peculio dabitur in dominum actio. nam in his caſibus domini eſſe intelliguntur. Decem hodie dare ſpondes? dixi poſſe vel eodẽ die pecuniã peti, nec videri præmaturiꝰ agi non finito ſtipulationis die: quod in alijs temporibus iuris eſt. nam peti non debet, quod intra tempus cõprehenſum ſolui poteſt. In propoſito enim diem nõ differendæ actionis cauſa inſertum videri, ſed, quo præſens oſtendatur eſſe reſponſum. Decem mihi, aut Titio, vtri ego velim, dare ſpondes? Ex eo, quòd mihi dãdum eſt, certi ſtipulatio eſt. ex eo, quòd illi ſoluendum eſt, incerti. finge mea intereſſe Titio potius quâm mihi ſolui, quoniam pœnam promiſeram, ſi Titio ſolutum non fuiſſet.

DOLI clauſula, quæ ſtipulationibus ſubijcitur, nõ pertinet ad eas partes ſtipulationis, de quibus nominatim cauetur.

SI ITA ſtipulatus fuero, Hanc ſummam C aureorũ dare ſpondes? & ſi maximè ita exaudiatur ille ſermo, ſi modò C aureorum eſt. non facit conditionem hæc adiectio: quoniam, ſi C non ſint, ſtipulatio nulla eſt. nec placuit inſtar habere cõditionis ſermonem, qui non ad futurum, ſed ad præſẽs tempus refertur, etſi contrahentes rei veritatem ignorent.

EX EA PARTE cautionis, Dolúmque malum huic rei promiſſionique abeſſe abfuturũmque

eſſe ſtipulatus eſt ille. ſpopondit ille. incerti agetur ſtipulationis vtiliter interponendæ gratia. Mulier ab eo, in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata » fuerat c c, ſi tempore matrimonij concubinæ con» ſuetudinem repetiſſet. Nihil cauſæ eſſe reſpondi, cur ex ſtipulatione, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam aſſequi non poſſit. In inſulam deportato reo promittendi, ſtipulatio ita concepta, Cum morieris, dari? non niſi moriente eo committitur. Ex facto rei promittendi, doli ſtipulatio hæredē eius tenet, ſicut ex cæteris alijs contractibus, veluti mandati, depoſiti.

QVI ROMAE pecuniam mutuam acceperat SCAEV. ſoluendam in longinquam prouinciam poſt menſes tres, eâmque ibi dari ſtipulanti ſpoponderat: poſt paucos dies Romæ teſtatò creditori dixit paratum ſe eſſe Romæ eā numerare, detracta ea ſumma, quam creditori ſuo vſurarum nomine dederat. Quæſitum eſt, cum integram ſummam, in quam ex ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit: an eo loco, in quo ſoluenda » promiſſa eſt, ſua die, integra peti poſſit. Reſpondi » poſſe ſtipulatorem, ſua die ibi, vbi ſoluendam ſtipulatus eſt, petere. Callimachus mutuam pecuniam nauticam recepit â Sticho ſeruo Seij in prouincia » Syria, in ciuitate Beryto, vſque Brenteſium: idque creditum eſſe in omnes nauigij dies, ducentos: ſub pignoribus & hypothecis mercibus â Beryto comparatis, & Brenteſium perferendis, & quas Brenteſij empturus eſſet, & per nauem Beryto inuecturus. conuenītque inter eos, vti, cum Callimachus Brē» teſium perueniſſet, inde, intra Idus Septemb; quæ tunc proximæ futuræ eſſent, alijs mercibus emptis, & in nauem immiſſis, ipſe in Syriam per nauigium

proficiſcatur: aut, ſi intra diem ſupraſcriptam non reparaſſet merces, nec nauigaſſet de ea ciuitate, redderet vniuerſam continuo pecuniam, quaſi perfecto nauigio, & præſtaret ſumptus omnes perſequentibus eam pecuniam, vt in vrbem Romam eam deportarent. eâque ſibi rectè dari fieri ſic interroganti Sticho ſeruo L. Titij promiſit Callimachus. Et, cũ ante Idus ſupraſcriptas ſecundum conuentionem mercibus in nauem impoſitis, cum Erote ſeruo Stichi quaſi in prouinciam Syriam peruenturus enauigauerit: quæſitũ eſt, naue ſubmerſa, cum ſecundum cautionem Callimachus merces Berytum perferendas, in nauem miſiſſet eo tempore, quo iam pecuniam Brenteſij reddere Romam perferendam deberet, an nihil proſit Erotis conſenſus, qui cum eo miſſus erat, cuíque ampli⁹ nihil de pecunia ſupraſcripta poſt diem conuẽtionis permiſſum vel mandatum erat, quâm vt eam receptam Romam perferret? & nihilominus actione ex ſtipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerẽtur, teneri. Item quęro, ſi, Callimacho poſt diem ſupraſcriptam nauigante, Eros ſupraſcriptus ſeruus conſenſerit: an actionem domino ſuo ſemel acquiſitã adimere potuerit? Reſpondi non potuiſſe: ſed fore exceptionĩ locum, ſi ſeruo arbitrium datum eſſet eam pecuniam quocunque tempore in quenuis locum reddi.

Fl. Hermes hominẽ Stichũm anumiſſionis cauſa donauit: & ita de eo ſtipulat⁹ eſt, Si homo Stichus, de quo agitur, quẽ hac die tibi donationis cauſa manumiſſioníſque dedi, à te hæredéque tuo manumiſſus, vindictáque liberat⁹ nõ erit: quod dolo malo meo nõ fiat, pœnæ nomine L dari? ſtipulatus eſt Fl. Hermes. ſpopondit Claudius. quæro an Fl. Hermes Claudium

de libertate Stichi conuenire poſſit? Reſpondi nihil proponi, cur non poſſit. Item quæro, an, ſi Fl. Hermetis hæres à Claudij hærede pœnam ſupraſcriptam petere voluerit, Claudij hæres libertatem Sticho præſtare debeat, vt pœna liberetur? Reſpondi poſſe. Item quæro, ſi Fl. Hermetis hæres cum Claudij hærede ex cauſa ſupraſcripta nolit agere, an nihilominus Sticho libertas ex conuentione, quæ fuit inter Hermetem & Claudium (vt ſtipulatione ſupraſcripta oſtēditur) ab hærede Claudij præſtari debeat? Reſpondi debere.

Cohæredes cum prædia hæreditaria diuiſerāt, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto, vt, ſiquis eorum partem ſuam alienare voluiſſet, eam vel cohæredi ſuo vel eius ſucceſſori venderet c. x x v. quòd, ſiquis aliter feciſſet, pœnam c inuicem ſtipulati ſunt. quæro, cum cohæres mulier cohæredis liberorum tutores ſæpius teſtatò conuenerit, & deſiderauerit, vt, ſecundum cōuentionē aut emerent aut venderent: hique nihil tale fecerint: an, ſi mulier extero vendiderit, pœna ab ea c exigi poſſit? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, obſtaturam doli mali exceptionem. Augerius filiuſfam. ſeruo P. Meuij ſtipulanti ſpopondit ſe daturum, quicquid patrem ſuum P. Meuio debere conſtitiſſet. quęſitum eſt patre defuncto antè, quàm cōſtitiſſet, quid quātùmque deberet: an, ſi aduerſus hæredem eius actum fuiſſet, aliúmve ſucceſſorem, & de debito conſtitiſſet, Augerius teneatur. Reſpondi, ſi conditio non extitiſſet, ſtipulationem non eſſe commiſſam. Seia hæres vnius tutoris cum hærede pupillæ tranſactione pacto ſolo facta, maiorem partem ſoluit: in reſiduam cauit, & vſuras promiſit: ſed illico negauit hæres ſe tranſactionem ſeruare, & apud Iudicē tutelæ egit, & victꝰ

» prouocauit ad competentem Iudicem, & ab eo quo-
» que ad Principem idem prouocauit, & iniuſta hæc quoque prouocatio eius pronuntiata eſt. quæſitum eſt, cum per hæredem pupillæ mora interceſſerit, quo minus pecunia in ſtipulationem deducta, ab hærede tutoris ſolueretur, nec vnquam petierit: an ei hodie
» debeantur vſuræ ab hærede tutoris. Reſpondi, etſi
» Seia ante ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniam offerre, iure vſuras non deberi. Duo fratres hæreditatẽ ſuam inter ſe diuiſerunt, & ſibi cauerunt nihil ſe contra eam diuiſionem facturos, &, ſi contra quis feciſſet, pœnam alter alteri promiſit. poſt mortem alterius, qui ſuperuixit, petit ab hæredibus eius hæreditatem, quaſi ex cauſa fideicommiſſi ſibi â patre relicti debitam: & aduerſus eum pronuntiatum eſt, quaſi de hoc quoque trãſactum fuiſſet. quæſitum eſt, an pœ-
» na commiſſa eſſet. Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, commiſſam.

PAP. » SI PLAGII faciendi vel facti cauſa, concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet.

INSVLAM intra biennium illo loco ædificare ſpondes? ante finem biennij ſtipulatio non committitur: quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum reſidui temporis ſit, quo ędificium extrui nõ poſſit. neque enim ſtipulationis ſtatus, cuius dies certus in exordio fuit, ex poſtfacto mutatur. Idémque & in ſtipulatione iudicio ſiſtendi cauſa facta placuit, ſcilicet vt ante diẽ ſtipulatio nõ cõmittatur, ſi certũ eſſe cœperit pareri ſtipulationi reſiduo tempore nõ poſſe.

PAVL. CVM ſtipulamur, Quicquid te dare facere oportet. nihil aliud in ſtipulationẽ deducitur quâm, quod pręſenti die debetur. hoc enim ſolùm hęc ſtipulatio demonſtrat.

SI ITA ſtipulatus fuero, Si Titius Conſul factus fuerit, tũc ex hac die in annos ſingulos dena dare ſpondes? poſt trienniũ cõditione exiſtente, XXX peti poterunt. Titius â Meuio fundũ detracto vſufructu ſtipulatus eſt: & ab eodem pòſt eiuſdem fundi vſumfructum eſt ſtipulatus. Duæ ſunt ſtipulationes: & minus eſt in eo vſufructu, quem per ſe quis promiſit, quâm in eo, qui proprietatem comitatur. Denique ſi ille vſumfructum dederit, eúmque ſtipulator non vtendo amiſerit: tradendo poſtea fundum detracto vſufructu, liberabitur. Non idem contingit ei, qui fundum pleno iure promiſerit, & vſumfructũ dederit, deinde amiſſo eo proprietatẽ ſine vſufructu tradiderit: etenim ille liberatus eſt dãdo vſumfructũ: hic in nulla parte obligationis exoneratur, niſi pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris. Chryſogonus Fl. Candidi ſeruus actor ſcripſi corã ſubſcribente & aſſignante domino meo, accepiſſe me â I. Góza agente rem I. Quintiliani abſentis, mutua denaria M. quæ dari I. Quintiliano hæredí ve, ad quẽ ea res pertinebit, Calend. Nouemb. quæ proximæ ſunt futuræ, ſtipulatꝰ eſt Gozas libertus & rẽ agens Quintiliani. ſpopõdit Fl. Candidus dominus meus. ſub die ſupraſcripta ſi ſatis eo nomine factum non erit, tunc, quo tempore pòſt ſolueretur, vſurarũ nomine denarios octo præſtari ſtipulatus eſt I. Gozas. ſpopõdit Fl. Cãdidus dominus meus, & ſubſcripſit. Reſpondi, Per liberam perſonam, quę neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neque bona fide nobis ſeruit, obligationem nullã acquirere nobis poſſumus. Planè, ſi liber homo noſtro nomine pecuniam daret vel ſuam vel noſtram, vt nobis ſolueretur: obligatio nobis pecuniæ creditæ acquireretur. ſed, quod patrono libertus dari ſtipulatus eſt,

inutile eſt: vt nec ad ſolutionem proficiat adiectio abſentis, cui principaliter obligatio quærebatur. Supereſt, vt quæramus, an ex numeratione ipſe, qui cõtraxit, pecuniam creditam petere poſſit. Nam, quoties mutuã pecuniã dantes, eandem ſtipulamur, nõ duæ obligationes naſcuntur, ſed vna verborum. Planè, ſi præcedat numeratio, & ſequatur ſtipulatio, non eſt dicendũ receſſum eſſe à naturali obligatione. Sequẽs ſtipulatio, in qua ſine adiectione nominis vſuras ſtipulatus eſt, nõ eodem vitio laborat. Neque enim maligne accipiendum eſt, eidem ſtipulatum vſuras, cui & ſortem, videri. ideóque in liberti perſona valet ſtipulatio vſurarum, & cogitur eã patrono cedere. Plerunque enim in ſtipulationibus verba, ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt. rarò autem ineſſe tempus vel conditionem ex eo, quod agi apparebit, intelligendum eſt. perſonam nunquam, niſi expreſſa ſit.

Si ita ſtipulatus fuero, Te ſiſti: &, niſi ſtiteris, aliquid dari, quod promittenti impoſſibile eſt: detracta ſecunda ſtipulatione, prior manet vtilis, & perinde erit, ác ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem.

SCAEV. SI PVPILLVS ſine tutoris authoritate Stichum promittat, & fideiuſſores dederit: ſeruus autẽ poſt moram á pupillo factam decedat: nec fideiuſſor erit propter moram pupilli obligatus. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. eſſe autẽ fideiuſſorem obligatum ad hoc, vt viuo homine conueniatur, vel ex mora ſua poſtea.

PAVL. SI DVO rei ſtipulãdi ita extitiſſent, vt alter vtiliter, alter inutiliter ſtipuletur: ei, qui non habet promiſſorem obligatum, non rectè ſoluitur: quia non alterius nomine ei ſoluitur, ſed ſuæ obligationis, quæ nulla eſt. Eadem ratione in eo, qui Stichum aut Pam-

philum ſtipulatur, ſi in vnum conſtiterit obligatio, quia alter ſtipulatoris erat: etiam, ſi deſierit eius eſſe, nõ recte ſoluitur: quia vtraque res ad obligationem ponitur, non ad ſolutionem.

SI QVIS ita ſtipulatus fuerit, x aureos dabis: ſi nauis ex Aſia venerit, & Titius Conſul factus eſt? non aliâs dabitur, quâm ſi vtrunque factum ſit. Item in contrariũ, Dare ſpondes, ſi nec nauis venerit, nec Titius Conſul factus ſit? exigẽdum erit, vt neutrũ factũ ſit. Huic ſimilis ſcriptura eſt, Si neq; nauis venit, neq; Titius Conſul fact⁹ eſt. At, ſi ſic, Dabis, ſi nauis venit, aut Titius Cõſul factus ſit? ſufficit vnũ factũ. Et contrâ, Dabis, ſi nauis non venit, aut Titius Conſul factus non eſt? ſufficit vnum non eſſe factum. SCAEV.

QVOD dicitur Patrem filio vtiliter ſtipulari, quaſi ſibi ille ſtipuletur. hoc in iis verum eſt, quæ iuris ſunt, quæque acquiri patri poſſunt. alioqui, ſi factum conferatur in perſonã filij, inutilis erit ſtipulatio: veluti vt tenere ei, vel vt ire agere liceat. Contra autem filius, vt ire agere patri liceat, ſtipulãdo acquiret ei. Imò &, quod in ſuam perſonam filius conferre non poteſt, hoc patri acquiret. PAVL.

IVLIANVS ſcribit, ſi neque per te neq; per hæredẽ tuum Titium fieri, quo minus mihi ire agere liceat, ſtipuler: non ſolum Titium teneri, ſi prohibeat, ſed etiã cohæredes eius. Qui fundum ſibi aut Titio dari ſtipulatur: quanuis fundus Titio traditus ſit, nihilominus petere fundum poteſt, vt ſibi de euictione promittatur. Nam intereſt eius, qui mãdati actione fundũ recepturus ſit â Titio. Sed, ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, dicetur traditione protinus reum liberari. SCAEV.

QVIDAM, cum filium alienum ſuſciperet, tra- PAVL.

denti promiſerat certã pecuniam, ſi eũ aliter quàm vt filium obſeruaſſet. quæro, ſi poſtmodum de domo eum propulerit, vel moriens nihil ei teſtamento reliquerit: an ſtipulatio committatur? & quid interſit, vtrum filius, an alumnus vel cognatus agentis fuerit? Præterea quæro, ſi filium ſuum quis legitime in adoptionem dederit, & ita, vt ſuprà ſcriptum eſt, ſtipulatio interceſſerit, eûmque pater adoptiuus exhęredauerit, vel emancipàuerit: an ſtipulatio committatur? Reſpondi, Stipulatio vtilis eſt in vtroque caſu. igitur ſi contra conuentionem factum ſit, committetur ſtipulatio. Sed videamus prius in eo, qui legitimè adoptauit: an poſſit committi, ſi eum exhæredauerit vel emancipauerit· hæc enim pater circa filium ſolet facere. igitur non aliter eum quàm vt filium obſeruabit. Ergo exhæredatus de inofficioſo agat. Quid ergo dicemus, ſi & exhæredari meruit & emancipari? Planè hoc remedio carebit. Quare ſic debuit interponi ſtipulatio, vt, ſi eum emancipaſſet vel exhæredaſſet, certum quid promitteret. quo tamen caſu omiſſa ſtipulatione, poteſt quæri an exhæredato permittendũ eſſet de inofficioſo dicere, maxime ſi patri naturali hæres extitiſſet: & an victo deneganda eſt ex ſtipulatu actio. Sed, ſi ei, qui ſtipulatus eſt, non debuit denegari victo filio: nec ipſi deneganda erit debitæ pecuniæ executio. In eo autem, qui non adoptauit, quem intellectum habeat hæc cõceptio, ſi eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet, non perſpicio. an & hic exigimus vel exhæredationem vel emãcipationem, res in extraneo ineptas? Sed, & ſi is, qui legitime adoptauit, nihil facit contra verba ſtipulationis, cum vtitur patrio iure: in eo, qui hoc non facit, licet ſuperuacuo, dici tamen poterit commiſſam eſſe ſtipulationem.

Filiuſfamiliâs ita ſtipulatus eſt, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? & emancipatus credidit. Patri non debebit quicquam fideiuſſor: quia nec reus ei tenetur.

SI SIC ſtipulatꝰ ſim, Neque per te, neque per SCAEV. hæredem tuũ vim fieri ſpondes? & ſi quidẽ mihi vim feceris, rectè remanere factũ hæredis in ſtipulatione: nam ex ipſius poſteriore vi poteſt committi ſtipulatio: nõ enim ad vnam vim tantum pertinet. nam, ſicut & ipſius & hæredis caput, ita & ipſius vis & hæredis vel ſæpius facta complectitur, vt cõdemnetur, quanti intereſt. At, ſi ſic volumus factam eſſe ſtipulationem, Neque per te neque per hæredem tuum fieri? vt ad vnam vim primam pertineat: ſi vim fecerit, amplius ex hæredis facto committi nõ poterit, quaſi ex ipſius vi tota ſit conſumpta. quod non eſt verũ.

TITIA, QVAE ex alio filium habebat, in ma- PAVL. trimonium coijt cum C. Seio habente filiam: & tempore matrimonij cõnſenſerunt, vt filia C. Seij filio Titiæ deſponderetur, & interpoſitum eſt inſtrumentum, & adiecta eſt pœna, ſi quis eorum nuptijs impedimento fuiſſet: & poſtea C. Seius conſtante matrimonio diem ſuum obijt: & filia eius noluit nubere. quæro, an C. Seij hæredes teneantur ex ſtipulatione? Reſpondi ex ſtipulatione, quæ proponeretur, cum non ſecundum bonos mores interpoſita ſit, agenti exceptionem doli mali obſtaturam: quia inhoneſtũ viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia obſtringi ſiue futura, ſiue iam contracta. Idem reſpondi, Plerunq; ea, quæ in præfationibus cõueniſſe cõcipiũtur, etiã in ſtipulationibus repetita credũtur: ſic tamen, vt non ex ea repetitione inutilis efficiatur ſtipulatio.

» Idem reſpondi, Cum Septitius literis ſuis præſtaturum ſe cauerit pecuniam & vſuras eius ſemiſſes, quæ apud Sempronium depoſitæ ſunt: ſi inter præſentes actum eſt, intelligēdum eſt etiam à parte L. » Titij præceſſiſſe verba ſtipulationis. Idem reſpōdi, quoties pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio vna omnibus ſubijcitur: quanuis vna interrogatio & reſponſum vnum ſubijciatur, tamē perinde haberi, àc ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent.

SCAEV. SI ITA quis promiſerit, X tibi dabo, qua die petieris, & eorū vſuras in dies XXXV: quæro, vtrū vſuræ ex die ſtipulationis, an ex die, qua petita ſors » fuerit, debeantur? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, ex die ſtipulationis deberi: niſi aliud actum manifeſte proponatur. Item quæſitū eſt, quando pecuniam reddere debebo, an cum primū petie» rit? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, ex die, quo ſtipulatio facta eſſet, initium capere. Seia cauit L. Titio, quôd mandāte eo, ortos emiſſet, cum pretium omne cum vſuris ab eo recepiſſet, ſe in eum proprietatem ortorum tranſlaturam. deinde incon» tinenti inter vtrunque conuenit, vt intra Calendas Apr. primas vniuerſam ſummam mandator numeraret, & ortos acciperet. Quæritur, cū ante Cal. Apr. non omne pretium cum vſuris à L. Titio Seiæ ſolutum ſit, interpoſito tamē modico tempore reliquum pretium cum vſuris Seiæ L. Titius ſoluere paratus ſit, neque Seia accipere voluerit, & vſque in hodiernum diem per Titium nō ſtet, quo minus reliquum pretium ſolueret: an ſi nihilomin⁹ L. Titius Seiæ pecuniam vniuerſam ſoluere paratus ſit, ex ſtipulatu » agere poſſit. Reſpondi poſſe, ſi non multò poſt obtuliſſet: nec mulieris quicquam propter eam morā in-

tereſſet. quod omne ad Iudicis cognitionem remittẽdum eſt. Ea lege ſibi donatum eſſe à Seia ſeruũ & traditum, vt ne ad fratrem eius aut filium, aut ad vxorem aut ſocrum perueniret, ſcripſit: & hoc ita ſtipulante Seia ſpopondit Titius: qui poſt bienniũ hæredes reliquit Seiã, & fratrem, cui ne ſeruiret expreſſum erat. Quæritur, an Seia cum fratre & cohærede » ex ſtipulatu poſſit agere? Reſpondi poſſe in id, quod eius intereſt. Filia quæ de inofficioſo agere inſtituit, & tranſegit: poſtea cum hæredibus, ſtipulatione interpoſita, & ſubiecta doli clauſula, apud Præfectũ de falſo teſtamento egit, nec probauit. quæro, an ex » doli clauſula illa poſſit conueniri? Reſpondi nihil ad eam ſtipulationem id, quod poſtea actum proponeretur, pertinere.

SI SVB vna ſignificatione diuerſis nominibus ea res, quæ in ſtipulatum deducitur, appellatur: non infirmat obligationem, ſi alter altero verbo vtatur. PAVL.

Siquis viam ad fundũ ſuum dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundum partémve eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit: euaneſcit ſtipulatio.

CONTINVVS actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet: vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſſit. & comminus reſponderi ſtipulanti oportet. Cæterum, ſi poſt interrogationem aliud agere cœperit, nihil proderit, quamuis eadem die ſpopondiſſet. Si hominem ſtipulatus ſim, & ego de alio ſenſero, tu de alio: nihil actum erit: nam ſtipulatio ex vtriuſque partis conſenſu perficitur. VEN.

Cum ita ſtipulatus ſim, Epheſi dari: ineſt temp⁹. Quod autem accipi debeat, quæritur? Et magis eſt, vt totam eam rem ad Iudicem, id eſt ad virum bonum remittamus, qui æſtimet, quanto tempore dili-

gens paterfam. efficere poſſit, quod facturum ſe promiſit, is, qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit: vt neque
» diplomate, id eſt, diebus ac noctib9, & omni tẽpeſtate contempta, iter cõtinuare cogatur: neq; tã delicatẽ progredi debeat, vt reprehenſione dignus appareat: ſed habita ratione tẽporis, ætatis, ſexus, valetudinis id agat, vt mature perueniat, id eſt eo tempore, quo pleriq; eiuſdẽ conditionis homines ſolẽt peruenire. eóq; tranſacto, quanuis Romæ remanſerit, nec poſſit Epheſi pecuniã dare, nihilominus ei rectẽ condicetur, vel quia per ipſum ſteterit, quo minus Epheſi daret, vel quoniã per alium Epheſi dare poſſit, vel
» quia vbiq; poteſt ſoluere. Nã, & quod in diẽ debetur,
» antẽ ſolui poteſt, licet antẽ peti nõ poſſit. Quòd, ſi di-
» plomate vſus, aut felici nauigatione, maturius quàm quiſque peruenerit Epheſum: cõfeſtim obligatus eſt: quia in eo quidẽ tempore atq; facto, quod finitũ eſt, nullus eſt cõiecturæ locus. Item, qui inſulã fieri ſpoponderit, nõ vtiq; conquiſitis vndique fabris, & plurimis operarijs adhibitis feſtinare debet: nec rurſus vno aut altero cõtentus eſſe: ſed modus adhibendus eſt ſecũdum rationem diligentis ædificatoris, & temporum, locorúmque. Item, ſi non inchoëtur op9, id tantũ æſtimetur, quod in illo interuallo effici poſſit: tranſactóque tempore, quo inſulam conſummari oportuerit, ſi poſtea ædificetur, liberetur reus: ſicuti liberatur, qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoq; tradiderit. Illud inſpiciendũ eſt, an, qui c dare promiſerit, confeſtim teneatur: an verò ceſſet obligatio, donec conferre pecuniã poſſit. Quid ergo, ſi neq; domi habeat, neq; inueniat creditorẽ? Sed hæc recedũt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatẽ dandi. Eſt autẽ facultas, perſonæ commodum incom-

modúmque, non rerum, quæ promittuntur: alioqui, ſiquis Stichum dare ſpoponderit, quæremus, vbi ſit Stichus: vt ſic non multum referre videatur, Epheſi daturũ ſe, an, quod Epheſi ſit, cũ ipſe Romæ ſit, dare ſpondeat. nam hoc quoq; ad facultatẽ dandi pertinet: quia & in pecunia & in Sticho illud commune eſt, quòd promiſſor in præſenti dare non poteſt. Et generaliter cauſa difficultatis, ad incommodũ promiſſoris, non ad impedimẽtum ſtipulatoris pertinet: ne incipiat dici, eum quoq; dare non poſſe, qui alienum ſeruum, quem dominus non vendat, dare promiſerit. Si ab eo ſtipulatus ſim, qui efficere non poſſit, cũ alij poſſibile ſit: iure factã obligationẽ Sabinus ſcribit. Cum quis ſub hac conditione ſtipulatus ſit, ſi rem ſacram aut religioſam Titius vendiderit, vel forum aut baſilicã, aut huiuſmodi res, quæ publicis vſibus in perpetuum relictæ ſunt, vbi omnino conditio iure impleri nõ poteſt, &, ſi velit facere, ei non liceat: nullius momenti fore ſtipulationẽ: perinde ac, ſi ea conditio, quæ natura impoſſibilis eſt, inſerta eſſet. Nec ad rem pertinet, quòd ius mutari poteſt, & id, quod nũc impoſſibile eſt, poſtea eſt poſſibile fieri. Nõ enim ſecundũ futuri tẽporis ius, ſed ſecũdũ præſentis æſtimari debet ſtipulatio. Si, vt aliquid fiat, ſtipulemur: & vſitati⁹ & elegãti⁹ eſſe Labeo ait ſic ſubijci pœnã, Si ita factũ nõ erit. At, cũ quid ne fiat, ſtipulamur: tũc hoc modo, Si aduerſus ea factũ erit. Et cum alia fieri, alia non fieri, cõiunctim ſtipulamur: ſic cõprehendẽdũ eſt, Si nõ feceris, ſiue quid aduerſus ea feceris. Præterea ſciẽdũ eſt, cũ quid dari ſtipulamur, nõ poſſe per nos vni ex hæredib⁹ acquiri: ſed neceſſe eſſe omnib⁹ acquiri. At, cũ quid fieri ſtipulamur, etiã vnius perſonam rectè comprehendi.

EVM, QVI certarum nundinarum diebus dari ſtipulatur, primo die nundinarum poſſe petere ait » Sabinus. Proculus autem, cæteríque diuerſæ ſcholæ » authores, quandiu vel exiguum tempus ex nũdinarum ſpatio ſupereſſet, peti non poſſe exiſtimabant. ſed ego cum Proculo ſentio. Cum purè ſtipulat⁹ ſum illud aut illud dari: licebit tibi, quoties voles, mutare voluntatem in eo, quod præſtaturus ſis: quia diuerſa cauſa eſt voluntatis expreſſæ, & eius, quæ ineſt.

CVM EX cauſa duplæ ſtipulationis aliquid intendimus, venditoris hæredes inſolidum omnes con- » ueniendi ſunt: omnéſque debent ſubſiſtere. & quoli- » bet eorum deficiẽte, cæteris ſubſiſtere nihil prodeſt: quia inſolidum defendẽda eſt venditio, cuius indiuiſa natura eſt. Sed, quũ, vno deficiente, omnes defuiſſe videantur, ideóque omnes teneantur: vnicuiq; pro » parte hæreditaria præſtatio incumbit.

PAVL. PLVRIBVS reb⁹ propoſitis ita ſtipulatio facta eſt, Ea omnia, quæ ſuprà ſcripta ſũt, dari. propius eſt, vt tot ſtipulationes ſint, quot ſunt res. De hac ſtipulatione, Annua bima trima die id argentum qua- » que die dari: apud veteres variatum fuit. Paulus ait, verius eſt hic tres eſſe trium ſummarũ ſtipulationes.

Etſi placeat extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit, à quo incipere non poteſt: non tamen hoc in omnibus verum eſt. Ecce ſtipulari viam, iter, actum ad fundum communem, ſocius nõ poteſt. & tamen, ſi is, qui ſtipulatus fuerat, duos hæredes reliquerit, nõ extinguitur ſtipulatio. Et pro parte dominorum ſeruitus acquiri non poteſt: acquiſita tamen confirmatur. & propter partẽ dominij hoc euenit, ſi pars prædij ſeruientis, vel, cui ſeruitus debetur, alterius domini eſſe cœperit.

SI SERVVS aut filiuſfamiliâs ita ſtipulat⁹ ſit, Rem illã, aut illã, vtrã ego velim? nõ pater dominúſue, ſed fili⁹ ſeruúſve deſtinare de alterutro debet. Extranei quoq; perſona ſi cõprehenſa fuerit, veluti hoc modo, Vtram earum Titius elegerit? nõ aliter ſtipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quâm ſi Titius elegerit. Pupillus, licet, ex quo fari cœperit, recte ſtipulari poteſt, tamẽ, ſi in parẽtis poteſtate eſt, ne authore quidẽ patre obligatur. pubes verò, qui in poteſtate eſt, perinde ac paterfamiliâs obligari ſolet. Quod autẽ in pupillo dicimus, idem & in filiofamiliâs impubere dicendum eſt. Si ita ſtipulatus fuero, Mihi, aut Titio? & tu mihi daturum te ſpondeas: ſecũdum omnium opinionem, ad interrogatũ te reſpondere: quia conſtat mihi ſoli acquiri obligationẽ. Titio autem, dûntaxat rectè ſoluitur. Si inter eos, qui Romæ ſunt, talis fiat ſtipulatio, Hodie Carthagine dare ſpondes? quidam putant non ſemper videri impoſſibilem cauſam ſtipulationi contineri: quia poſſit contingere, vt tam ſtipulator quâm promiſſor ante id tẽpus ſuo quiſq; diſpẽſatori notum fecerit in eum diem futuram ſtipulationem: ac demandaſſet promiſſor quidem ſuo diſpenſatori, vt daret: ſtipulator autem ſuo diſpenſatori, vt acciperet. quod ita factum fuerit, poterit valere ſtipulatio. Cum mihi aut Titio ſtipulor dari, dicitur aliam quidem rem in perſonam meam, aliam in Titij deſignari nõ poſſe: veluti, Mihi x, aut Titio hominem. Si verò Titio ea res ſoluta ſit, quæ in eius perſonam deſignata fuerit: licet ipſo iure non liberabitur promiſſor, per exceptionem tamen defendi poſſit. Tempora verò diuerſa deſignari poſſe, veluti, Mihi Calendis Ianua. aut Titio Calend. Febr. immò etiam citeriorem

CAIVS

diem in Titij perſonam conferri poſſe, veluti, Mihi Cal. Feb. aut Titio Cal. Ianua. dare ſpōdes? quo caſu talem eſſe ſtipulationē intelligimus, vt, ſi Titio Cal. Ian. nō dederis, mihi Cal. Feb. dare ſpōdeas. Sed rurſus, mihi quidem purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contrà verò, ſi mihi ſub conditione, aut Titio pure: inutilis erit tota ſtipulatio: niſi ī meam perſonā cōditio extiterit: ſcilicet, quia, niſi à me vim acceperit obligatio, adiectio nihil poterit valere. Hoc tamen ita demū tractari poteſt, ſi euidenter appareat pure Titij perſonā adiectā. Alioqui, cū ita ſtipulor, Si nauis ex Africa venerit, mihi aut Titio dare ſpondes? Titij quoque perſona ſub eadem conditione adijci videtur. Ex hoc apparet, ſi diuerſa conditio in meā perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit: nec
» in meam perſonam extiterit conditio: totam ſtipula-
» tionem nullius momenti futuram. extāte verò mea conditione, ſi quidem Titij quoque conditio extiterit, poterit vel Titio vel mihi ſolui. ſi verò in illi⁹ perſona defecerit, quaſi non adiectus habebitur. Ex his omnibus apparet, licet alteri⁹ perſona nō rectè adijciatur: non ideò minus in noſtram perſonam vtiliter procedere ſtipulationem.

DE DVOBVS REIS CONSTITVENDIS.

MOD. » QVI STIPVLATVR, reus ſtipulandi dicitur. Qui promittit, reus pro» mittendi habetur.

IABO. CVM DVO eandem pecuniā aut promiſerunt, aut ſtipulati ſunt: ipſo iure & ſingulis inſolidum debetur, & ſinguli inſolidū

» debent: ideóque petitione & acceptilatione vni⁹, tota ſoluitur obligatio.

IN DVOBVS reis promittēdi fruſtra timetur » nouatio. Nā, licet antè prior reſpōderit, poſterior: etſi ex interuallo concipiatur, conſequens eſt di» cere priſtinam obligationem durare, & ſequentē ac» cedere. Et parui refert, ſimul ſpondeāt, an ſeparatim promittant: cū hoc actum inter eos ſit, vt duo rei cōſtituantur, neq; vlla nouatio fiat. Vbi duo rei facti ſunt, poteſt vel ab vno eorum ſolidum peti. Hoc » enim ius duorū reorum eſt, vt vnuſquiſque eorū in» ſolidum ſit obligatus, poſſitque ab alterutro ſolidum » peti. Partes autē à ſingulis peti poſſe, nequaquā dubium eſt. quemadmodū & à reo & à fideiuſſore petere poſſumus. Vtiq; enim, cum vna ſit obligatio, & vna etiā ſumma eſt: vt, ſiue vnus ſoluat, omnes liberētur: ſiue vni ſoluatur, ab altero liberatio contingat. VLP.

DVO REI promittendi ſiue ita interrogati, Spondetis? reſpondeant, Spondeo, aut, Spondemus. ſiue ita interrogati, Spondes? reſpondeant, Spondemus. rectè obligantur. POMP.

NEMO eſt, qui neſciat alienas operas promitti poſſe, & fideiuſſorē adhiberi in ea obligatione. ideóq; nihil prohibet duos reos ſtipulandi conſtitui vel promittendi: ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas ſtipulentur. & ex contrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem operas promittere intelligūtur, & duo rei promittendi fieri. IVL.

DVOS REOS promittendi facturus ſum, ſi vtrunque interrogauero. ſed, ſi alter dūntaxat reſpōderit, verius puto, eum, qui reſponderit, obligari. Neque enim ſub conditione interrogatio in vtriuſque perſonā fit, vt ita demum obligetur, ſi alter quoque

reſponderit. Duobus autem reis conſtitutis, quin liberum ſit ſtipulatori vel ab vtroq;, vel ab altero dũtaxat fideiuſſorem accipere: nõ dubito. Sed, ſi à duobus reis ſtipulandi interrogatus reſpondiſſet, vni ſe ſpõdere, ei ſoli teneretur. Duo rei ſine dubio ita conſtitui poſſunt, vt temporis ratio habeatur, intra quod vterque reſpondeat. Modicum tamen interuallum temporis, item modicus actus, qui modo contrarius obligationi non ſit, nihil impedit, quo minus duo rei ſint. Fideiuſſor quoque interrogatus inter duorum reorum reſponſa, ſi reſponderit: poteſt videri non impedire obligationem reorum: quia nõ longum ſpatium interponitur, nec is actus eſt, qui cõtrarius ſit obligationi.

FLOR. EX DVOBVS reis promittẽdi, alius purè, alius in diem vel ſub conditione obligari poteſt: nec enim impedimento erit dies aut cõditio, quo minus ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

VLP. HIS VERBIS, Ea, quæ præſtari ſtipulanti tibi ſpopondimus. intereſt, quid inter contrahentes actum ſit. Nam, ſi duo rei facti ſint: eũ, qui abſens fuerit, non teneri: præſentem autem inſolidum eſſe obligatum: aut, ſi minus, in partem fore obſtrictum.

EANDEM rem apud duos pariter depoſui, vtriuſque fidem inſolidum ſecutus: vel eandem rem duobus ſimul commodaui. fiunt duo rei promittẽdi: quia non tantum verbis ſtipulationis, ſed & cæteris contractibus, veluti emptione, venditione, locatiõe, conductione, depoſito, commodato, teſtamento: vt puta ſi pluribus hæredibus ĩſtitutis teſtator dixerit, Titius & Meuius Sempronio x danto. Sed, ſi quis in deponẽdo penes duos, paciſcatur, vt ab altero culpa quoque præſtetur: verius eſt non eſſe duos

reos, à quibus impar ſuſcepta eſt obligatio. Non idē probandum eſt, cum duo quoque rei culpam promiſiſſent, ſi alteri poſtea pacto culpa remiſſa ſit: quia poſterior conuentio, quæ in alterius perſona interceſſit, ſtatum & naturam obligationis, quæ duos initio reos fecit, mutare nō poteſt. quare, ſi ſocij ſint, & cōmunis culpa interceſſit, etiam alteri pactum cum altero factum proderit. Cum duos reos promittendi faceret, & ex diuerſis locis Capuæ pecuniam dari ſtipulatus ſit: ex perſona cuiuſque ratio proprij temporis habebitur. nam & ſi maximè parem cauſam ſuſcipiūt: nihilominus in cuiuſque perſona propria ſingulorum conſiſtit obligatio.

» SI DVO REI promittendi ſocij non ſint, nō proderit alteri, quôd ſtipulator alteri eorum pecuniā debeat.

REOS PROMITTENDI, vice mutua fideiuſſores non inutiliter accipi, cōuenit. Poterit itaque reus ſtipulādi actionem ſuam diuidere, ſi velit. Neque enim diuidere cogendus eſt. ſed poterit eundem vt principalem conuenire reum. Item eum, qui fideiuſſor pro altero extiterit, in partes conuenire poteſt; nō ſecus, ac ſi duos promittendi reos diuerſis a» ctionibus conueniret. Cum tabulis eſſet cōprehenſum, illum & illum C aureos ſtipulatos: neq; ad» iectum, ita, vt duo rei ſtipulandi eſſent: virilem partē ſinguli ſtipulati videbantur. Et econtrario, cū ita cautū inueniretur, Tot aureos dari ſtipulatus eſt I. Carpius. ſpopondimus ego Antonius Achilleius & Cornelius. diuidi in partes viriles debere dixi: quia non » fuerat adiectum ſingulos inſolidum ſpopondiſſe, ita, vt duo rei promittendi fierēt.

SI EX duobus, qui promiſſuri ſunt hodie, al- VEN.

» ter ab altero poſtera die reſponderit, Promitto. non » eſſe duos reos: ac ne obligatum quidem intelligi eum, qui poſtera die reſponderit: cum actor ad alia negotia diſceſſerit: vel promiſſor, licet peractis illis rebus, reſpōderit. Si à Titio & pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuero eādem rem, vel à Titio & ſeruo, & quaſi duos reos promittendi conſtitui: obli- » gatum Titium ſolum fore Iulianus ſcribit: quanquā, ſi ſeruus ſpoponderit, in actione de peculio eadē obſeruari debent, ac ſi liber fuiſſet.

SI REVS promittendi alteri reo hæres exti- » terit, duas obligationes eum ſuſtinere dicēdum eſt. Nam, vbi quidem aliqua differētia obligationum eſſe poſſit, vt in fideiuſſore, & reo principali: conſtat alteram ab altera perimi. Cum verò duæ eiuſdem poteſtatis ſunt, non poteſt reperiri alterā potius quàm alteram conſummari. ideóque, & ſi reus ſtipulandi hæres extiterit, duas ſpecies obligatiōis eū ſuſtinere.

PAVL. ET STIPVLATIONVM Prætoriarum duo rei fieri poſſunt.

CAIVS SI ID, QVOD EGO & Titius ſtipulamur, in ſingulis perſonis propriū intelligatur: nō poterimus duo rei ſtipulandi conſtitui: veluti, cū vſumfructum, aut dotis nomine dari ſtipulamur. idque & » Iulianus ſcribit. Idêmque ait, ſi Titius & Seius x, » aut Stichum, qui Titij ſit, ſtipulati fuerint: non vide» ri duos reos ſtipulandi: cum Titio x tantum, Seio » Stichus aut x debeantur. quę ſententia eò pertinet, vt, quāuis vel huic vel illi x ſoluerit, vel Seio Stichū: nihilominus alteri obligatus maneat. ſed dicendum eſt, vt, ſi x alteri ſoluerit, ab altero liberetur.

EX duobus reis ſtipulandi, ſi ſemel vnus egerit, alteri promiſſor offerendo pecuniam, nihil agit.

SIVE â certis perſonis hæredum nominatim legatum eſſet, ſiue ab omnibus excepto aliquo: Attilicin⁹ Sabinus & Caſſius pro hæreditarijs portionibus in totum eos legatum debituros aiunt: quia hæreditas in totum eos obligat. Idem eſt, cũ omnes nominantur hæredes. PAVL.

EX duobus reis eiuſdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet. POMP.

CVM DVO eandem pecuniã debent: ſi vnus capitis diminutione exemptus eſt obligatione, alter non liberatur. Multum enim intereſt, vtrum res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur. Cum perſona liberatur manente obligatione, alter durat obligatus. & ideô, ſi aqua & igni interdictum eſt alicui, fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

CVM SERVVS ſtipulatur, nihil intereſt, ſibi, an domino, an verò ſine alterutra eorũ adiectiõe dari ſtipuletur. IVL. Si ſeruus tuus, qui mihi bona fide ſeruiebat, peculium habuit, quod ad te pertinebat, & ego ex eo pecuniã Titio credidero, numi tui manebũt. ſtipulãdo autẽ mihi ſeruus eãdẽ pecuniã, nihil agit. vẽdicãdo ergo, eã pecuniã ab eo tu cõſequi poteris. Si ſeruus cõmunis meus & tuus ex peculio, quod ad te ſolum pertinebat, mutuam pecuniã dederit: obligationem tibi acquiret. & ſi eandẽ mihi nominatim ſtipulat⁹ fuerit, debitorẽ â te nõ liberabit, ſed vterq; noſtrũ habebit actionẽ ego ex ſtipulatu, tu, q; pecunia tua numerata ſit. debitor tamẽ me doli mali exceptiõe ſũmouere poterit.

Quod meus ſeru⁹ meo ſeruo dari ſtipulatur, id perinde haberi debet,ãc ſi mihi ſtipuletur. Item,ſiquid tuo ſeruo ſtipulatur,perinde eſt,ãc ſi tibi ſtipulat⁹ eſſet:vt altera ſtipulatio obligationẽ pariat:altera nullius momenti ſit. Communis ſeruus,duorũ ſeruorum perſonã ſuſtinet. idcirco,ſi proprius meus ſeruus communi meo & tuo ſeruo ſtipulatus fuerit,idẽ iuris erit in hac vna cõceptiõe verborũ, quod futurũ eſſet,ſi ſeparatim duæ ſtipulationes cõceptæ fuiſſent, altera in perſonam mei ſerui,altera in perſonam tui ſerui. Neque tamen exiſtimare debemus dimidiam partem tantum mihi acquiri,alteram partem nulli⁹ eſſe momenti:quia perſona ſerui communis,eius cõditionis eſt,vt in eo,quod alteri ex dominis poteſt acquirere, alteri non poteſt, perinde habeatur, ãc ſi eius ſolius eſſet,cui acquirendi facultatem habet.

Si fructuarius ſeruus ſtipulatus eſſet fructuario vel proprietario:ſi quidem ex re fructuarij ſtipulat⁹ eſſet,inutilis eſt ſtipulatio:quia vtrique ex re fructuarij actionem acquirere non potuiſſet. ſed,ſi aliunde ſtipulatus fuiſſet,proprietarium petere poſſe.ſed, & ſi promiſſor fructuario ſoluiſſet,liberatur. Cum ſeruus communis Titij & Meuij ſtipulatur in hunc modum, x Calendis Titio dare ſpondes?ſi x Calẽ» dis Titio non dederis,tunc Meuio x x dare ſpon» des?duæ ſtipulationes eſſe videntur.ſed,ſi Calendis x data nõ fuerint,vterque dominus ex ſtipulatu agere poterit:ſed ſecunda obligatione Meuio cõmiſſa,Titius exceptione doli mali ſummouebitur.

VLP. » SERVVS communis ipſe ſibi ſtipulari non » poteſt:quamuis conſtet eum ſe ſtipulari domino poſ» ſe. Non enim ſe domino acquirit, ſed de ſe obligationem facit.

SI SERVVS Reip. vel Municipij vel Coloniæ ſtipuletur, puto valere ſtipulationem.

SI SERVVS cõmunis ſibi & vni ex dominis ſtipuletur, perinde eſt, ac ſi omnibus dominis & vni ex his ſtipuletur: veluti, Titio & Meuio & Titio: & » tunc probabile eſt, vt Titio dodrans, Meuio quadrãs debeatur.

» SERVVS communis ſic omnium eſt, nõ quaſi » ſingulorum totus, ſed pro partibus vtique indiuiſis, » vt intellectu magis partes habeant quàm corpore. & ideò, ſiquid ſtipulatur, vel qua alia ratiõe acquirit, omnibus pro parte, qua dominiũ in eo habent, acquirit. Licet autem ei nominatim alicui ex dominis ſtipulari, vel traditam accipere rem, vt ei ſoli acquirat. Sed, ſi nõ vni nominatim domino ſtipuletur, ſed iuſſu vnius dominorum: hoc iure vtimur, vt ſoli ei acquirat, cuius iuſſu ſtipulatus eſt.

» OFFILIVS rectè dicebat & per traditionẽ accipiẽdo, & deponẽdo, cõmodandóque poſſe ei ſoli ac» quiri, qui iuſſit. quæ ſentẽtia Caſſij & Sabini dicitur. POMP.

PROINDE, & ſi quatuor forte dominos habuit, & duorum iuſſu ſtipulatus ſit: ijs ſolis acquiret, qui iuſſerunt: magiſque eſt, vt non æqualiter, ſed pro » portione dominica totũ eis acquiratur. Idem puto & ſi nominatim eis ſtipulatus proponatur. Nã, & ſi omniũ iuſſu ſtipulatus ſit, vel omnibus nominatim, non dubitaremus omnib9 pro dominicis eũ portionibus, non pro virilibus acquirere. Si ſeruus cõmunis ab vno ex ſocijs ſtipulatus ſit, ſiquidem nominatim alteri ſocio, ei ſoli debetur. ſinautẽ ſine vlla adiectione purè ſtipulatus ſit, reliquas partes ſeruus cæteris omnibus ſocijs, præter eam partem, ex qua promiſſor dominus eſſet, acquiret. Sed, & ſi iuſſu vnius ſocij ſtipu- VLP.

latus eſſet, idem iuris eſt, quod eſſet, ſi eidem ſocio vel nominatim dari ſtipulatus eſſet. Interdum etiã, ſi neque iuſſu neque nominatim alteri ex dominis ſti-
» puletur, vni tamẽ ſoli acquirere eum, Iuliano placuit: vtputa ſiquid forte ſtipuletur, quod vtrique acquiri non poteſt, veluti ſi ſeruitutem ad fundum Cornelia« num ſtipulatus eſt, qui fundus Sempronij erat, id eſt, alterius ex dominis, ei ſoli acquirit.

CAIVS ITEM, SI alter ex dominis vxorem ducturus « ſit, & huic ſeruo dos promittatur: «

VLP. ITEM, SI ſeruus duorum Titij & Meuij, hominem, qui Titij erat, ſtipulat⁹ fuerit, ei ſoli acquirit, cuius nõ fuit. Sed, ſi ſtipulatus ſit Stichum ſic, Et Meuio & Titio dare ſpondes? totum eum Meuio acquirit. Quod enim alteri ex dominis acquirere nõ poteſt, id ad eum, qui ad obligationem admittitur, pertinet. Sed, & ſi, cum duos dominos ſeruus haberet, ſtipulatus fuerit illi aut illi dominis ſuis: quæſitũ eſt, an
» ſic conſtet ſtipulatio. Caſſius inutilem ſtipulationem
» ſcripſit: & Iulianus Caſſij ſententiam probat: eoque « iure vtimur.

IVL. SED, ET SI ita ſtipuletur, Titio x. aut Meuio fundum dare ſpondes? quia incertum eſt vtri eorum acquiſierit actionem, idcirco inutilis ſtipulatio « exiſtimanda eſt.

VLP. SED, SI SIBI, aut Primo aut Secũdo dominis ſuis ſtipulatus ſit, & hic tantundem erit proban-
» dum, quod Iulianus dixit, inutilem eſſe ſtipulationẽ. Sed, vtrũ adiectio inutilis eſt? an tota ſtipulatio vtilis nõ eſt? Et puto adiectionẽ ſolã eſſe inutilem. Eo enim nomine, quod ait mihi, omnibus acquiſiuit ex ſtipulatu actionem. An ergo & in cæterorũ perſona ſolutio locum habeat, exemplo extraneæ perſonę? Et pu-

to vel ſolui eis poſſe: quemadmodum, cũ ego mihi aut Titio ſtipuler. Cur ergo cum Primo aut Secundo dominis ſtipulatio nõ conſiſtit, nec ſolutio eſt? Illa eſt ratio, quia nõ inuenimus, in cuius perſona ſtipulatio cõſiſtat, & in cuius ſolutio.

NAM, CVM vterque obligationis capax ſit, non inuenimus, quis adiectus ſit: quia non eſt, qui petere poſſit. PAVL.

CVM ENIM ſtipulatur domino aut extraneo ſeruus, vtrunque conſtat, & in domini perſona ſtipulatio, & in extranei ſolutio. At hic τὸ ἰσάζειν corrũpit ſtipulationem & ſolutionem. VLP.

SERVVS MEVS, cum apud furem eſſet, furi dari ſtipulatus eſt. Negat furi deberi Sabin⁹. Sed nec ego ex ea ſtipulatione agere potero: quia eo tempore, quo ſtipulatus eſt, mihi non ſeruiret. Sed, ſi detracta furis perſona ſtipulatus eſt, mihi quidem acquiretur actio, ſed furi nec mandati nec alia actio aduerſus me dari debet. IVL.

SIVE mihi, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue impersonaliter dari ſeru⁹ me⁹ ſtipuletur, mihi acquiret. FLOR.

SERVVS hæreditarius futuro hæredi x nominatim dari ſtipulatus, nihil agit: quia ſtipulationis tempore, hæres dominus eius non fuit. PAVL.

SI COMMVNIS ſeruus meus & tuus viã vel iter vel actum ſtipuletur ſine adiectione nominis noſtri: cum ego ſolus vicinum fundum habeam, ſoli mihi eã acquirit. quòd, ſi & tu fundũ habeas, tibi quoque inſolidum ſeruitus acquiritur. POMP.

SI SERVVS cõmunis Meuij & caſtrẽſis peculij, defuncto filiofamiliâs milite, antè, quâm adeat inſtitutus hæreditatẽ, ſtipuletur: ſocio, qui ſolus interim dominus inuenitur, tota ſtipulatio quæretur: quoniã

partem nō facit hæreditas eius, quæ nondum eſt. Nō enim, ſi quis hæredē exiſtere filiofamiliâs dixerit, ſtatim & hæreditatem eius iam eſſe conſequens erit: cū
» beneficium Principalium conſtitutionum in eo locū
» habeat, vt filiuſfam. de peculio teſtari poſſit: quod priuilegium ceſſat prius, quâm teſtamentum aditione fuerit confirmatum. Si ſeruus Titij & Meuij partem, quæ Meuij eſt, ſibi dari ſtipuletur: nulla ſtipulatio eſt. cū, ſi Titio dari ſtipulatus fuiſſet, Titio acquireretur. Quòd, ſi ſimpliciter concepta eſt ſtipulatio, veluti, Partem eam, quæ Meuij eſt, dare ſpondes? non adiecto mihi, propè eſt, vt, quia ſine vitio concepta eſt ſtipulatio, ſequatur eius perſonā, cuius poteſt. Seruus, capto domino ab hoſtibus x dari ſtipulatus eſt. Quanuis, quæ ſimpliciter ſtipulatur, vel ab alio acceperit, etiam ad hæredem captiui pertinent, aliúdque ſit iuris in perſona filij, quia nec tunc fuit in poteſtate, cum ſtipularetur, nec poſtea deprehēditur (vt ſeruus) in hæreditate: tamen in propoſito caſu poteſt quæri, num ex hac ſtipulatione nihil acquiſitum hæredi videatur, quomodo, ſi ſeruus hæreditarius defuncto, aut etiā hæredi futuro ſtipulatus fuiſſet. Sed in hac ſpecie ſeruus filio exæquabitur. Nā, & ſi filius ca-
» ptiui, patri ſuo ſtipulatus fuerit dari, res in pendenti erit: & ſi pater apud hoſtes deceſſerit, nullius momēti videbitur fuiſſe ſtipulatio: quoniam alij, non ſibi ſtipulatus eſt. Cum ſeruus fructuarius operas ſuas locaſſet, & eo nomine pecuniā in annos ſingulos dari ſtipulatus eſſet: finito vſufructu domino reſidui tē-
» poris acquiri ſtipulationem Iulianus ſcriptū reliquit.
» Quæ ſentētia mihi videtur firmiſſima ratione ſubnixa. Nam, & ſi in annos fortè v locatio facta ſit: quoniam incertum eſt, vſuſfructus in quem diem dura-

turus ſit:ſingulorũ annorum, initio cuiuſque anni pecunia fructuario quæretur. ſecundum quæ nõ tranſit ad alterũ ſtipulatio:ſed vnicuique tantum acquiritur: quãtum iuris ratio permittit. Nam &, cum idem ſeruus ita ſtipulatur. Quantam pecuniam tibi intra illũ
» diem dedero, tantam dare ſpondes? in pendenti eſt quis ex ſtipulatu ſit habiturus actionẽ · ſi enim ex re fructuarij, vel ex operis ſuis pecuniã dederit, fructuario:ſi verò aliunde, domino quæretur ſtipulatio.

SI ALIENVS ſeruus duobus bona fide ſeruiens ex vnius eorum re acquirat, ratio facit, vt ei, ex cuius re aliquid acquiſiuit, id totum ei acquirat: ſiue ei ſoli, ſiue quaſi duobus ſeruiat· Nã & in veris dominis, quoties vtrique acquiritur, toties partes acquiri· cæterũ, ſi alij nõ acquiratur, alium ſolidum habiturũ. igitur eadem ratio erit & in propoſito, vt hic ſeruus alienus, qui mihi & tibi bona fide ſeruit, mihi in ſolidum ex re mea acquirat:quia tibi non poteſt acquiri, quia non ſit ex re tua. SCAEV.

LIBER homo, qui bona fide mihi ſeruit, ſi ſtipuletur ex re mea vel ex operis ſuis Stichũ, qui ipſius eſt: magis eſt, vt mihi acquirat: quia, & ſi ſeruus eſſet meus, acquireret mihi. nec enim illud dici debet, quaſi ille quoque in peculio ei⁹ eſſet. Sed, ſi ex re mea, qui
» meus eſt, ſtipuletur, ſibi acquiret. Apud Labeo-
» nem ita ſcriptum eſt, Filium & filiam in ſua poteſtate pater inteſtatus reliquit. Filia eo animo ſemper fuit, vt exiſtimaret nihil ad ſe ex hæreditate patris pertinere. deinde frater eius filiam procreauit, & eam infantem reliquit. tutores autem ſeruo auito eius imperauerũt, vt ab eo, cui res aui hæreditatis vendiderũt,
» ſtipularetur, Quanta pecunia ad eum perueniſſet. Ex
» eáne ſtipulatione quid pupillæ acquiſitũ ſit, peto re- PAVL.

» ſcribas. Paulus reſpõdi. Eſt quidem verum, bona fide poſſeſſum ſeruum ex re eius, cui ſeruit, ſtipulantē, poſſeſſori acquirere. ſed, ſi res, quæ ex hæreditate aui cõmunes fuerant, in venditionem hæreditatis venerũt: non videtur ex re pupillæ totum pretium ſtipulari. ideóque vtriſque acquirit.

VENV. SI SERVVS cõmunis ita ſtipuletur, Calend. Ianuar. x Titio aut Meuio dominis meis, vter eorũ tunc viuet, dare ſpondes? inutilem eſſe ſtipulationem » Iulianus ſcribit: quia non poſſit in pendenti eſſe ſtipu» latio, nec apparere, vtri eorum ſit acquiſitum.

NERA. SERVVM fructuarium ex re domini inutiliter fructuario ſtipulari: domino ex re fructuarij vtiliter ſtipulari.

PAVL. EADEM de eo dicẽda ſunt, cui vſus legat[9] eſt.

NERA. ET, SI DVORVM vſuſfructus ſit, quod ex operis ſuis alteri eorũ ſtipulatus ſit, pro ea duntaxat parte, ex qua vſuſfructus ſit, acquiritur.

VENV. SI SERVVS hæreditarius ſtipulatus ſit, & fideiuſſores acceperit: poſteáque adita fuerit hęreditas: dubitatur, vtrum ex die interpoſitæ ſtipulationis tẽpus cedat: an ex addita hæreditate. idem, ſi ſeruus eius, qui apud hoſtes ſit, fideiuſſores acceperit. Et Caſ» ſius exiſtimabat tempus ex eo computandũ, ex quo agi cum eis potuerit: id eſt, ex quo adeatur hæreditas, » aut poſtliminio dominus reuertatur.

PAVL. VSVSFRVCTVS ſine perſona eſſe non poteſt. & ideo ſeruus hæreditarius inutiliter vſumfructũ ſtipulatur: legari autẽ ei poſſe vſumfructum dicitur: quia dies eius ſtatim non cedit: ſtipulatio autem pura ſuſpendi non poteſt. Quid ergo, ſi ſub conditione ſtipuletur? Nec hoc caſu valet ſtipulatio: quia ex tempore præſenti vires accipit ſtipulatio, quanuis ex ea

petitio ſuſpenſa ſit.

SERVVS communis, ſiue emat, ſiue ſtipuletur: quanuis pecunia ex eo peculio detur, quod alterum ex dominis ſequitur: vtrique tamen acquirit. Diuerſa cauſa eſt fructuarij ſerui.

SI EX RE domini domino aut fructuario ſeruus ſtipulatus fuerit, domino quidem acquiri obliga- CAIVS
„ tionē Iulian⁹ ſcribit: ſolui autē fructuario poſſe quaſi cuilibet adiecto. Si ſeruus cōmunis ex re vni⁹ ſtipulatus fuerit, magis placet vtrique acquiri: ſed eũ, cuius ex re facta eſt ſtipulatio, cum ſocio communi diuidũdo aut ſocietatis iudicio de parte recuperanda rectè acturum: idémque eſſe dicendum, & ſi ex operis ſuis alteri ex dominis ſeruus acquirat. Si ipſi domini ſinguli eadem x ſeruo communi dari fuerint ſtipulati, & ſemel reſponſum ſecutum fuerit: duo rei ſtipulandi erunt. cum placeat dominum ſeruo dari ſtipulari poſſe. Sicuti vni ex dominis nominatim ſtipulando, ei ſoli acquirit, ita placet, & ſi rem emat nomine vnius ex dominis, ei ſoli ſeruum acquirere. Item, ſi credat pecuniam, vt vni ex dominis ſolueretur: vel quodlibet aliud gerat negotium: poſſe eũ nominatim exprimere, vt vni ex dominis reſtituatur aut ſoluatur.

Illud quæſitum eſt, an hæredi futuro ſeruus hæ-
„ reditarius ſtipulari poſſit. Proculus negauit: quia is eo
„ tempore extraneus eſt. Caſſius reſpondit poſſe: quia, qui poſtea hæres extiterit, videtur ex mortis tempore defuncto ſucceſſiſſe. Quæ ratio illo argumento cōmendatur, quòd hæredis familia ex tempore mortis funeſta facta intelligitur, licet poſt aliquod tempus hæres extiterit. Manifeſtum igitur eſt ſerui ſtipulationem ei acquiri.

SI SERVVS communis ſic ſtipulatus ſit, x illi AFR.

domino: eadem x alteri dare ſpōdes? dicemus duos reos eſſe ſtipulandi.

SERVVS alienus alij nominatim ſtipulando, non acquirit domino.

SI VSVFRVCTVARII aut bonæ fidei poſſeſſoris ſeruus ſtipulatur, ex quibus cauſis nō ſolet his acquiri, domino acquiritur. Non idem dicetur, ſi nomen ipſorum in ſtipulatione poſitum ſit.

SI, CVM duorum vſuſfructus eſſet in ſeruo, is ſeruus vni nominatim ſtipulatus ſit ex ea re, quæ ad » vtroſque pertinet: Sabinus ait, quoniā ſoli obligatus eſſet, videndū eſſe, queādmodum alter vſuarius partem ſuam recipere poſſit, quoniam inter eos nulla cōmunio iuris eſſet. Sed verius eſt vtili communi diuidundo iudicio inter eos agi poſſe.

SI LIBER homo, vel alien9 ſeruus, qui bona fide ſeruit, ex re alteri9 iuſſu poſſeſſoris ſtipuletur: Iu» lianus ait liberum quidem ſibi acquirere, ſeruum ve» rò domino: quia ius ſuo domino cohæreat. Si duo rei ſtipulandi vſumfructum in ſeruo habeāt, vel quibus bona fide ſeruiebat, & iuſſu vnius à debitore ſtipuletur, ei ſoli acquirit.

IABO. SI SERVVS teſtamento manumiſſus, cum ſe liberum eſſe ignoraret, & in cauſa hæreditaria mane» ret, pecuniam hæredibus ſtipulatus eſt: nihil debetur » hæredibus, ſi modo ſciuerunt eum teſtamēto manumiſſum: quia non poteſt videri iuſta ſeruitute ſeruiſſe iis, qui illum liberum eſſe non ignorabant. Diſtat ab iſta, cauſa ei9 qui liber emptus, bona fide ſeruit: quia in eo & ipſius & emptoris æſtimatio conſentit. Cæterum is, qui ſcit hominem liberum eſſe, quanuis ille cōditionem ſuam ignoret: nec poſſidere quidem eū poteſt videri.

SERVVS hæreditarius & hæredi futuro & hæreditati rectè ſtipulatur. MOD.

QVOD ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominꝰ pro IAB. » derelicto habebat, nullius eſt momēti: quia, qui pro derelicto rē habet, omnimodo à ſe reiecit: nec poteſt eius operis vti, quē mero iure ad ſe pertinere noluit. Quòd, ſi ab aliquo apprehenſus eſt, ſtipulationem ei acquirere poteſt: nam & hoc genere quædam donatio eſt. Inter hæreditarium enim ſeruum, & eum, qui pro derelicto habetur, plurimum intereſt: quoniam alter iure hæreditatis retinetur: nec poteſt relictus videri, qui vniuerſo hæreditatis iure cōtinetur: alter voluntate domini derelictus, non poteſt videri ad vſum eius pertinere, à quo derelictus eſt.

SI COMMVNIS ſeruus ita ſtipuletur, L. Titio & C. Seio dare ſpondes? qui ſunt domini illius: POMP. pro virilibus partibus eis ex ſtipulatione ſua dari debet. Si verò ita, Dominis meis dare ſpondes? pro parte, qua domini eſſent. Si verò ita, L. Titio & C. Seio dominis meis dare ſpondes? dubitaretur, vtrum per » viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur. Et intereſſet, quid cuius demonſtrādi gratia eſſet adiectum, & quæ pars eius ſtipulationis principalem cauſam haberet. Sed, cū ad nomina prius decurſum eſt, rationabilius eſſe videtur pro virili parte ſtipulationem eis acquiri, quòd dominorum vocabula pro demonſtratione habeantur.

SI SERVVS meus à liberto meo operas ſibi » dari ſtipuletur, inutilem ſtipulationē eſſe Celſus ſcribit: aliter, atque ſi non adiecto hoc verbo, ſibi, ſtipulatus fuerit dari.

CVM SERVVS, in quo vſum fructum habemus, proprietatis domino ex re fructuarij vel ex ope-

ris eius nominatim ſtipulatur, domino acquiritur proprietatis. ſed, qua actione fructuarius recuperare poteſt à domino proprietatis, inquirendum eſt. Item, ſi ſeruus bona fide nobis ſeruiat: & id, quod nobis acquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit: ei acquiret. ſed, qua actione id recuperare poſſimus, quæritur. Et non ſine ratione eſt, quod Caius noſter dixit, condici in vtroque caſu poſſe domino.

QVICQVID contraxit ſeruus, dum nobis ſeruit, etiam ſi ſtipulationem contulerit in alienationem vel manumiſſionem ſuam, tamen nobis acquiſitum erit: quia poteſtas eius tunc, cum id contraheret, noſtra fuit. Idémque eſt, ſi filiuſfam. contrahat· nanque etiam, quod in emancipationis tempus contulerit, nobis debebitur, ſi tamen dolo malo id fecerit.

DE FIDEIVSSORIBVS ET MANDATORIBVS.

OMNI OBLIGATIONI FIDEiuſſor accedere poteſt. VLP.

ET COMMODATI & depoſiti fideiuſſor accipi poteſt: & tenetur etiam, ſi apud ſeruū vel pupillū depoſitū cōmodatúmve fuerit: ſed ita demū, ſi aut dolo malo aut culpa ij fecerint, pro quibus fideiuſſū eſt. POMP.

QVI SATISDARE promiſit, ita demū impleſſe ſtipulationem ſatiſdationis videtur, ſi eum dederit acceſſionis loco, qui obligari poteſt & conueniri. Cæterum, ſi dederit ſeruū aut filiumfamiliâs, ex quibus cauſis de peculio actio non datur, vel mulierem, quæ auxilio Senatuſconſulti vtitur: dicendum eſt nō eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationē. Plane, ſi non idoneum fideiuſſorem dederit, magis eſt, vt ſatiſfactum ſit: quia, qui admiſit eū fideiubētem, idoneum eſſe comprobauit. VLP.

POTEST accipi fideiuſſor ei9 actionis, quā habitur9 ſū aduerſ9 eū, pro quo fideiuſſi, vel mādati, vel negotiorū geſtorū. Fideiuſſor & ipſe obligatur, & ſuū hæredem obligatum relinquit, cū rei locū obtineat.

» GENERALITER Iulianus ait eum, qui hæres extiterit ei, pro quo interuenerat, liberari ex cauſa acceſſionis, & ſolummodo quaſi hæredem rei » teneri. Denique ſcripſit, ſi fideiuſſor hæres extiterit ei, pro quo fideiuſſit: quaſi reum eſſe obligatum, & ex cauſa fideiuſſionis liberari eum. verùm reo reum ſuccedentem, ex duabus cauſis eſſe obligatum.

Nec enim poteſt reperiri, quæ obligatio quam perimat. At in fideiuſſore & reo reperitur: quia rei obligatio plenior eſt. Nam, vbi aliqua differentia eſt obligationum, poteſt conſtitui alteram per alteram perimi. Cùm verò duæ eiuſdem ſunt poteſtatis, non poteſt reperiri, cur altera potius quàm altera conſumeretur. Refert autem hoc ad ſpeciem, in qua vult oſtendere non eſſe nouum, vt duæ obligationes in vnius perſona concurrant. Eſt autem ſpecies talis, Si reus promittendi hæres extiterit alij reo promittendi, duas obligationes ſuſtinet.

SI REVS ſtipulandi extiterit hæres reo ſtipulandi, duas ſpecies obligationis ſuſtinebit. Planè, ſi ex altera earum egerit, vtranque cõſumit: videlicet quia natura obligationum duarum, quas haberet, ea eſſet, vt, quum altera earum in iudicium deduceretur, altera conſumeretur.

STIPVLATVS ſum à reo, nec ab eo fideiuſſorem accepi: poſtea volo adijcere fideiuſſorem. ſi adiecero, fideiuſſor obligatur. Et parui refert, vtrum purè fideiuſſorem obligem, an ex die, an ſub conditione. Adhiberi autem fideiuſſor tam futuræ quàm præcedenti obligationi poteſt: dummodo ſit aliqua vel naturalis futura obligatio.

IVL. QVOD enim ſolutum repeti non poteſt, conueniens eſt huiuſmodi naturalis obligationis fideiuſſorem accipi poſſe.

PAVL. GRAECE fideiuſſor ita accipitur, ⋆ Sed, & ſi dixerit ⋆ perinde erit, atque ſi dixerit, ⋆ Præterea ſciendum eſt fideiuſſorem omni obligationi adhiberi poſſe, ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu. Pro eo etiam, qui iure honorario obligatus eſt, poſſe fideiuſſorem acccipi, ſciendum eſt. — Et poſt litem conte-

ſtatam fideiuſſor accipi poteſt:quia & ciuilis & natu-
» ralis ſubeſt obligatio. & hoc Iulianus admittit:eóque iure vtimur. An ergo cõdemnato reo, exceptione vti fideiuſſor poſſit, quæritur? nam ipſo iure non liberatur. Et, ſiquidem iudicati actionis acceptus non eſt, ſed tantum litis exercitationis: rectiſſimè dicetur vti eum exceptione poſſe. ſi verò acceptus fuerit, etiam totius cauſæ, ceſſabit exceptio. A tutore etiam, qui teſtamento datus eſt, ſi fuerit fideiuſſor datus, tenetur. Sed, & ſi ex delicto oriatur actio, magis putamus teneri fideiuſſorẽ. & generaliter omnium obligationũ fideiuſſorẽ accipi poſſe, nemini dubium eſt. Illud commune eſt in vniuerſis, qui pro alijs obligantur, quòd ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti, placuit eos omnimodo non obligari. In leuiorem planè cauſam accipi poſſunt. propter quod in minorẽ ſummam rectè fideiuſſor accipietur. Item, accepto reo pure, ipſe fideiuſſor ex die vel ſub conditione accipi poteſt. Enimuerò, ſi reus ſub conditione ſit acceptus, fideiuſſor purè non obligabitur. Siquis Stichum ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita acceperit, Stichũ aut x fide tua eſſe iubes? non obligari fideiuſſorem
» Iulianus ait: quia durior fiat eius cõditio; vtpote, cum
» futurum ſit, vt mortuo Sticho teneatur. Marcellus autem eum notat ideò tantum non obligari, quia in duriorem conditionem fideiuſſor acceptus eſt, ſed, quia in aliam potius obligationem fideiuſſor acceptus eſt. Denique pro eo, qui x promiſerit, non poterit fideiuſſor ita accipi, vt x aut Stichum promittat: quãuis
» eo caſu non ſit eius conditio durior. Idem Iulia-
» nus ait, Si is, qui hominem aut x dari ſtipulatus fuerit, fideiuſſorem ita acceperit, Hominem aut x, vtrũ ego velim? non obligabit eum: quia durior eius con-

ditio facta eſt. Contrà autem, ſi is, qui hominem aut x, vtrum ipſe ſtipulator volet, ſtipulatus eſt: rectè fideiuſſorem ita accipiet, x, aut hominem, vtrum tu » voles? fit etenim (inquit) hoc modo fideiuſſoris conditio melior. Sed, & ſi reum ſic interrogauero, Stichum & Pamphilum dare ſpondes? fideiuſſorem Stichum aut Pamphilum? rectè interrogem: quia leuior fideiuſſoris conditio eſt. Pro fideiuſſore accipi fideiuſſorẽ poſſe, nequaquam dubium eſt.

POMP. FIDEIVSSORES & in partem pecuniæ & in partem rei rectê accipi poſſunt.

VLP. SI DVBITET creditor an fideiuſſores ſoluẽdo ſint, & vnus ab eo electus, paratus ſit offerre cau» tionem, vt ſuo periculo confideiuſſores conueniantur in partem: dico audiendum eſſe eum: ita tamen, vt ſa» tiſdationem offerat, & omnes confideiuſſores, qui idonei eſſe dicuntur, præſto ſint. Nec enim ſemper facilis eſt nominis emptio, cum numeratio totius debiti » non ſit in expedito. Ita demum inter fideiuſſores diuiditur actio, ſi non inficiantur. Nam inficiantibus, auxilium diuiſionis non eſt indulgendum.

Filiuſfam. pro patre poterit fideiubere: nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio: primò quidem, quòd ſui iuris effectus poterit teneri in id, quod facere poteſt: deinde quòd &, dum in poteſtate manet, condemnari poteſt. Sed, an pater ex hac cauſa, Quòd iuſſu teneatur, videamus. Et puto ad omnes contractus Quòd iuſſu etiam referri. Sed, ſi, ignorãte patre, pro eo fideiuſſerit, ceſſat iſta actio. tamen, quaſi in rem patris verſum ſit, poteſt agi cum patre. Planê, ſi emancipatus ſoluerit: vtilis ei actio debebit competere. In poteſtate etiam manẽti eadem actio competit, ſi de peculio caſtrenſi pro patre ſoluerit.

QVI CONTRA Senatuſconſultum filiofami- IVL.
» liâs crediderit, mortuo eo fideiuſſorē à patre accipere
» non poteſt: quia neque ciuilem neque honorariā ad-
» uerſus patrē actionem habet: nec vlla hæreditas eſt:
cuius nomine fideiuſſor obligari poſſit.

PLANE eius actionis nomine, quæ de peculio aduerſus eum competit, fideiuſſor rectê accipitur.

SI MANDATO meo Titio x credideris, & mecum mandati egeris, non liberabitur Titius: ſed ego tibi nō aliter condemnari debebo, quâm ſi actiones, quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris. Item, ſi cum Titio egeris, ego non liberabor: ſed in id dúntaxat tibi obligatus ero, quod â Titio ſeruare non poteris.

CVM REVS promittēdi fideiuſſori ſuo hæres extiterit: obligatio fideiuſſoria perimitur. Quid ergo eſt, ſi tanquam â reo debitum petatur? Et ſi exceptione fideiuſſori competenti vſus fuerit, in factum replicatio dari debebit, aut doli mali proderit.

SI STIPVLATVS eſſes â me ſine cauſa, & fideiuſſorem dediſſem, & nolem eum exceptione vti, ſed potius ſoluere, vt mecum mandati iudicio agere-tur: fideiuſſori etiam me inuito exceptio dari debet. Intereſt enim eius, pecuniam retinere potius, quâm ſolutam ſtipulatori â reo repetere. Si ex duobus,
» qui apud te fideiuſſerant in x x, alter, ne ab eo pe-
» teres, v tibi dederit vel promiſerit: nec alter libera-
bitur. & ſi ab altero x v petere inſtitueris, nulla exceptione ſummoueris. reliqua autem v ſi â priore fideiuſſore petere inſtitueris, doli mali exceptione ſummoueris.

» FIDEIVSSOR obligari non poteſt ei, apud
» quē reus promittēdi obligatus nō eſt. Quare, ſi ſeruus

communis Titij & Sempronij nominatim Titio dari ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita interrogauerit, Titio aut Sempronio id dare ſpondes? Titius quidē petere à fideiuſſore poterit: Sempronij verò perſona in hoc ſolùm interpoſita videbitur, vt ſolui ei ante litem conteſtatam etiam ignorante vel inuito Titio
» poſſit. Qui certo loco dare promiſit, aliquaten9 duriori cōditione obligatur, quâm ſi purè interrogatus fuiſſet: nullo enim alio loco, quâm in quē promiſerit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt. Quare, ſi reū pu-
» rè interrogauero, & fideiuſſorē cū adiectione loci acce-
» pero, nō obligabitur fideiuſſor. Sed, & ſi reus Romę cōſtitut9, Capuæ dare promiſerit, fideiuſſorque Ephe-
» ſi, perinde nō obligabitur fideiuſſor, ac ſi reus ſub cō-
» ditione promiſiſſet, fideiuſſor autem in diem certam vel purè promiſiſſet. Fideiuſſor accipi poteſt, quoties eſt aliqua obligatio ciuilis vel naturalis, cui ap-
» plicetur. Naturales autem obligationes non eo ſolò
» æſtimantur, ſi actio aliqua earum nomine competit: verumetiam, cum ſoluta pecunia repeti non poteſt. Nam licet minus propriè debere dicantur naturalis obligationis debitores, per abuſionem tamen intelligi poſſunt debitores: & qui ab his pecuniā recipiunt, debitum ſibi recepiſſe. Stipulatione in diem cōcepta, fideiuſſor ſi ſub conditione acceptus fuerit, ius
» eius in pendenti erit: vt, ſi ante diem conditio imple-
» ta fuerit, non obligetur: ſi concurrerit dies & cōditio, vel etiam diem conditio ſecuta fuerit, obligetur.

Cum fideiuſor hoc modo acceptus eſſet, Si reus x l, quæ ei credidi, non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? veriſimile eſt id eſſe actum, vt, cum interpellatus re9 non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur. Sed, & ſi reus antè, quàm interpellaretur, deceſſiſſet, fideiuſſor obliga-

tus erit: quaſi hoc quoque caſu verum eſſet reum non ſoluiſſe.

FIDEIVSSORIBVS ſuccurri ſolet, vt ſtipulator cõpellatur ei, qui ſolidum ſoluere paratus eſt, vendere cæterorum nomina.

QVI DEBITOREM ſuum delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur: & ideo, ſi fideiuſſor debitorem ſuum delegauerit, quanuis eum, qui ſoluendo nõ erat: cõfeſtim mandati agere poteſt.

SERVVS inſcio domino pro quodã fideiuſſerat, & eo nomine pecuniã ſoluerat. quærebatur, poſſet ne domin⁹ ab eo, cui ſoluta eſſet, repetere. Reſpõdi. Intereſt, quo nomine fideiuſſerit. nam, ſi ex cauſa peculij fideiuſſerit, tũc id, quod ex peculio ſoluerit, repetere dominus nõ poterit. quod, ſi ex dominica cauſa ſoluerit, vendicabitur. ſi verò non ex cauſa peculij fideiuſſerit: quod ex pecunia dominica ſoluerit, æquè vendicabitur. quod ex peculio, condici poterit.

SED, SI ſerui dominus pecuniam ſoluerit: repetere eam non ab eo, pro quo fideiuſſit, ſed ab eo, cui numerauit, poterit: cum ſeruus fideiuſſionis nomine obligari non poſſit. Sequitur ergo, vt ab eo, pro quo fideiuſſerat, repeti non poſſit: cum ipſe, pro quo ſoluit, ære alieno obligatus ſit, nec ſolutione liberari eius pecuniæ nomine potuerit, cuius obligatio ad ſeruum non pertinuit. IABO.

HAERES à debitore hæreditario fideiuſſorem accepit: deinde hæreditatẽ ex Trebelliano reſtituit. fideiuſſoris obligationẽ in ſuo ſtatu manere ait: idémque in hac cauſa ſeruandum, quod ſeruaretur, cũ hæres, contra quem emancipatus filius bonorumpoſſeſſionem acceperit, fideiuſſorem acceperit. ideóque in vtraque ſpecie tranſeunt actiones. Nõ eſt nouũ, AFRI.

vt fideiuſſor duabus actionibus eiuſdem pecuniæ nomine teneatur. Nam, ſi in diem acceptus, mox purè » accipiatur: ex vtraque obligatur. &, ſi fideiuſſor confideiuſſori hæres extiterit, idem erit. Seruo tuo pecuniam credidi. tu eum manumiſiſti. deinde eundem fideiuſſorem accepi. ſi quidem in eam obligationē fideiubeat, quæ aduerſus te intra annum ſit, obligari eum ait. ſi verò in naturalem ſuam, potius eſt, vt nihil agatur. non enim intelligi poſſe, vt quis fideiubēdo pro ſe obligetur. Quòd, ſi hic ſeruus manumiſſus fideiuſſori ſuo hæres exiſtat, durare cauſam fideiuſſionis putauit: & tamen nihilominus naturalem obligationem mā ſuram, vt, ſi obligatio ciuilis pereat, ſolutum repetere non poſſit. Nec his contrarium eſt, quòd, cū reus fideiuſſori hęres exiſtit, fideiuſſoris obligatio tollatur: quia tunc DVPLEX OBLIGA» TIO CIVILIS CVM EODEM ESSE NON » POTEST. Retro quoque, ſi fideiuſſor ſeruo manumiſſo hæres extiterit, eadem aduerſus eum obligatio manet: quanuis & naturaliter teneatur, nec pro ſe quis fideiubere poſſit. Quòd, ſi ſtipulator reum hæredem inſtituat, omnimodo fideiuſſoris obligationem perimit, ſiue ciuilis, ſiue tātū naturalis in reum fuiſſet: quoniam quidem nemo poteſt apud eundem pro ſeipſo obligatus eſſe. Quòd, ſi idem ſtipulator fideiuſſorem hæredem ſcripſerit, proculdubio ſolam fideiuſſionis obligationem perimit. Argumentum rei hoc eſt, quòd, ſi poſſeſſio rerum debitoris data ſit creditori, æquè dicendum eſt fideiuſſorē manere obligatum. Cū tu & Titius eiuſdem pecuniæ rei eſſetis, eū qui pro te fideiuſſit, poſſe & pro Titio fideiube» re reſpondi, quanuis eandem pecuniā eidem debiturus ſit: nec tamen inanem eā creditori futuram. non

nullis enim caſibus emolumentum habituram: veluti ſi ei pro quo ante fideiuſſiſſet, hæres exiſtat. tunc enim, cōfuſa prima obligatione, poſteriorē duraturā.

Cũ fideiuſſor reo ſtipulandi hæres extiterit, quæritur, an, quaſi ipſe à ſe exegerit, habeat aduerſus reũ » mandati actionem. Reſpondi, cũ reus obligatus ma» neat, non poſſe intelligi ipſum à ſe fideiuſſorē pecuniam exegiſſe. itaque ex ſtipulatu potius quàm mandati agere debebit.

MORTVO reo promittēdi, etiam ante aditam **FLOR.** hæreditatem fideiuſſor accipi poteſt: quia hæreditas, perſonæ defuncti vice fungitur: ſicuti Municipiũ & Curia & ſocietas.

SI MIHI aut Titio x ſtipulatus fuerim, Titiꝰ **MART.** fideiuſſorem accipere non poteſt: quia ſolutionis tantum cauſa adiectus eſt.

L. TITIVS, cũ pro Seio fratre ſuo apud Septi- **MARC.** tiũ interuenire vellet, epiſtolã ita ei miſit, Si petierit à » te frater meꝰ, peto des ei numos fide & periculo meo. poſt quam epiſtolam Septitius Seio pecuniam numerauit. deinde Titius inter reliquos hæredes & Seium fratrem pro tertia parte reliquit hæredem. Quæro, an, quia aduerſus Seium debitorem Septitij confuſa ſit actio pro tertia parte, qua Titio fratri ſuo hæres extiterit, cũ cohæredibus eius agere in ſolidum poſſit. » Marcellus reſpondi cũ cohæredibus Seij non pro maiore quàm hæreditaria parte mandati agi poſſe.

» MARCELLVS ſcribit, Si quis pro pupillo ſine **VLP.** tutoris authoritate obligato, vel prodigo, vel furioſo fideiuſſerit, magis eſt, vt ei nõ ſubueniatur: quoniam his mandati actio non competit.

INTER fideiuſſores non ipſo iure diuiditur **CAIVS** » obligatio, ſed ex epiſtola diui Adriani. Et ideò, ſi quis

eorum ante exactam à ſe partem ſine hærede deceſſerit, vel ad inopiam peruenerit, pars eius ad cæterorum onus reſpicit.

SI PLVRES ſint fideiuſſores, & vnus purè, alius in diē vel ſub cōditione acceptus: ſuccurri oportet ei, qui purè acceptus eſt, dum exiſtere conditio poteſt: ſcilicet vt interim in virilem partem cōueniatur. Sed, ſi cum conditio extiterit, nō eſt ſoluendo, qui ſub conditione acceptus eſt: reſtituendam actionem in » purè acceptum Pomponius ſcribit. Præterea, ſi fideiuſſor extiterit hæres fideiuſſori, ſiue vnus, ſiue plures: æquè hic quoque pertinebit ad eandem cauſam: in quorū perſona æquè locum habebunt ea, quæ ſunt » à diuo Adriano conſtituta. Præterea, ſi quæratur, an ſoluendo ſit principalis fideiuſſor, etiam vires ſequentis fideiuſſoris ei aggregandæ ſunt. Sicut ipſis fideiuſſoribus, ita hæredibus quoque eorum ſuccurrendum » Pomponius ſcribit. Si fideiuſſor fuerit principalis, & fideiuſſor fideiuſſoris: non poterit deſyderare fideiuſſor, vt inter ſe & eum fideiuſſorem, pro quo fideiuſſit, diuidatur obligatio: ille enim loco rei eſt: nec poteſt reus deſyderare, vt inter ſe & fideiuſſorem diuidatur obligatio. Proinde, ſi ex duobus fideiuſſoribus alter fideiuſſorem dederit, aduerſus eum, quidem nō diuiditur obligatio, pro quo interuenit: ſed aduerſus confideiuſſorem magis eſt vt diuidatur.

CAIVS. SI CONTENDAT fideiuſſor cæteros ſoluendo eſſe, etiam exceptionem ei dandam, Si non & illi ſoluendo ſint.

» SI SVB impoſſibili conditione ſtipulatus ſim, fideiuſſor adhiberi non poteſt.

FIDEIVBERE pro alio poteſt quiſque, etiā ſi promiſſor ignoret.

SI FIDEIVSSOR vel quis alius pro reo ante diem creditori ſoluerit, expectare diē debebit, quo eum ſoluere oportuit. VLP.

EX PERSONA rei, & quidem inuito eo, exceptio & cætera rei commoda fideiuſſori cæteriſque acceſſoribus competere poſſunt.

SI EVM hominē, quem à Titio petieram, pro quo ſatis de lite acceperam, Titius liberū hæredemque reliquerit: ſi quidem re vera ipſius fuerit, dicendum eſt iudicium in eū tranſferri; &, ſi non patiatur id fieri, committi ſtipulationem. Si autē homo meus, id eſt, petitoris fuerit, neque iuſſu meo hæreditatem adierit: fideiuſſores tenebūtur ob rem non defenſam. Si autē adierit me iubēte, ſtipulatio euaneſcit. Planè, ſi meus fuerit, & idcirco differam aditionem, vt, cum vicero, tunc eum iubeam adire: & interim ob rem nō defenſam agere velim: non cōmittitur ſtipulatio: quia vir bonus non arbitraretur.

II, QVI acceſſionis loco promittunt, in leuiorē cauſam accipi poſſunt: in deteriorem non poſſunt. Ideóque ſi à reo mihi ſtipulatus ſum, à fideiuſſore mi-
» hi aut Titio: meliorē cauſam eſſe fideiuſſoris Iulianus putat: quia poteſt vel Titio ſoluere. Quòd, ſi à reo mihi aut Titio ſtipulatus ſim, à fideiuſſore mihi tantum interrogem: in deteriorem cauſam acceptum fideiuſ-
» ſorē Iulianus ait. Quid ergo, ſi à reo Stichū aut Pamphilum, à fideiuſſore Stichum interrogem? vtrum in deteriorem cauſam acceptus eſt ſublata electione? an in meliorem? quod verum eſt: quia mortuo eo liberari poteſt. PAVL.

CVM FIDEIVBEAT aliquis pro ſeruo, in ſolidum tenetur, etiam ſi nihil in peculio ſit. Planè, ſi pro domino fideiubeat, cum quo de peculio actio eſt,

dũntaxat de peculio tenebitur, quod tũc erit, cum res iudicatur.

CVM IS, qui & reum & fideiuſſores habet, ab vno ex fideiuſſoribus accepta pecunia præſtat actiones: poterit quidem dici nullas iam eſſe, cum ſuũ perceperit, & perceptione omnes liberati ſint. ſed nõ eſt ita. non enim in ſolutũ accepit, ſed quodammodo nomen debitoris vendidit. & ideo habet actiones, quia tenetur ad hoc ipſum vt præſtet actiones.

SI QVIS poſtquam trãſacto tempore liberatus eſt, fideiuſſorẽ dederit, fideiuſſor nõ tenetur: quoniam erroris fideiuſſio nulla eſt.

MARC. SI STICHVM aut Pãphilũ ſtipulatus eſſem, vtrum promiſſor voluiſſet: non poſſum fideiuſſorem ita accipere, Stichum aut Pamphilum, vtrum fideiuſſor vellet: quia futurum eſſet in eius poteſtate alium velle quàm reus voluiſſet. A Titio, qui mihi ex teſtamento ſub cõditione x debuit, fideiuſſorem accepi, & ei hæres extiti: deinde conditio legati extitit. quæro, an fideiuſſor mihi teneatur? Reſpondi, ſi ei, à quo tibi erat ſub cõditione legatum, cum ab eo fideiuſſorem accepiſſes, hæres extiteris: non poteris habere fideiuſſorem obligatum: quia nec reus eſt, pro quo debeat, ſed nec res vlla, quæ poſſit deberi.

MODE. VT FIDEIVSSOR aduerſus confideiuſſorẽ ſuum agat, actio danda nõ eſt. ideóque, ſi ex duobus fideiuſſoribus eiuſdem quãtitatis, alter electus à creditore, totũ exſoluerit, nec ei ceſſæ ſint actiones: alter nec à creditore, nec à cõfideiuſſore rectè cõuenietur.

CVM DVO rei conſtituti ſunt, ſiue ab vtroque, ſiue ab altero fideiuſſor datus fuerit, inſolidum rectè accipietur.

SI FIDEIVSSORES in id accepti ſũt, quod

à curatore ſeruari non poſſit, & poſt impletam legitimam ætatem, tam ab ipſo curatore quàm ab hæredibus eius ſolidum ſeruari potuerit, & ceſſante eo, qui pupillus fuit, ſoluendo eſſe deſierit: non temerè vtilē » in fideiuſſores actionem competere. Idem reſpódi, ſi in ſolidum condemnatus eſt vnus ex mandatoribus: cum iudicati conueniri cœperit, poſſe eum deſyderare, vt aduerſus eos, qui idem mādauerūt, actiones ſibi mandentur.

SI ITA fideiuſſorē accepero, Quòd ego x credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe » iubes? nō obligatur fideiuſſor: quia in aliā rem, quàm » quæ credita eſt, fideiuſſor obligari nō poteſt: quia nō vt æſtimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri poteſt, ita pecunia quoque merce æſtimanda eſt. IAB.

SI À TITIO ſtipulatus fideiuſſorem te acceperim, deinde eādem pecuniā ab alio ſtipulatus aliū fideiuſſorem accipiam, confideiuſſores nō erunt: quia diuerſarum ſtipulationum fideiuſſores ſunt. POMP.

STIPVLATVS ES opus arbitratu tuo antè certam diem fieri: quod ſi effectum nō eſſet, quanti, vt efficiatur, opus locaſſes, tanti fideiuſſores accepiſti: &, quia opus effectum non erat, alij locaſti: &, cum poſterior conductor ſatis non daret, ipſe tu opus fe» ciſti. quæro, an fideiuſſor teneatur? Reſpondi ſecundū ea verba ſtipulationis, quæ à te propoſita ſunt, fideiuſſores non teneri. Non enim id feciſti, quod in ſtipulatione conuenerat: id eſt, opus alij nō locaſti: tametſi poſtea locaſti: ea enim locatio, quam ſecutus non es, perinde eſt, ac ſi interpoſita nō eſſet, & ſtatim tu op⁹ facere cœpiſſes. IAB.

FIDEIVSSOR pro vēditore fundorū duorū SCAEV.

altero euicto conuentus ab emptore, condemnatus eſt in certam quantitatem. quæſitum eſt, an cum hærede venditoris ante diem, quo iudicatum facere com-
» pelleretur, agere poſſet. Reſpōdi agere quidem poſ-
» ſe: ſed ex iuſta cauſa ad officiū Iudicis pertinere, quòd fideiuſſor aut defendatur, aut liberetur.

IAB. CVM LEX venditionibus occurrere voluerit, fideiuſſor quoque liberatur, eo magis, quòd per huiuſmodi actionem ad reum peruenitur.

PAP. SI DEBITORI deportatio irrogata eſt, non
» poſſe pro eo fideiuſſorem accipi ſcribit Iulianus: quaſi tota obligatio cōtra eum extincta ſit. Si filiuſfamiliâs in cauſa peculiari ita fideiuſſorem acceperit, Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes? & emancipatus credat: patri quidem nomine ſuo reus obligatus non tenebitur: filio verò, humanitatis intuitu, obnoxius eſſe debet.

SI TITIVS & Seia pro Meuio fideiuſſerint, ſubducta muliere dabimus inſolidum aduerſus Titium actionem: cum ſcire potuerit, aut ignorare non debuerit mulierem fruſtra intercedere. Huic ſimilis & illa quæſtio videri poteſt, ob ætatē ſi reſtituatur in integrū vnus fideiuſſor, an alter onus obligationis in integrū excipere debeat. Sed ita demū onus alteri totum irrogandū eſt, ſi poſtea minor interceſſerit, propter incertū ætatis ac reſtitutionis. Quòd, ſi dolo creditoris inductus ſit minor, vt fideiubeat: nō magis creditori ſuccurrendum erit aduerſus confideiuſſorem, quàm ſi facta nouatione circunuento minore deſyderaret in veterem debitorem vtilem actionē ſibi dari.

SI TESTAMENTO liberatū debitorē hæres omittat, fideiuſſorē autē eius conueniat: proderit exceptio doli fideiuſſori propter improbitatē hæredis,

quæ prodeſſe reo debuerat,ſi conueniretur. Ex duobus fideiuſſoris hæredibus, ſi per errorem alter » inſolidum exſoluat:quidam putant eum habere con» dictionem, & ideò manere obligatum cohæredem. » Condictione quoque ceſſante, durare obligationem cohæredis probatur, propterea quòd creditor, qui, dum ſe putat obligatum , partem ei,qui totum dedit, exſoluerit , nullam habebit condictionem.

Quòd,ſi duo fideiuſſores accepti fuerint,verbi gratia in x x,& alter ex duobus hæredibus alterius fideiuſſoris totum creditori exſoluerit:habebit quidẽ condictionem in x,quæ ipſo iure non debuit· an autem & alia v repetere poſſit,ſi fideiuſſor alter ſoluendo eſt,videndum eſt·Ab initio enim hæres fideiuſſoris,ſiue hæredes, vt ipſe fideiuſſor, audiendi ſunt: vt ſcilicet pro parte ſinguli,qui fideiuſſores ſunt, conueniantur. Sed verior & vtilior eſt in vtroque caſu illa » ſententia,ſolutionem non indebitæ quantitatis non » debere reuocari.quod etiam epiſtola diui Adriani ſi» gnificatur in perſona fideiuſſoris,qui totum exſoluerat. Quæſitum eſt,an fideiuſſor,qui Capuæ pecuniam ſe daturum,Romæ promiſit:ſi reus promit» tendi Capuæ eſſet,ſtatim conueniri poſſit. Dixi non magis fideiuſſorem confeſtim teneri, quàm ſi ipſe Capuæ ſpopōdiſſet,cum reus adhuc Capuam peruenire non potuiſſet·nec ad rem pertinere,quòd hoc latere nemo dubitet nondum fideiuſſorem teneri,quia nec ipſe reus promittēdi teneretur·Nam ē contrario quoque,ſiquis reſponderit, quoniam debitor Capuæ ſit,fideiuſſorem confeſtim teneri,non habita ratione taciti proprij temporis:hoc euenturum,vt hoc caſu fideiuſſor conueniatur,quo,ſi debitor ipſe Romæ fuiſ» ſet,non cōueniretur.Itaque nobis placet fideiuſſoriã

obligationem conditionem taciti temporis ex vtriuſque perſona recipere, tã rei promittendi, quàm ipſius fideiuſſoris: quoniã aliud reſpõdẽtibus, contra iuris formã in duriorem conditionẽ acceptus intelligetur. SI DEBITORI creditor pro parte hæres extiterit accepto cohærede fideiuſſore: quod ad ipſius quidẽ portionẽ attinet, obligatio ratione cõfuſionis intercidit: aut (quod eſt verius) ſolutionis poteſtate. ſed pro parte cohæredis obligatio ſalua eſt, nõ fideiuſſoria, ſed hæreditaria: quoniã maior tollit minorem. INTER cos fideiuſſores actio diuidenda eſt, qui ſolidum & partes viriles fide ſua eſſe iuſſerũt. Diuerſum erit verbis ita conceptis, Solidum, aut partes viriles fide tua eſſe iubes? Tunc enim ab initio non niſi viriles partes ſingulos debere cõuenit. Fideiuſſor, qui partẽ ſuæ pecuniæ ſuo nomine vel rei promittendi ſoluit: quo minus, reſidui facta diuiſione, portionis iudicium accipiat, recuſare non debet. Eam enim quantitatem inter eos, qui ſoluẽdo ſunt, diuidi conuenit, quam litis conteſtatę tempore ſinguli debent. Sed humanius eſt, ſi non alter ſoluendo ſit litis cõteſtatæ tempore, per exceptionẽ ei, qui ſoluit, ſuccurri. Duo rei promittendi ſeparatim fideiuſſores dederunt. Inuitus creditor inter omnes fideiuſſores actiones diuidere non cogitur, ſed inter eos dũntaxat, qui pro ſingulis interuenerunt. Planè, ſi velit inter omnes actionem ſuam diuidere, non erit prohibendus: non magis quàm ſi duos reos promittendi pro partibus conueniret. Creditor pignus diſtrahere non cogitur, ſi fideiuſſorem ſimpliciter acceptum omiſſo pignore velit conuenire. Cum, inter fideiuſſores actione diuiſa, quidam poſt litem conteſtatam ſoluendo eſſe deſierunt: ea res ad onus

eius,qui ſoluendo eſt, non pertinet. nec auxilio ætatis defendetur actor: non enim deceptus videtur, iure communi vſus. Bonis damnati fideiuſſoris fiſco vendicatis, inter fideiuſſores actio poſtea ſi diuidi cœperit: vt hæredis, ita fiſci rationem haberi oportet.

AMISSI ruina pignoris damnum tam ad fideiuſſoris quàm ad rei promittendi periculum ſpectat. Nec ad rem pertinebit,ſi fideiuſſor ita ſit acceptus, Quanto minus ex pretio pignoris diſtracti ſeruari potuerit: iſtis enim verbis etiam totum conuenit contineri. Inter fideiuſſores actione diuiſa, condemnatus ſi deſierit eſſe ſoluendo: fraus vel ſegnitia tutoribus,qui iudicatum perſequi potuerint, damnum dabit. Quòd,ſi diuiſam actionem inter eos,qui non erant ſoluendo cōſtabit: pupilli nomine reſtitutionis auxilium implorabitur. Fideiuſſores â colonis datos,etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri conuenit: cum ea quoque ſpecies locationis vinculum ad ſe trahat: nec mutat, confeſtim, an interiecto tempore fidem ſuam adſtrinxerint. Plures eiuſdem pecuniæ credendæ mandatores, ſi vnus in iudicio eligatur: abſolutione quoque ſecuta, cæteri nō liberantur: ſed pecunia ſoluta omnes liberantur.

CAPITIS rei poſtulati fideiuſſores, ex contractu, citra vllam præſcriptionem, â creditore, qui reum poſtulauerit, rectè conueniuntur.

SI in pignore cōtrahēdo deceptꝰ ſit creditor, qui fideiuſſorē ꝓ mutuo accepit, aget cōtraria pignoratitia actione. in quā actionē veniet, quod intereſt creditoris. ſed ea actio fideiuſſorē onerare nō poterit. Nō enī pro pignore, ſed ꝓ pecunia mutua fidē ſuā obligauit. PAVL.

SI ITA ſtipulatꝰ à Seio fuero, Quātā pecuniā

Titio,quandocũque credidero, dare ſpõdes? & fideiuſſores accepero:deinde Titio ſępius credidero:nempe Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & per hoc fideiuſſores quoque:& id,quod ex bonis eius ſeruari poteſt,omnibus æquo iure proficere debet.

SI QVIS pro eo qui libertus non eſſet, & operas præſtaturum ſe iuraſſet,fideiuſſerit:nõ tenebitur. Item,ſi filius à patre, vel ſeruus à domino ſtipuletur:nec fideiuſſor acceptus tenetur: quia nõ poteſt » pro eodem eidem eſſe obligatus.Ex diuerſo igitur patre à filio,vel domino à ſeruo ſtipulato, fideiuſſor acceptus tenetur. Si numos alienos quaſi tuos mu » tuo dederis ſine ſtipulatione:nec fideiuſſorem teneri » Pomponius ait.Quid ergo,ſi conſumptis numis na» ſcatur condictio? Fideiuſſorem puto obligatum fore. In omnem enim cauſam acceptus videtur,quæ ex ea numeratione naſci poteſt.Pro furti actione fideiuſſor accipi poteſt.item pro eo,qui in legem Aquiliam cõmiſit.Diuerſa cauſa eſt popularium actionum.

SCAEV. FIDEIVSSOR antè,quâm reus debeat, conueniri non poteſt.

CAIVS SI À COLONO ſtipulatus,fideiuſſorem acceperit,vna ſtipulatio eſt plurium penſionum: & ideò in vniuerſis pẽſionibus fideiuſſor tenetur. Quũ facto ſuo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiuſſoris durat obligatio: veluti ſi moram fecerit in Sticho ſoluendo,& is deceſſerit.

PAVLVS PAVLVS reſpondi fideiuſſorẽ,in quẽ pignora à confideiuſſoribus data tranſlata ſunt,nõ emptoris loco ſubſtitutum videri,ſed eius,qui pignora acceperit:& ideò rationem fructuum & vſurarum haberi oportere.

SCAEV. VBICVNQVE reꝰ ita liberatur à creditore,

» vt natura debitum maneat:teneri fideiuſſorem reſpó-
di. Cum verò genere nouationis obligatio tranſeat,
fideiuſſorem aut iure aut exceptione liberandum.

SI, VT proponitur, cum pecunia mutua dare- tur, ita conuênit, vt in Italia ſolueretur: intelligendũ eſt mandatorem quoque ſimili modo contraxiſſe. PAVL.

SI FIDEIVSSOR creditori denuntiauerit, vt debitorem ad ſoluendam pecuniam compelleret, vel vt pignus diſtraheret: iſque ceſſauerit: an poſſit » eum fideiuſſor doli mali exceptione ſummouere? Re- ſpondi non poſſe. SCAEV.

INTER creditorem & debitorem pactum interceſſerat, vt, ſi c, quæ mutua dederat, vbi pri- mùm petita fuiſſent, non ſoluerentur: ornamenta pi- gnori data, intra certum tempus liceret ei vẽdere: &, ſiquo minoris væniſſent, quàm quod ſortis & vſura- rum nomine deberetur, id creditori redderetur: & fi- deiuſſor acceptus eſt. quæſitum eſt, an fideiuſſor in » vniuerſam obligari ſummam potuerit. Reſpondi ſe- cundum ea, quæ proponerentur, teneri fideiuſſorem » in id, quod minus ex pignoribus vẽditis redactũ eſſet.

FIDEIVSSOR, qui minori XXV annis pe- cuniam obtulit, & in publico loco, metu in integrum reſtitutionis, conſignatam depoſuit, confeſtim expe- riri mandati poterit. HERM.

SICVT reus principalis nõ aliâs, quâm ſi de ſua perſona promittat, obligatur, ita fideiuſſores nõ aliâs tenẽtur, quàm ſi ſe quid daturos vel facturos promit- tant. nam reum principalem daturum aliquid vel fa- cturum fruſtra promittũt: quia factum alienum in- utiliter promittitur.

SI SERVVS alienus pro Titio fideiuſſerit, & ſoluerit: liberatur Titius, ſi dominus mandati contra PAVL.

tum agere inſtituerit. Nam, qui mandati agit, ratam habere ſolutionem videtur.

EXCEPTIONE, quæ tibi prodeſſe debebat vſus, iniuria Iudicis dãnatus es. nihil tibi præſtabitur iure mãdati: quia iniuriã illã, quę tibi facta eſt, penès te manere, quàm ad aliũ trãſferri, æquius eſt: ſcilicet ſi culpa tua iniuſtæ dãnationis cauſam præbuiſti.

FIDEIVSSORES Magiſtratuum in pœnã vel in mulctam, quam non ſpopondiſſent, non debere conueniri Imperator decreuit. Pro Aurelio Romulo cõductore vectigalis in c annua Petroni⁹ Thalus & alij fideiuſſerant. bona Romuli fiſcus occupauerat, vt obligata ſibi, & ſtatim cõueniebat fideiuſſores tam in ſortẽ quàm in vſuras. qui deprecabãtur. Lecta ſubſcriptione fideiuſſionis: quoniã in ſola c annua ſe obligauerãt, non in omnẽ conductionẽ: decreuit Imperator fideiuſſores in vſuras non teneri: ſed, quicquid ex bonis fuiſſet redactũ, prius in vſuras cedere: reliquum in ſortem: & ita in id, quod defuiſſet, fideiuſſores cõueniendos, exemplo pignorum à creditore diſtractorũ. Non poſſunt cõueniri fideiuſſores liberato reo tranſactione.

TRYP. TVTOR datus eius filio, cui ex fideiuſſoria cauſa obligatus erat, à ſemetipſo exigere debet: &, quanuis tempore liberatus erit, tamẽ tutelæ iudicio eo nomine tenebitur. item hæres eius; quia cũ eo ob tutelam, nõ ex fideiuſſione agitur. Et, quanuis nõ vt fideiuſſor, ſed quaſi tutor ſoluerit: etiã, ſi tempore liberatus eſt, mãdati actionẽ eũ habere aduerſus reũ promittẽdí dixi. Inhæret enim in vtraque cauſa adhuc illius debiti perſecutio. Nã eius ſolutione liberabit reũ promittẽdí ab obligatione, in quã pro eo fideiuſſerat. & nõ titulus actionis, ſed debiti cauſa inſpiciẽda eſt.

Licet enim is tutor,qui fideiuſſor apud pupillū pro reo obligatus eſt,ſoluerit ſe authore pupillo,quia reo promittendi liberato, & ipſe tutor idémque fideiuſſor liberabitur:quod ſua authoritate efficere non poteſt:tamen,ſi non pro ſe ſoluendi animo,ſed pro Titio fecit,vt maximè eum liberet,cum eo mandati actionem habebit.

SI A REO ſub conditione fuero ſtipulatus, potero fideiuſſorem & in hanc & an aliam conditionē obligare,ſi modo eas coniungā·niſi enim vtraque extiterit,nō tenebitur:cū reus ex vna tantū conditione teneatur.Quòd,ſi eas diſiungam,durior fit cōditio fideiuſſoris:nec ob id obligabitur.quippe ſiue cōmunis vtriuſque cōditio extiterit,ſiue alterutra,videatur apprehendi:cū reus nō aliter teneatur,quàm ſi cōmunis extiterit.Aut igitur nullo modo tenebitur fideiuſſor,aut(quod magis eſt)ita tenebitur,ſi prius extiterit communis. Sub diuerſis quoque conditionibus ſi fuerint interrogati,intereſt,vtra earū prior extiterit.ſi reo iniuncta, tenebitur etiam fideiuſſor,cum conditio eius extiterit,tanquā ſi ſtatim ab initio reus purè,fideiuſſor ſub cōditione acceptus eſſet.Ex diuerſo autem,ſi fideiuſſoris conditio prior extiterit, non tenetur, perinde ác,ſi ſtatim ab initio purè acceptus eſſet,reo ſub conditione obligato. Si reo in fundum obligato, fideiuſſor in vſumfructum accipiatur: quæſitum eſt vtrum obligetur fideiuſſor quaſi in minus, an non obligetur, quaſi in aliud. Nobis in eo videtur dubitatio eſſe, an vſuſfructus pars rei ſit, an proprium quiddam. Sed,cum vſuſfructus fundi ius ſit,inciuile eſt fideiuſſorem ex ſua promiſſione nō teneri. Adeò à ſeruo poteſt fideiuſſor accipi,vt ipſe quoque domin9 in id,quod ſibi debetur,

CAIVS

fideiuſſorem ab eo rectè accipiat, quem fideiuſſorem etiam ab eo ipſo ſeruo interrogari nihil impedit. Si à » furioſo ſtipulatus fueris, non poſſe te fideiuſſorem ac» cipere certum eſt: quia non ſolum ipſa ſtipulatio nul» la interceſſiſſe, ſed nec negotium quidem vllum geſtũ intelligitur. Quòd, ſi pro reo furioſo iure obligato fi» deiuſſorem accepero, tenetur fideiuſſor. Illud, » quod vulgò dictum eſt, Maleficiorum fideiuſſorem » accipi non poſſe. non ſic intelligi debet, vt in pœnam » furti is, cui furtum factum eſt, fideiuſſorem accipere » non poſſit: nam pœnas ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet, ſed ita potius, vt, qui cum alio, cũ quo furtũ admiſit, in partẽ quam ex furto ſibi reſtitui deſiderat, fideiuſſorem obligare nõ poſſit: & qui alieno hortatu ad furtum faciendum profectus eſt, ne in furti pœnam ab eo, qui hortatus eſt, fideiuſſorem accipere poſſit. In quibus caſibus illa ratio impedit fideiuſſo» rem obligari, quia ſcilicet nulla ratione adhibetur » fideiuſſor, cum flagitioſæ rei ſocietas coita nullam vim habeat.

PAVL.» VRANIVS Antoninus pro I. Pollione & I. Ruffo pecuniam mutuam accipientibus ita, vt duo rei inſolidum eiuſdem debiti fierent, apud Aur. Palmam mandator extitit: & I. bona ad fiſcum deuenerunt: ſimiliter & creditori fiſcus ſucceſſerat. Mandator allegabat ſe liberatum iure confuſionis, quia fiſcus tam creditori quàm debitori ſucceſſerat. Et quidem, ſi vnus debitor fuiſſet, non dubitabã, ſicut fideiuſſorem, ita & mandatorẽ liberatum eſſe. Quamuis enim iudicio cõuẽto principali debitore, mãdator nõ liberatur: tamẽ, vbi ſucceſſit creditor debitori, veluti ſolutionis iure ſublata obligatione, etiã mãdator libe» ratur, vel quia nõ poteſt pro eodem apud eundẽ quis

mandator eſſe. Sed,cum duo rei promittẽdi ſunt, & alteri extiterit hęres creditor:iuſta dubitatio eſt,vtrũ alter quoque liberatus eſt, acſi fuiſſet ſoluta pecunia: an perſona tantum exempta ſit confuſa obligatione. Et puto aditione hęreditatis,confuſione obligationis eximi perſonam:ſed & acceſſores ex eius perſona liberari,propter illam rationem,quia nõ poſſunt pro » eodem apud eundem obligati eſſe:vt,quemadmodũ incipere aliâs non poſſunt,ita nec remaneãt. Igitur alterum reum eiuſdem pecuniæ non liberari,& per hoc nec fideiuſſorem vel mandatorẽ eius.Planè,quia is mandati iudicio eligere poteſt vel creditorem, cõpetituram ei exceptionem doli mali, ſi cœperit conueniri.cum altero autem reo vel inſolidũ,ſi non fuerit ſocietas:vel in partem,ſi ſocij fuerint,poſſe creditorem agere. Quòd,ſi creditor fideiuſſori hæres fuerit,vel fideiuſſor creditori:puto conueniens eſſe confuſione obligationis non liberari reum. Si ponamus vnum ex reis promittendi pactum eſſe,ne â ſe » peteretur,deinde mandatorem ſoluiſſe:mandati iudicio conuenire poterit etiam eum,cum quo pactus » eſt. Non enim pactum creditoris tollit alienam actionem. Placet mandatorem teneri etiam,ſi fœnerator hic & alij creditori mandet pecuniam credere.

SI FIDEIVSSORI ſub conditione obligato,Si nauis ex Aſia venerit, (quẽ ſub hoc modo accepi, vt vſque ad tempus vitæ ſuæ dũtaxat obliga» retur)pendente conditione acceptolatum fuerit, & is fideiuſſor adhuc pendente conditione mortuꝰ fuerit,confeſtim â reo petere poſſum:quia exiſtens conditio neque obligationem in perſonam iam mortui » efficere,neque acceptilationem confirmare poſſit. CAIVS

CVM PROCVRATOR in rẽ agebat, cau- PAVL.

tionem dederat ratam rem dominum habiturũ·poſt ea victo eo reuerſus dominus iterum de eadem re agebat: &,cũ reus haberet poſſeſſionem, noluit eam reſtituere: & ideò magno condemnatus eſt. In amplius fideiuſſores non tenentur·hoc enim non debet imputari fideiuſſoribus, quod ille propter ſuam pœnam præſtiterit.

DE NOVATIONIBVS ET DELEGATIONIBVS.

VLP. » NOVATIO EST prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem tranſfuſio atque tranſlatio. hoc eſt, cũ ex præcedenti cauſa ita noua cõſtituitur, vt prior perimatur·Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione. Illud non intereſt, qualis præceſſit obligatio; vtrum naturalis, an ciuilis, an honoraria: & vtrũ verbis, an re, an conſenſu. Qualiſcũque igitur obligatio ſit, quæ præceſſit, nouari verbis poteſt: dummodo ſequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter, vtputa, ſi pupill⁹ ſine tutoris authoritate promiſerit.

OMNES res tranſire in nouationem poſſunt· Quodcunque enim, ſiue verbis contractum eſt, ſiue nõ verbis: nouari poteſt, & trãſire in verborũ obligationẽ ex quacunq; obligatione. dũmodo ſciamus nouationẽ ita demũ fieri, ſi hoc agatur, vt nouetur obligatio. ſi verò hoc nõ agatur, duæ erũt obligationes.

POMP. » CVI BONIS interdictum eſt, nouare obligationem ſuam non poteſt, niſi meliorem cõditionem ſuam fecerit.

VLP. SI VSVSFRVCTVS debitorem meum de-

» legauero tibi, non nouatur obligatio mea: quãuis exceptione doli mali vel in factum tut⁹ debeat eſſe aduerſus me is, qui delegatus fuerit. & nõ ſolùm, donec manet eius vſuſfructus, cui delegaui, ſed etiam poſt interitum eius, dabimus: quia etiam hoc incommodum ſentit, ſi poſt mortem meam maneat eius vſuſfructus. Et hæc eadem dicenda ſunt in qualibet obligatione perſonæ cohærenti.

IN DIEM obligatio poteſt nouari etiam pri⁹, quàm dies aduenerit. Et generaliter cõſtat ex ſtipulatione in diẽ facta nouationẽ cõtingere: ſed nõ ſtatim ex ea ſtipulatione agi poſſe antè, quàm dies venerit.

SI ITA fuero ſtipulatus, Quanto minus à Titio debitore exegiſſem, tantũ fideiubes? non fit noua- » tio: quia non hoc agitur, vt nouetur. Cum pecuniam mutuã dederit quis ſine ſtipulatione, & ex continenti fecit ſtipulationem: vnus cõtractus eſt. Idem erit dicendum &, ſi antè ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit.

CVM ENIM pecuniam mutuam datam ſtipulamur, non puto obligationem ex numeratione naſci, & deinde eam per ſtipulationem nouari: quia id agitur, vt ſola ſtipulatio teneat: & magis implẽdæ ſtipulationis gratia numeratio intelligenda eſt fieri. POMP.

SI STICHVM dari ſtipulatus fuero, & cum in mora promiſſor eſſet quo minus daret, rurſus eũdẽ ſtipulatus fuero: deſinit periculũ ad promiſſorem pertinere, quaſi mora purgata. Legata vel fideicõmiſſa ſi in ſtipulationẽ fuerint deducta, & hoc eſt actum, vt nouaretur: fiet nouatio. ſi purè quidẽ vel in diem fuerint legata, ſtatim: ſi verò ſub cõditione, nõ ſtatim nouatio eſt, ſed vbi conditio extiterit. Nam & aliàs, qui in diẽ ſtipulatur, ſtatim nouat, ſi hoc actũ VLP.

eſt:cum certum ſit diem quandoque venturum. At, qui ſub conditione ſtipulatur:non ſtatim nouat,niſi cõditio extiterit. Siquis ita ſtipulatus à Seio ſit, Quod à Titio ſtipulatus fuero, dare ſpondes? an,ſi poſtea à Titio ſtipulat⁹ ſit,fiat nouatio, ſolúſque teneatur Seius?Et ait Celſus nouationem fieri,ſi modo id actum ſit,vt nouetur, id eſt,vt Seius debeat,quod Titius promiſit. Nã eodem tempore & impleri prioris ſtipulationis cõditionem, & nouari ait.eóque iure vtimur. Idem Celſus ait,Iudicatum ſolui ſtipulatione,actionẽ iudicati non nouari:meritó quia hoc ſolûm agitur ea ſtipulatione,vt & fideiuſſoribus cautum ſit,nõ vt ab obligatione iudicati diſcedatur. Si x,quæ mihi Titius debeat,aut x,quæ Seius mihi debet,à Titio ſtipulatus fuero: putat Marcell⁹ neutrum liberari, ſed Titium eligere poſſe,pro quo x ſoluere velit.Si ab alio promiſſam ſibi dotem, maritus ab vxore dotis nomine ſtipulatus ſit:nõ duplari dotem,ſed nouationem fieri placet,ſi hoc actũ eſt. Quid enim intereſt,ipſa, an ali⁹ quilibet promittat? Quod enim ego debeo,ſi ali⁹ promittat,liberare me poteſt,ſi nouationis cauſa hoc fiat.ſi autem non nouandi animo hoc interuenit, vterque quidem tenetur:ſed ſoluente altero,alter liberabitur.Non tamen ſiquis ſtipuletur ſibi,quod mihi debetur,aufert mihi actionẽ:niſi ex voluntate mea ſtipuletur. liberat autem me is,qui,quod debeo,promittit,etiam ſi nolim.

SI PVPILLVS ſine tutoris authoritate rem ſaluam fore ſtipulatus,pubes fact⁹ ratam ſtipulationem habuerit nouandi cauſa:tollitur tutelæ actio.Si verò non habuerit ratam: licet tutelæ egiſſet, habet tamẽ adhuc ex ſtipulatu actionem: ſed Iudex tutelæ non aliter condemnare debet,quâm ſi ex ſtipula

tione liberatio fieret. Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnimodo extitura eſt, purè videtur ſtipulari. Qui actum ſtipulatur, deinde iter: nihil agit. Item, qui vſumfructũ ſtipulatur, ſi vſum ſtipuletur, nihil agit. Sed, ſiquis iter ſtipulat⁹, actum poſtea ſtipuletur: aliud magis ſtipulatur. Aliud enim eſt iter, aliud actus.

CVI RECTE ſoluitur, is etiã nouare poteſt. excepto eo ſi mihi aut Titio ſtipulatus ſim. Nam Titius nouare non poteſt, licet ei rectè ſoluatur. PAVL.

» DELEGARE, eſt vice ſua alium dare reũ cre- VLP.
» ditori, vel cui creditor iuſſerit. Fit autẽ delegatio vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem.

SI QVIS delegauerit debitorem, qui doli mali exceptione tueri ſe poſſe ſciebat, ſimilis videtur ei, qui donat: quoniã remittere exceptionẽ videtur. Sed, ſi per ignorantiam repromiſerit creditori, nulla quidem exceptione aduerſus creditorẽ vti poterit, quia ille ſuũ receperit: ſed is, qui delegauit, tenetur condictione vel incerti, ſi non pecunia ſoluta eſſet: vel certi, ſi ſoluta eſſet. & ideò, cum ipſe præſtiterit pecuniã, aget mandati iudicio. PAVL.

SI NON debitorem delegauero quaſi debitorẽ creditori meo, exceptio locum nõ habebit: ſed condictio aduerſus eum, qui delegauit, competet. VLP.

QVOTIES quod purê debetur, nouandi cauſa ſub cõditione promittitur, non ſtatim fit nouatio, ſed tunc demũ, cum conditio extiterit. & ideô, ſi forte Stichus fuerit in obligatione, & pendente cõditione deceſſerit: nec nouatio continget: quia non ſupereſt res eo tẽpore, quo conditio impletur. Vnde Mar-
» cellus, & ſi poſt moram Stichus in cõditionalẽ obligationẽ deductus eſt, purgari moram, nec in ſequen-

tem obligationẽ deduci putat. Sed,ſi id,quod ſub cõditione debetur, pure quis nouandi cauſa ſtipuletur: » ne nunc quidem ſtatim nouat, licet pura ſtipulatio » aliquid egiſſe videatur: ſed tunc nouabitur, cum con» ditio extiterit. Etenim exiſtens cõditio primã ſtipula» tionem cõmittit, cõmiſſámque in ſecũdã trãſfert. Et ideò, ſi forte perſona promiſſoris pendente cõditione » fuerit deportata, Marcellus ſcribit, ne quidẽ exiſtẽte » cõditione vllam cõtingere nouationem: quoniã nunc, cũ extiterit conditio, non eſt perſona, quæ obligetur.

IVL. SI CREDITOR pœnam ſtipulatus fuerit, ſi ad diem pecunia ſoluta non fuerit, nouatione facta non committetur ſtipulatio.

FLOR. SERVVS ne peculiarem quidem obligationẽ citra voluntatem domini nouare poteſt: ſed adijcit potius obligationem, quàm priſtinam nouet. & hoc verum eſt.

VLP. » DELEGARE ſcriptura vel nutu, vbi fari nõ poteſt, debitorem ſuum quis poteſt.

PAVL. NOVATIONE legitime facta, & hypothecæ liberantur, & pignus & vſuræ non currunt.

DOLI MALI exceptio, quæ poterat delegantí opponi, ceſſat in perſona creditoris, cui quis delegatus eſt. Idẽmque eſt & in cæteris ſimilibus exceptionibus: imò & in ea, quæ ex Senatuſcõſulto filiofam. datur. Nam aduerſus creditorem, cui delegat⁹ eſt ab eo, qui pecuniam mutuam contra Senatuſconſultum dederat, non vtetur exceptione: quia nihil in ea promiſſione contra S. C. factum eſt: ideóque, quod ſoluerit, repetere non poteſt. tanto magis fit, quod nec hic ſolutũ repetere poteſt. Diuerſum eſt in muliere, quæ contra Senatuſconſultum promiſit. nam & in ſecunda promiſſione interceſſio eſt. Idẽmque eſt in mi-

nore, qui circumſcriptus delegatur: quia ſi nunc etiam minor eſt, rurſus circunuenitur. Diuerſum eſt, ſi iam exceſſit ętatem XXV annorum: quanuis adhuc poſſit reſtitui aduerſus priorem creditorem. Ideò autem denegantur exceptiones aduerſus ſecundum creditorem, quia in priuatis contractibus & pactionibus non facilè ſcire petitor poteſt, quid inter eum, qui delegat⁹ eſt, & debitorem, actum eſt: aut etiam, ſi ſciat, diſſimulare debet, ne curioſus videatur: & ideò merito deneganda eſt aduerſus eum exceptio ex perſona debitoris.

NOVARE poſſumus aut ipſi, ſi noſtri iuris ſumus: aut per alios, qui voluntate noſtra ſtipulantur. » Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt nouare. tutor poteſt, ſi hoc pupillo expediat. itẽ procurator omnium bonorum.

SI DEBITOREM meum iuſſero tibi ſoluere, non ſtatim tu etiam ſtipulando id nouare poſſis, quanuis debitor ſoluendo tibi liberaretur.

SI QVIS abſente me à debitore meo ſtipulatus eſt nouandi animo, & ego poſtea ratum habuero, nouo obligationem. PAVL.

FILIVS patris actionem ignorante eo nouare non poteſt. POMP.

NOVATIO autem non poteſt contingere ex ea ſtipulatione, quæ non committitur. Nec huic contrarium eſt, quòd, ſi ſtipulatus à Titio fuero nouandi animo, quod ſub cõditione mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius deceſſerit: quanuis ante aditam hæreditatem conditio extiterit, nouatio fiat. hic enim morte promiſſoris non extinguitur ſtipulatio: ſed trãſit ad hæredem illius, cuius perſonam interim hæreditas ſuſtinet.

CELS. NON IDEO nouare veterē obligationē quiſquam rectè poteſt, quòd interdum ei rectè ſoluitur. Nam & ijs, qui in noſtra poteſtate ſunt, quod ab his creditum eſt, rectè interdū ſoluitur: cum nemo eorum per ſe nouare priorem obligationem iure poſſit.

SI IS, cui X Titius, X V Seius debebat, à Titio ſtipulat9 eſt, quod ille aut ille debeat, dari ſibi: nouatum vtrunque non eſt: ſed in poteſtate Titij eſt, pro quo velit ſoluere, & eum liberare. Fingamus autē ita eſſe actum, vt alterutrum daret. Nam alioqui, vtrunque ſtipulatus videtur, & vtrunque nouatum, ſi nouandi animo hoc fiat.

PAVL. EMPTOR quum delegāte venditore pecuniā ita promittit, Quicquid ex vēdito dare facere oportet. nouatione ſecuta vſuras neutri pòſt inſecuti tēporis debet.

FVNDVM Cornelianū ſtipulatus, quanti fundus eſt, poſtea ſtipulor. Si non nouandi animo ſecūda ſtipulatio facta eſt, ceſſat nouatio: ſecūda verò ſtipulatio tenet: ex qua non fundus, ſed pecunia debetur. Itaque, ſi reus promittēdi fundum ſoluat, ſecunda ſtipulatio iure non tollitur, nec ſi litem actor ex prima cōteſtetur. Denique, meliore vel deteriore facto ſine culpa debitoris poſtea fundo, præſens æſtimatio fundo petito rectè conſyderatur: in altera verò ea æſtimatio venit, quæ ſecūdæ ſtipulationis tempore fuit.

ALIAM cauſam eſſe nouationis voluntariæ, aliam iudicij accepti, multa exempla oſtēdunt. Perit enim priuilegium dotis & tutelæ, ſi poſt diuortium dos in ſtipulationem deducatur, vel poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, ſi id ſpecialiter actum eſt: quod nemo dixerit lite cōteſtata. Neque enim dete-

riorem cauſam noſtram facimus actionem exercen-
» tes, ſed meliorẽ: vt aſſolet dici in his actionibus, quæ tempore vel morte finiri poſſunt.

PAVLVS RESPONDI, ſi creditor à Sempronio nouandi animo ſtipulatus eſſet ita, vt à prima obligatione in vniuerſum diſcederetur: rurſus eaſdem res à poſteriore debitore ſine conſenſu prioris obligari non poſſe.

SI REM aliquam dari ſtipulatus ſim, deinde eandem nouandi animo ſub conditione ab eodem VEN.
» ſtipuler: manere oportet rẽ in rebus humanis, vt nouatiõi locus ſit: niſi per promiſſorem ſteterit, quo minus daret. Ideóque, ſi hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris, quo minus dares, etiam defuncto eo teneris. &, ſi prius, quàm decederet, cum iam mora facta ſit, eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & ſeruus poſtea deceſſerit, deinde conditio extiterit, cum iam ex ſtipulatu obligatus es mihi: nouatio quoque fiet. Si duo rei ſtipulandi ſunt: an alter ius nouandi habeat, quæritur? & quid quiſq; iuris ſibi acquiſierit? Ferè autem conuenit, & vni recté ſolui, & vnum in iudicio petẽtem, totam rem in
» litem deducere. Item vnus acceptilatione perimit vtriuſque obligationẽ. Ex quibus colligitur vnunquẽque perinde ſibi acquiſiſſe, ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet: excepto eo, quòd etiam facto eius, cum quo commune ſtipulandi ius eſt, amittere debitorem poteſt. Secũdũ quod, ſi vnus ab aliquo ſtipuletur: nouatiõe quoque liberare eum ab altero poterit, cũ id ſpecialiter agit. eò magis, cum eam ſtipulationem ſimilem eſſe ſolutioni exiſtimemus. Alioqui quid dicemus, ſi vnus delegauerit creditori ſuo communem debitor, iſque ab eo ſtipulatus fuerit? aut mulier fundũ iuſſerit do-

ti promittere viro, vel nuptura ipſa doti eum promiſerit? nam debitor ab vtroque liberabitur.

PAVL. A TE hominem, & à Seio mihi x dari oportere ſtipulor. ab altero nouandi cauſa, ita, Quod te aut Seium dare oportet. Vtrunque nouatur. Paulus. Meritò: quia vtrunque in poſteriorem deducitur ſtipulationem.

TRY. SI TITIVS donare mihi volens, delegatus à me creditori meo ſtipulanti ſpoponderit, non habebit aduerſus eum illam exceptionem, vt, quatenus facere poteſt, cõdemnetur: nam aduerſus me tali defenſione meritò vtebatur, quia donatũ ab eo petebam: creditor autem debitum perſequitur.

CAIVS DVBITARI nõ oportet, quin filius ſeruúſve, quibus adminiſtratio peculij permiſſa eſt, nouandi quoque peculiaria debita ius habeant: vtique, ſi ipſi ſtipulentur: maximè ſi etiam meliorem ſuam conditionem eo modo faciant. Nam ſi alium iubeãt ſtipulari: intereſt, vtrum donandi animo alium iubeãt ſtipulari, an vt ipſi filio ſeruóve negotia gerant: quo nomine etiam mandati actio de peculio acquiritur. Agnatum furioſi, aut prodigi curatorem nouandi ius habere, minime dubitandũ eſt, ſi hoc furioſo vel prodigo expediat. In ſumma admonendi ſumus nihil vetare vna ſtipulatione plures obligationes nouari: veluti ſi ita ſtipulemur, Quòd Titium & Seium mihi dare oportet, id dare ſpondes? Licet enim ex diuerſis cauſis ſinguli fuerant obligati, vtrique tamẽ nouationis iure liberantur: cum vtriuſque obligatio in huius perſonam, à qua nunc ſtipulemur, cõfluat.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS.

QVOTIES quis debitor ex pluribus caufis vnum debitũ ſoluit, in arbitrio ſoluentis eſt dicere,quod potius debitum voluerit ſolutum. &,quod dixerit,id erit ſolutũ· poſſumus enim certam legem dicere ei,quod ſoluim⁹. Quoties verò nõ dicimus id,quod ſolutum ſit,in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id conſtituat ſolutũ,in quod ipſe,ſi deberet, eſſet ſoluturus,quóq; debito ſe exoneraturus eſſet,ſi deberet:id eſt in id debitum,quod non eſt in cõtrouerſia: aut in illud,in quod quis pro alio fideiuſſerat: aut cuius dies nondum venerat·Æquiſſimum enim viſum eſt, creditorem ita agere rẽ debitoris, vt ſuam ageret.Permittitur ergo creditori cõſtituere,in quod ſolutum velit:dummodo ſic conſtituat, vt in re ſua cõſtitueret.Sed cõſtituere in re præſenti,hoc eſt ſtatim, atque ſolutum eſt,debet. VLP.

2 CVM in re agenda hoc fiat,vt vel creditori liberum ſit nõ accipere:vel debitori non dare,ſi alio nomine exſolutum quis eorum velit. FLOR.

3 CAETERVM poſtea nõ permittitur. Hæc res efficit,vt in duriorẽ cauſam ſemper videatur ſibi debere accepto ferre·Ita enim & in ſuo conſtitueret nomine.Quod ſi fortè à neutro dictum ſit:in ijs quidẽ nominibus,quę diem vel conditionem habuerint,id videtur ſolutum,cuius dies venit. VLP.

4 ET magis,quod meo nomine,quàm quod pro alio fideiuſſorio nomine debeo.& potius,quod cum pœna,quàm quod ſine pœna debetur.&poti⁹,quod ſatiſdato quàm quod ſine ſatiſdatione debeo. POMP.

VLP. § IN IIS verò, quæ præſenti die debentur, conſtat etiã, quoties indiſtinctè quid ſoluitur, in grauiorem cauſam videri ſolutum. Si autem nulla prægrauet, id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint: in antiquiorem cauſam. Grauior autem videtur, quæ ſub ſatiſdatione debetur, quàm ea, quæ pura eſt. Si duos quis dedit fideiuſſores, poteſt ita ſoluere, vt vnum liberet. Imperator Antoninus cũ diuo fratre ſuo reſcripſit, cum diſtractis pignoribus creditor pecuniam redegit: ſi ſint vſuræ debitæ, & aliæ indebitæ: quod ſoluitur in vſuras, ad vtranque cauſam vſurarum, tam debitarum quàm indebitarum pertinere: puta cum quædam earum ex ſtipulatione, quædam ex pacto naturaliter debeantur. Si verò ſumma vſurarum debitarum & indebitarum non eadem ſit: æqualiter ad vtrãque cauſam proficit, quod ſolutũ eſt, nõ pro rata: vt verba reſcripti oſtẽdunt. Sed, ſi forte vſurę nõ ſint debitę, & quis ſimpliciter ſoluerit, quas omnino nõ erat ſtipulat⁹, Imperator Antoninus cũ diuo fratre ſuo reſcripſit, vt in ſortem cedant. Eidẽ autem reſcripto ita ſubijcitur, Quod generaliter conſtitutum eſt, Prius in vſuras numum ſolutum accepto ferendum. ad eas vſuras videtur pertinere, quas debitor exoluere cogitur. Et, ſicut ex pacti conuentione datæ, repeti non poſſunt: ita proprio titulo non numeratæ, pro ſolutis, ex arbitrio percipientis non habebuntur. Apud Marcellũ lib. xx Digeſt. quæritur, ſi quis ita cauerit debitori, in ſortem & in vſuras eius ſe accipere: vtrum pro rata & ſorti & vſuris decedat: an verò prius ĩ vſuras, &, ſiquid ſupereſt, in ſortem. Sed ego non dubito quin hæc cautio in ſortẽ & in vſuras admittatur, ſed prius in vſuras, & tũc deinde, ſiquid ſuperfuerit, in ſortem cedat.

NEC enim ordo ſcripturæ ſpectatur: ſed potius ex iure ſumitur id, quod agi videtur. PAVL.

¶ SI QVID ex famoſa cauſa & nõ famoſa debeatur, id ſolutũ videtur, quod ex famoſa cauſa debetur. Proinde, ſi quid ex cauſa iudicati & nõ iudicati debeatur: id putẽ ſolutũ, quod ex cauſa debetur iudicati. » & ita Põponius probat. Ergo ſi ex cauſa, quæ inficiatione creſcit, vel pœnali debetur, dicẽdum eſt id ſolutum videri, quod pœnæ habet liberationem. VLP.

» ¶ ILLVD non ineleganter ſcriptum eſſe Pomponius ait, ſi par & dierum & cõtractuum cauſa ſit, ex omnibus ſummis pro portione videri ſolutũ. PAVL.

¶ SI ſtipulatus ſum mihi aut Sticho ſeruo Sẽpronij ſolui, Sẽpronio ſolui non poteſt, quanuis domin⁹ ſerui ſit. Qui x debet, partem ſoluendo, in partem obligationis liberatur: & reliqua v ſola in obligatione remanent. Item, qui Stichum debet, parte Stichi data, in reliquam partem tenetur. Qui autem » hominem debet, partem Stichi dando, nihilominus » hominem debere non deſinit: denique homo adhuc ab eo peti poteſt. Sed, ſi debitor reliquã partẽ Stichi ſoluerit, vel per actorem ſteterit, quo minus accipiat, liberabitur. VLP.

¶ QVOD ſtipulatus ita ſum, Mihi aut Titio? Titius nec petere, nec nouare, nec acceptum facere poteſt. tantûmque ei ſolui poteſt. PAVL.

¶ SI STIPVLATVS fuero Mihi aut pupillo dari: promiſſor ſine tutoris authoritate ſoluendo pupillo, liberatur à me. POMP.

¶ VERO procuratori rectè ſoluitur. Verum autẽ accipere debemus eum, cui mandatum eſt vel ſpecialiter, vel cui omnium negotiorum adminiſtratio mãdata eſt. Interdum tamen & non procuratori rectè VLP.

» ſoluitur: vtputa ei, cuius ſtipulationi nomen inſertũ eſt, veluti ſi quis ſtipuletur ſibi aut Titio. Sed & ſi quis mãdauerit, vt Titio ſoluam, deinde vetuerit eum accipere: ſi ignorãs prohibitum eum accipere, ſoluam, liberor. ſed, ſi ſciero, non liberor. Alia cauſa eſt, ſi mihi proponas ſtipulatum aliquem ſibi aut Titio: hic enim, & ſi prohibeat me Titio ſoluere, ſoluendo tamen liberabor: quia certam conditionẽ habuit ſtipulatio, quam mutare non potuit ſtipulator. Sed, & ſi non vero procuratori ſoluã, ratũ tamẽ dominus habeat, quod ſolutum eſt, liberatio contingit. » Rati enim habitio mandato comparatur.

IVL. 12 RATVM autem habere dominus debet mox, cum primum certior factus eſt. ſed hoc cum quodã ſpatio temporis accipi debet: ſicut in legato, cum de repellẽdo quæritur, ſpatium quoddam temporis aſſumitur, nec minimum, nec maximũ, & quod magis intellectu percipi, quàm locutiõe exprimi poſſit.

VLP. 13 QVOD, ſi forte quis ita ſoluat, vt, niſi ratum habeatur, condicat: ſi dominus ſolutionem ratam non habuerit, condictio ei, qui ſoluit, competit. Sũt » quidam tutores, qui honorarij appellantur. ſunt, qui rei notitiæ gratia dãtur. ſunt, qui ad hoc dãtur, vt gerant, & hoc vel pater adijcit, vt vnus puta gerat, vel volũtate tutorum vni committitur geſtus, vel Prætor ita decernit. Dico igitur, cuicũque ex tutoribus fuerit ſolutum, etſi honorarijs, (nam & ad hos periculũ pertinet) rectẽ ſolui: niſi interdicta eis fuerit à Prætore adminiſtratio. Nã, ſi interdicta eſt, non recte ſoluitur. Idẽ dico, & ſi ſciens quis ſuſpectis poſtulatis ſoluat. Nam his interim videtur interdicta adminiſtratio. Quòd, ſi iam remoto ſoluerit, ei, qui tutor eſſe deſierat, non liberabitur. Quid ergo, ſi ſoluit ei, in cuius

locum curator erat conſtituẽdus? vtputa relegato in perpetuum vel ad tempus. Dico, ſi antè ſoluit, quàm ſubſtitueretur curator, oportere liberari. Sed, & ſi ab-
» futuro cauſa reip. ſoluerit, rectè ſoluit. Quinimmò &
» ſi abſenti ſoluit, ſi modo non eſt alius in locum eius ſubſtitutus. Siue autem legitimi ſint, ſiue teſtamẽtarij, ſiue ex inquiſitiõe dati, rectè omnibus vel vni ſoluitur. Ei, qui notitię gratia datꝰ eſt, an rectè ſoluatur, videndum eſt: quia ad inſtruendos cõtutores datur. Sed, cum tutor ſit: niſi prohibitum fuerit ei ſolui, pu-
» to liberationem contingere. Curatori quoque furioſi
» rectè ſoluitur. itẽ curatori non ſufficientis ſibi vel per ætatem, vel per aliam iuſtam cauſam. ſed & pupilli
» curatori rectè ſolui conſtat. Pupillum ſine tutoris au-
» thoritate nec ſoluere poſſe palàm eſt. ſed, & ſi dede-
» rit numos, non ſtatim fient accipientis: vendicaríque poterunt. Planè, ſi fuerint conſumpti numi, ſtatim liberabitur.

¶ PVPILLO ſolui ſine tutoris authoritate non poteſt. Sed nec delegare poteſt: quia nec alienare vllam rem poteſt. Si tamen ſoluerit ei debitor, & numi ſalui ſint: petentem pupillũ doli mali exceptione debitor ſummouebit. PAVL.

¶ SVB conditione debitor, ſi ei accepto feratur, poſtea conditione exiſtente intelligitur iam olim li- POMP.
» beratus. & hoc etiã ſi ſolutio re fiat, accidere Ariſto
» dicebat. Scripſit enim, ſi quis ſub cõditione pecuniã promiſit, dedítque eam ea conditione, vt, ſi conditio extitiſſet, in ſolutũ cederet: exiſtẽte cõditione liberari eũ, nec obſtare ei, quòd ante eiꝰ pecunia facta eſt.
» ¶ CASSIVS AIT, ſi pecuniã alicui dedi, vt eã creditori meo ſolueret: ſi ſuo nomine dederit, neutrũ liberari me, quia non eo nomine data ſit illum,

quia alienam dederit. cæterum mandati eum teneri. ſed, ſi creditor eos numos ſine dolo malo conſumpſiſſet: is, qui ſuo nomine eos ſoluiſſet, liberatur: ne, ſi aliter obſeruaretur, creditor in lucro verſaretur.

VLP. 18 SI QVIS ſeruo pecunijs exigendis prępoſito ſoluiſſet poſt manumiſſionem: ſi quidem ex contra» ctu domini, ſufficiet, quòd ignorauerit manumiſſum. quòd, ſi ex cauſa peculiari, quamuis ſcierit manumiſſum, ſi tamẽ ignorauerit ademptum ſibi peculium, » liberatus erit. Vtroque autem caſu manumiſſus, ſi in» teruertendi cauſa id fecerit, furtum domino facit. Nam, & ſi debitori meo mandauero, vt Titio pecuniam ſolueret: deinde Titium vetuero accipere: idq; ignorãs debitor, Titio ſimulanti ſe procuratorem eſ» ſe, ſoluerit: & debitor liberabitur, & Titius furti a» ctione tenebitur.

POMP. 19 FVGITIVVS ſeruus meus, cum pro libero ſe gereret, numos mihi ſurreptos, tibi credidit. Obli» gari te mihi Labeo ait. Sed, ſi eum liberũ exiſtimans, » ſolueris ei: liberari te à me. Sed, ſi alij ſoluiſſes iuſſu e» ius, vel id ratum habuiſſet, non liberari: quia in priori caſu mei numi facti eſſent, & quaſi mihi ſolutum intelligeretur. Et ideò ſeruus me⁹ quod peculiari nomine crediderit, exigendo, liberabit debitorem. delegando autem vel nouando non idem conſequetur.

20 SI REM meam quæ pignoris nomine alij obligata eſſet, tibi debitam ſoluam, nõ liberor: quia auocari tibi res poſſit ab eo qui pignori accepiſſet.

PAVL. SI X ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio, quanto minus ab illo conſecutus ſis: etiam ſi X petieris à Titio, non tamen abſoluitur Seius. Quid enim, ſi cõdemnatus Titius nihil facere poteſt? Sed, ſi cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberabi-

tur. Incertum quippe eſt, an omnino Seius debiturus ſit. Denique ſi totũ Titius ſoluerit : nec debitor fuiſſe videbitur Seius, quòd conditio eius defecerit.

FILIVSFAMILIAS patre inuito debitorem eius liberare non poteſt· acquirere enim obligationem poteſt: diminuere non poteſt. VLP.

SOLVTIONEM vel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti & ignorantes liberari poſſumus. POMP.

VBI FIDEIVSSOR pro duobus in dena fideiuſſit, obligatus eſt in XX : &, ſiue XX ſiue dena ſoluerit, vtrunque reum liberabit. Sed, ſi quinque ſoluerit, videamus, quem ex reis releuat. In .v. erit ille releuatus, de quo actum eſt: aut, ſi nõ appareat, antiquum debitum erit inſpiciendũ. Idem, & ſi XV ſint ſoluta. ſi quidem appareat, quid actũ ſit in X, & alia in quinque erũt releuata. ſi verò nõ appareat, ex anquiore contractu X, ex alio V erunt releuata. VLP.

EX PARTE hæres inſtitutus, ſi X, quæ defunctus promiſerat, tota ſoluerit: pro parte quidem, qua hæres eſt, liberabitur: pro parte autem reliqua ea condicet. ſed, ſi antè, quàm condicat, ei accreuerit reliqua pars hæreditatis : etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicẽti indebitum doli mali exceptionem obſtare exiſtimo. POMP.

SI CREDITOR fundum pignoratum vẽdiderit, & quantum ei debebatur, receperit: debitor liberabitur. Sed, & ſi acceptum emptori pretiũ tuliſſet creditor, vel ab eo ſtipulatus eſſet: debitor nihilominus liberabitur. Sed, & ſi ſeruus pignoratus à creditore venierit: quandiu redhiberi poſſit, non liberabitur debitor: ſicuti quolibet pignore vendito, quandiu res inempta fieri poſſit.

ETIAM CIRCA ſtipulationem & ex teſta- VLP.

mento actionem,ſi res tradita fuerit,quæ debebatur: quandiu aliquid iuri rei deeſt, adhuc tamen ipſa res petenda eſt. vtputa fundum poſſum petere,licet mihi traditus ſit,ſi ius quoddam cautionis ſupererit.

PAVL. DEBITORES ſoluendo ei,qui pro tutore negotia gerit, liberantur,ſi pecunia in rem pupilli peruenit.

VLP. CVM STICHVS & Pamphilus cõmuni ſeruo promiſſi ſunt,alteri Stichus,alteri Pamphilus ſol-
» ui non poteſt:ſed dimidiæ ſingulorum partes debentur. Idémque eſt,ſi quis aut duos Stichos aut duos Pamphilos dare promiſit,aut communi duorum ſer-
» uo homines x dare promiſit. Nam ambigua vox eſt
» x homines, quẽadmodum x denarij: atque vtriuſ-
» que rei dimidium duobus modis intelligi poteſt. Sed
» in numis & oleo & frumento & ſimilibus,quæ com-
» muni ſpecie continentur,apparet hoc actum,vt nu-
» mero diuidatur obligatio, quatenus & commodius promiſſoribus ſtipulatoribúſque eſt.

SI DEBITOR offerret pecuniam,quæ pete-
» retur, creditor nollet accipere, Prætor ei denegat
» actionem.

» INTER artifices longa differentia eſt & inge-
» nij & naturæ & doctrinæ & inſtitutionis. & ideò,ſi nauem à ſe fabricãdam quis promiſerit, vel inſulam ædificandam,foſſámve faciendam, & hoc ſpecialiter actũ eſt,vt ſuis operis id perficiat: fideiuſſor ipſe ædi-
» ficans, vel foſſam fodiens non cõſentiente ſtipulato-
» re,non liberabit reum.Quare etiam,ſi illis ſtipulationibus fideiuſſor acceſſerit. Per te non fieri,quo minus
» mihi ire agere liceat? prohibens ire fideiuſſor ſtipula-
» tionem non committit:& ſi patientiam præſtet,non efficiet,quo minus committatur ſtipulatio.

SI SERVVS peculiari nomine crediderit, eiſque debitor, cum ignoraret dominũ mortuum eſſe, » ante aditam hæreditatem ſoluerit: liberabitur. Idémque iuris erit, & ſi manumiſſo ſeruo debitor pecuniã ſoluerit, cũ ignoraret ei peculium conceſſum nõ eſſe. Neque intererit, viuo, an mortuo domino pecunia » numerata ſit: nam hoc quoque caſu debitor liberabitur. ſicut is, qui iuſſus eſt à creditore pecuniam Titio ſoluere, quãuis creditor mortuus fuerit, nihilominus rectè Titio ſoluit, ſi modò ignorauerit creditorẽ mortuum eſſe. VLP.

QVI SIBI aut Titio fundum dari ſtipulatus eſt: quanuis fundus Titio datus fuerit, tamẽ, ſi poſtea euictus eſt, habet actionem: quemadmodum ſi hominem ſtipulatus eſſet, & ſtatuliberum promiſſor Titio dediſſet, íſque ad libertatẽ perueniſſet. Qui Stichum aut Pamphilum dare promiſit, ſi Stichum vul» nerauerit, non magis eum dando liberatur, quàm ſi Stichum ſolum promiſiſſet, & à ſe vulneratum daret. Item, qui hominem dare promiſit, & vulneratum à » ſe offerret, non liberabitur. Iudicio quoque accepto, ſi hominem is, cum quo ageretur, vulneratũ à ſe offer» ret: condẽnari in iudicio debebit. Sed, & ſi ab alio ſer» uum vulneratum det, condemnandus erit, cũ poſſit alium dare.

QVI HOMINEM aut x tibi aut Titio dare promiſit, ſi Titio partem hominis tradiderit, mox tibi x numerauerit: nõ Titio, ſed tibi partem hominis » condicet, quaſi indebitum tua voluntate Titio ſoluerit. Idémque iuris erit etiam, ſi mortuo Titio x ſoluerit: vt tibi potius quàm hæredi Titij partem hominis cõdicat. Si duo rei ſtipulandi hominẽ dari ſtipulati fuerint, & promiſſor vtriq; partes diuerſorũ homi-

num dederit: dubium non eſt, quin nō liberetur. Sed, ſi eiuſdem hominis partes vtrique dederit, liberatio
» cōtingit: quia obligatio cōmunis efficit, vt, quod duo-
» bus ſolutum eſt, vni ſolutum videatur. Nam ex contrario, cum duo fideiuſſores hominem dare ſpopōderint, diuerſorum quidem hominū partes dantes non liberabūtur. ſed, ſi eiuſdem hominis partes dederint, liberabuntur. Stipulatus ſum mihi x, aut hominē Titio dari. Si homo Titio datus fuiſſet, promiſſor
» à me liberabitur: & antè, quàm homo daretur, ego x petere poſſum. Si Titiū omnibus negotijs meis præpoſuero: deinde vetuero eum (ignorantibus debitoribus) adminiſtrare negotia mea: debitores ei ſoluendo
» liberabuntur. Nam is, qui omnibus negotijs ſuis aliquem proponit, intelligitur etiam debitoribus mandare, vt procuratori ſoluāt. Si nullo mandato intercedente debitor falsò exiſtimauerit voluntate mea pecuniam ſe numerare, non liberabitur. & ideò procuratori ſe vltro alienis negotijs offerēti ſoluendo nemo liberabitur. Et cum fugitiuus, qui pro libero ſe ge-
» rebat, rem vendidiſſet: reſponſum eſt emptores fugitiuo ſoluentes, à domino liberatos nō eſſe. Si ge-
» ner ſocero, ignorāte filia, dotem ſoluiſſet: non eſt libe
» ratus: ſed condicere ſocero poteſt: niſi ratum filia habuiſſet. Et propemodū ſimilis eſt gener ei, qui abſentis procuratori ſoluerit, &, quia in cauſa dotis particeps & quaſi ſocia obligationis patri filia eſſet. Si debitorem meum iuſſero pecuniā Titio dare, donaturus ei: quāuis Titius ea mente acceperit, vt numos meos faceret, nihilominus debitor liberabitur. ſed, ſi poſtea Titius eandem pecuniā mihi dediſſet, numi mei fient. Quidam filiuſſam, à quo fideiuſſorem acceperat, hæredem inſtituerat. quæſitum eſt, ſi iuſſu

patris adiiſſet hæreditatem, an pater cum fideiuſſore
» agere poſſet. Dixi, quoties reus ſatiſdãdi, reo ſatis ac-
cipiẽdi hæres extiterit: fideiuſſores ideò liberari, quia
» pro eodem apud eundem debere nõ poſſent. Si
prædo id, quod à debitoribus hæreditarijs exegerat,
petenti hæreditatem reſtituerit, debitores liberabun-
tur. Si x aut hominem dari ſtipulatus fuero, & duos
fideiuſſores accepero, Titium & Meuium: & Titius
v ſoluerit: non liberabitur prius, quàm Meuius quo-
que v ſoluat. Quòd, ſi Meuius partem hominis ſol-
» uerit, vterque remanebit obligatus. Qui perpe-
» tua exceptione ſe tueri poteſt, ſolutũ repetit: & ideò
non liberabitur. Quare, ſi ex duobus reis promitten-
di alter pepigerit, ne ab eo peteretur: quamuis ſolue-
» rit, nihilominus alter obligatus remanebit. VLP.

75 QVOD SERVVS ex peculio ſuo credidiſſet,
aut depoſuiſſet, id ei, ſiue vẽniſſet, ſiue manumiſſus
» eſſet, rectè ſolui poteſt: niſi aliqua cauſa intercederet,
ex qua intelligi poſſit, inuito eo, cuius nũc ſeruus fuiſ-
» ſet, ei ſolui. Sed, & ſiquis pecuniã dominicã ab eo fœ-
neratus eſſet: ſi permiſſu domini ſeruus negotium do-
minicum geſſiſſet, idem iuris eſt. Videtur enim volun-
tate domini eos, qui cum ſeruo negotium contrahũt,
& ab eo accipere, & ei ſoluere. IVL.

SI PATER meus prægnãte vxore relicta de-
ceſſerit, & ex cauſa hæreditaria totum hoc, quod pa-
tri meo debitum fuiſſet, petiſſem: nihil me conſum-
pſiſſe quidam exiſtimant: ſed, ſi nemo natus ſit, rectè
me egiſſe, quia in rerum natura verum fuiſſet me ſo-
» lum hæredem fuiſſe. Iulianus notat, & verius eſt, eã
partem me perdidiſſe, pro qua hæres fuiſſem antè,
quàm fuiſſet certum neminẽ naſci: aut quartam par-
tem, quia tres naſci potuerũt: aut ſextam, quia quin-

» que. Nam & Ariſtoteles ſcripſit quinque naſci poſſe,
» quia vuluæ mulierũ totidem receptacula habere poſ-
» ſunt: & eſſe mulierem Romæ Alexandrinã ex Ægy-
» pto, quæ quinque ſimul peperit, & tamen habebat
» eos incolumes: & hoc in Ægypto affirmatũ eſt mihi.

QVOTIES vnus ex fideiuſſoribus ſuam par-
» tem ſoluiſſet, tanquam negotium reo geſſiſſet: perin-
» de habendũ eſt ac, ſi reus ipſe vnius fideiuſſoris par-
tem ſoluat: ſed tamen vt non ex ſorte decedat. ſed is
fideiuſſor ſolus liberatur, cuius nomine ſolutio facta
fuerit.

AFR. CVM QVIS ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit,
magis eſſe ait, vt ita demum recte Titio ſolui dicen-
dum ſit, ſi in eodem ſtatu maneat, quo fuit, cũ ſtipu-
latio interponeretur. Cæterũ, ſiue iam in adoptionẽ,
ſiue in exilium ierit, vel aqua & igni ei interdictũ eſt,
vel ſeruus pœnæ factus ſit: non recte ei ſolui dicendũ
eſt. tacite enim hæc conuẽtio ineſſe ſtipulationi vide-
tur, ſi in eadem cauſa maneat. Si debitorẽ meũ
iuſſerim Titio ſoluere, deinde Titium vetuerim acci-
» pere: & debitor ignorãs ſoluerit: ita eum liberari exi-
» ſtimaui, ſi non ea mente Titius numos acceperit, vt
eos lucretur. alioqui, quoniam furtum eorũ ſit factu-
rus, manſuros eos debitoris: & ideò liberationẽ qui-
dem ipſo iure nõ poſſe contingere debitori: exceptio-
ne tamen ei ſuccurri æquum eſſe, ſi paratus ſit condi-
ctionem furtiuam, quam aduerſus Titium habet, mi-
hi præſtare: ſicuti ſeruatur, cum maritus vxori dona-
turus, debitorem ſuum iubeat ſoluere. nam ibi quo-
» que, quia numi mulieris non fiunt, debitorem non li-
berari: ſed exceptione eum aduerſus maritum tuen-
dum eſſe, ſi condictionem, quam aduerſus mulierem
habet, præſtet. furti tamen actionẽ in propoſito poſt

diuortium mihi competituram, quoniam mea inter-
ſit interceptos numos non eſſe. De peculio cum
domino actum eſt. id damnatus ſoluit. Et fideiuſſo-
» res pro ſeruo acceptos liberari reſpōdi·eandem enim
pecuniam in plures cauſas ſolui poſſe.argumēto eſſe,
quòd,cum iudicatum ſolui ſatiſdatum eſt, & damna-
tus reus ſoluat:non ſolum actione iudicati, ſed etiam
ex ſtipulatu & ipſe & fideiuſſores liberantur. & ma-
gis ſimile eſſe,quòd cum poſſeſſor hæreditatis exiſti-
» mans ſe hæredem eſſe, ſoluerit, hæres non liberatur·
tunc enim propterea id euenire,quòd ille ſuo nomi-
ne indebitam pecuniam dando,repetitionem eius ha-
» beret. Qui hominem promiſerit, ſi ſtatuliberum
ſoluat, magis puto non eſſe expectandam conditio-
nem· ſed & creditorem agere poſſe, & illi condictio-
nem competere. Quòd,ſi interim conditio defecerit,
liberabitur, perinde,atque ſiquis pendente conditio-
» ne ſoluerit per errorem, & antè,quàm condiceret,cō
» ditio extiterit.Illud nullo modo dici cōueniet, ſi mor-
tuo Sticho conditio deficiat,liberari debitorem:quā-
uis,ſi viuēte eo defecerit,liberaretur:quoniam iſto ca-
ſu nullo tempore perfecte hominē meū fecerit. alio-
qui propè erit,vt etiā,ſi eū ſeruum,in quo vſuſfructus
alienus eſt,mihi ſolueris, iſque vſufructu manēte de-
ceſſerit:ea ſolutione liberari videaris.quod nullo mo-
do probandū eſt:ſicuti ſi cōmunē ſoluiſſes, iſque vſu-
fructu manēte deceſſiſſet. Siquis pro reo iam re-
uerſo fideiuſſerit, qui,quū Reip. cauſa abeſſet, actio-
ne,qua liberatꝰ ſit:deinde annus præterierit, an fide-
» iuſſor liberetur?quod Iuliano nō placebat:& quidem
ſi cum fideiuſſore experiundi poteſtas non fuit.Sed
hoc caſu in ipſum fideiuſſorem ex edicto actionem
reſtitui debere:quemadmodum in eum fideiuſſorem,

qui hominem promiſſum occiderit. Qui pro te apud Titium fideiuſſerat, pignus in ſuam obligationem dedit: pòſt idem hæredem te inſtituit. Quanuis » ex fideiuſſoria cauſa nõ tenearis, nihilominus pignus » tamen obligatum manebit. At, ſi idem alium fideiuſſorẽ dederit, atque ita hæredem te inſtituerit: rectius » exiſtimari ait ſublata obligatione eius, pro quo fideiuſſum ſit, eum quoque, qui fideiuſſerit, liberari.

SI SOLVTVRVS tibi pecuniam, iuſſu tuo ſignatam eam apud numulariũ, quoad probaretur, » depoſuerim: tui periculi eam fore Mela lib. x ſcribit. quod verum eſt. cum eo tamen, vt illud maximè ſpectetur, an per te ſteterit, quo minus incõtinenti probaretur: nã tunc perinde habendum erit, acſi parato me ſoluere, tu ex aliqua cauſa accipere nolles. in qua ſpecie non vtique ſemper tuum periculum erit. Quid enim, ſi nõ opportuno tẽpore vel loco obtulerim? His cõſequens eſſe puto, vt etiã, ſi emptor numos, & venditor mercem, quòd inuicem parum fidei haberent, depoſuerint: & numi, emptoris periculo ſint: vtique, ſi ipſe eum, apud quem deponerẽtur, elegerit: & nihilominus merx quoque, quia emptio perfecta ſit.

MARC. 40 SI PRO ME quis ſoluerit creditori meo, licet » ignorante me, acquiritur mihi actio pignoratitia. Itẽ, » ſiquis ſoluerit legata, debẽt diſcedere legatarij de poſ- » ſeſſione: alioqui naſcitur hæredi interdictum, vt eos deijcere poſſit.

REO CRIMINIS poſtulato interim nihil prohibet rectè pecuniam à debitoribus ſolui: alioqui plerique innocentiũ neceſſario ſumptu egebunt.

PAVL. SED NEC illud prohibitum videtur, ne à reo creditori ſoluatur.

VLP. IN OMNIBVS ſpeciebus liberationũ etiam

acceſſiones liberãtur:puta adpromiſſores,hypothecę, pignora:præterquam quòd inter creditores & adpromiſſores confuſione facta reus non liberatur.

IN NVMERATIONIBVS aliquãdo éuenit vt vna numeratione duæ obligationes tollantur » vno momento:veluti ſiquis pignus pro debito vendi» derit creditori. éuenit enim,vt ex vẽdito tollatur obligatio & debiti. Item,ſi pupillo,qui ſine tutoris authoritate mutuam pecuniam accepit, legatum â creditore fuerit ſub conditione,ſi eam pecuniam numerauerit: in duas cauſas videri eum numeraſſe: & in » debitum ſuum,vt in Falcidiam hæredi imputetur:& conditionis gratia, vt legatum conſequatur. Item,ſi vſuſfructus pecuniæ numeratæ legatus fuerit,éuenit, » vt vna numeratione liberetur hæres ex teſtamento, » & vt obliget ſibi legatarium. Tantundem eſt,& ſi damnatus fuerit alicui vendere vel locare· nam vendendo vel locando & liberatur ex teſtamẽto hæres, & obligat ſibi legatarium. MARC.

QVANVIS ſtipulanti vxori vir ſpopõderit, dirempto matrimonio prædia,quę doti erant obligata, in ſolutum dare:tamen ſatis eſſe offerre dotis quan» titatem. Idem Frontoni reſpondi perſeueranti » tutori in tutelæ adminiſtratione, licet capitis reo poſtulato, potuiſſe id,quod pupillo bona fide debetur, exſolui. VLP.

SIQVIS aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & euicta fuerit res,remanet priſtina obligatio.Sed,& » ſi pro parte fuerit euicta, tamen pro ſolido obligatio durat·nam non accepiſſet rem integram creditor, niſi pro ſolido eius fieret. Sed,& ſi duos fundos (verbi gratia)pro debito dederit,euicto altero fundo,remanet integra obligatio. Tunc ergo res pro re ſoluta li- MARC.

berationem præſtat, cum pro ſolido facta eſt ſuſcipientis. Sed, & ſi quis per dolum pluris æſtimatum fundum in ſolutum dederit, nō liberabitur, niſi id, quod deeſt, repleatur.

IN PVPILLO, cui ſine tutoris authoritate ſolutũ eſt, ſi quæratur, quo tempore ſit locupletior: tempus quo agitur, inſpicitur. aut, ſi exceptio doli mali oppoſita ei noceat, tempus, quo agitur, ſpectatur. Pla» nè (vt Scæuola aiebat) etiam ſi perierit res ante litem conteſtatam, interdum quaſi locupletior factus ſit, intelligitur: id eſt, ſi neceſſariã rem ſibi emit, quam neceſſario de ſuo erat empturus. Nam & hoc ipſo, quòd non eſt pauperior factus, locupletior eſt. Sic & in fi» liofam. putabat Macedonianum ceſſare, ſi in neceſſarias cauſas filius mutuam pecuniam acceperit, & eam perdiderit.

MARC. TITIA, cũ propter dotẽ bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit. reditus exegit. & mouẽtia diſtraxit. quęro, an ea, quę ex re mariti perceperit, » in dotẽ ei reputari debeant? Marcellus reſpõdi. repu» tationẽ eius, quod proponeretur, nõ iniquam videri. pro ſoluto enim magis habendum, quod ex cauſa mulier perceperit. Sed, ſi forte vſurarum quoque rationẽ arbiter dotis recuperandæ habere debuerit, ita computandum, prout quodque ad mulierem peruenerit: non vt ex vniuerſa ſumma decedat, ſed prius in eam quantitatem, quam vſurarum nomine mulierem cõſequi oportebat. quod non eſt iniquum.

SOLVTAM pecuniam intelligimus vtique naturaliter, ſi numerata ſit creditori. Sed, & ſi iuſſu eius alij ſoluatur, vel creditori eius, vel futuro debitori, vel etiam ei, cui donatur[9] erat: abſolui debet. Ratã quoque ſolutionem ſi creditor habuerit, idem erit. Tuto-

ri quoque ſi ſoluta ſit pecunia, vel curatori vel procu-
ratori, vel cuilibet ſucceſſori, vel ſeruo actori, profi-
ciet ſolutio. Quòd, ſi acceptolatum ſit id, propter »
quod ſtipulationis nomine hypotheca erat obligata,
vel ſine ſtipulatione accepta ſit: ſolutionis quidē ver-
» bum non proficiet, ſed ſatiſdationis ſufficiet.

50 SI, CVM aurum tibi promiſiſſem, ignorāti qua- PAVL.
» ſi aurum, æs ſoluerim, non liberabor: ſed nec repetā
hoc quaſi indebitum ſolutum, quod ſciens feci· peten-
tem tamen aurum, exceptione ſummouebo, ſi non
reddas æs, quod accepiſti.

DISPENSATORI, qui ignorante debitore
» remotus eſt ab actu, rectè ſoluitur· ex voluntate e-
nim domini ei ſoluitur, quam ſi neſcit mutatam, qui
ſoluit, liberatur.

SATISFACTIO pro ſolutione eſt. VLP.

SOLVERE pro ignorante & inuito cuique li- PAVL.
» cet: cum ſit iure ciuili conſtitutum licere etiam igno-
» rantis inuitique meliorem conditionem facere.

» SOLVTIONIS verbum pertinet ad om-
nem liberationem quoquo modo factam: magiſque
» ad ſubſtantiam obligationis refertur, quàm ad numo-
rum ſolutionem.

55 QVI SIC ſoluit, vt recuperet, non liberatur. VLP.
» quemadmodum non alienantur numi, qui ſic dan-
tur, vt recipiantur.

» 56 QVI mandat ſolui, ipſe videtur ſoluere. PAVL.

57 SI QVIS ſtipulatus fuerit x in melle, ſolui qui- VLP.
» dem mel poteſt antè, quàm ex ſtipulatu agatur: ſed,
» ſi ſemel actum ſit, & petita x fuerint: amplius mel
» ſolui nō poteſt. Item, ſi mihi aut Titio ſtipulatus fue-
ro dari, deinde petam: amplius Titio ſolui nō poteſt:
quanuis ante litem conteſtatam poſſit.

SI QVIS offerenti ſe negotijs alienis, bona fide ſoluerit, quæritur, quando liberetur? Et ait Iulianus, cum dominus ratum habuerit, tunc liberari. Idem ait, antè quàm dominus ratum habuerit, an condici ex ea cauſa poſſit? Et ait intereſſe, qua mente ſolutio facta eſſet: vtrũ, vt ſtatim debitor liberaretur: an verò, cũ dominus ratũ habuiſſet· priori caſu cõfeſtim poſſe condici procuratori, & tunc demum extingui condictionem, cum dominus ratum habuiſſet· poſteriore tunc demum naſci cõdictionem, cũ dominus ratum non habuiſſet. Si creditor, cuius ignorantis procuratori ſolutum eſt, arrogandum ſe dederit: ſiue ratũ habuerit pater, rata ſolutio eſt: ſiue non habuerit, repetere debitor poteſt. Et ſi duo rei ſtipulãdi ſũt, quorum alterius abſentis procuratori datum eſt: &, antè quàm is ratum haberet, interim alteri ſolutum eſt: in pendenti eſt poſterior ſolutio, ac prior· quippe incertum eſt, debitum, an indebitum exegerit.

PAVL. SI ITA ſtipulatus ſim, Mihi aut Titio dare ſpondes? & debitor cõſtituerit ſe mihi ſoluturũ: quãuis mihi competat de conſtituta actio, poteſt adhuc adiecto ſoluere. Et, ſi à filiofam. mihi aut Titio ſtipulatus ſim, pater poteſt Titio ſoluere, quòd in peculio eſt: ſcilicet ſi ſuo, non filij nomine ſoluere velit· Dum enim adiecto ſoluitur, mihi ſolui videtur: & ideò, ſi indebitum adiecto ſolutum ſit, ſtipulatori poſſe condici Iulianus putat: vt nihil interſit, iubeam te Titio ſoluere, an ab initio ſtipulatio ita concepta ſit.

IS, QVI alienum hominem in ſolutũ dederit, vſucapto homine liberatur.

QVOTIES id, quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil abſit, nec, quòd ſolutum eſt, repeti poſſit: competit liberatio.

DISPENSATOREM meum teſtamento liberum eſſe iuſſi, & peculium ei legaui· is poſt mortẽ meam à debitoribus pecuniam exegit. an hæres meus retinere ex peculio eius, quod exegerit poſſit, quęritur? Et, ſi quidem poſt aditam hæreditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin de peculio eo nomine retineri nihil debeat: quia liber factus incipit debere, ſi liberantur ſolutione debitores. Cum verò ante aditam hæreditatem pecuniam accepit diſpenſator: ſi quidem liberantur debitores ipſa ſolutione, non eſt dubium, quin de peculio id retinendum ſit: quia incipit debere hic hæredi quaſi negotiorum geſtorum vel mandati actione. Si verò non liberantur: illa quæſtio eſt, cum negotium meum gerens à debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum nõ habuero, & mox agere velim negotiorum geſtorum actione: an vtiliter agam, ſi caueam te indemnem futurũ. Quod quidem ego non puto· nam ſublata eſt negotiorum geſtorum actio, eo quòd ratum non habui: & per hoc debitor mihi conſtituitur.

SI DEBITOR ſit ſerui fructuarius, poteſt is ſeruus per acceptilationem liberare eum· videbitur enim ex re eius acquirere. Idem & in pacto dicem9.

CVM IVSSV meo id, quod mihi deberes ſolueres, ſolueris creditori meo: & tu à me, & ego à creditore meo liberor.

SI FILIA furioſi à viro diuerterit, dicendum eſt agnato curatori voluntate filiæ, vel filiæ cõſentiente agnato ſolui dotem. POMP.

SI PVPILLI debitor, iubente eo, ſine tutoris authoritate pecuniam creditori ei9 numerauerit: pupillum quidem à creditore liberat, & ipſe manet obligatus: ſed exceptione ſe tueri poteſt. Si autẽ de-

bitor pupilli non fuerat: nec pupillo condicere poteſt, qui ſine tutoris authoritate non obligatur: nec creditori, cum quo alterius iuſſu contraxit· ſed pupill9 inquantum locupletior eſt factus, vt pote debito liberatus, vtili actione tenebitur.

MARC. SI QVIS duos homines promiſit, & Stichum ſoluit: poterit eiuſdem Stichi dominium poſtea conſecutus, dando eum, liberari. in numis minor, vel prope nulla dubitatio eſt· nam & apud Alphenum Seruius ait eum, qui numos à debitore ſuo acceperit, & liberare eum velit, poſſe ſæpius illos numos accipiendo ab eo, eíque retro dando, ac rurſus accipiendo, id efficere: veluti ſi c debitorem, x acceptis, liberare creditor velit: vt, cum x acceperit, eadem ei retro reddat, mox ab eo accipiat, ac nouiſſimè retineat: etſi in dubitationem à quibuſdam hoc malè deducatur, quòd non poſſit videri is, qui ita acceperit, vt ei, à quo accepit, retro reddat: ſoluiſſe poti9 quàm dediſſe.

SI SERVVS x dare iuſſus pupillo, & liber eſſe: ſiue hæres ſit pupillus, ſiue tantum conditio in eũ collata ſit: an abſente quoque tutore pupillo dando, libertatem conſequatur? moueris comparatione conditionis quæ conſiſtit in facto: veluti ſi pupillo ſeruierit: quæ poteſt impleri citra interuentum quoque tutoris. Et quid inquis, ſi curatorem habeat, & furioſo dare iuſſus ſit? an curatori dando liberetur? Et finge alicui fundum legatum ſi dediſſet pupillo furioſóve. Et ſciendum eſt in omnibus iſtis caſibus tutori quidẽ vel curatori vtiliter dependi: ipſi autem, id eſt furioſo vel pupillo non rectè perſolui, ne datio ex illorum imbecillitate pereat· nec enim hoc egit teſtator, vt, quoquo modo eſſet datũ, expleta videatur conditio.

CELS. SI HOMINEM, in quo vſuſfructus alienus

eſt, vel qui erat pignori Titio obligatus, noxæ dediſti: poterit is, cui condemnatus es, tecum agere iudicati· nec expectabimus, vt creditor euincat, ſed, ſi vſuſfructus interierit, vel diſſoluta fuerit pignoris obligatio, exiſtimo proceſſuram liberationem.

10 QVOD in diem certum promiſſum eſt, vel ſtatim dari poteſt· totum enim medium tempus ad ſoluendum promiſſori liberum relinqui intelligitur.

CVM X mihi aut Titio dari ſtipulatus ſim: ſi V accipiam, reliquum promiſſor rectè Titio dabit.

Si fideiuſſor procuratori creditoris ſoluerit, & creditor poſt tempus, quo liberari fideiuſſor potuerit, ratum habuerit: tamen, quia fideiuſſor, cum adhuc ex cauſa fideiuſſionis teneretur, ſoluerit, nec repetere poteſt, nec minus agere aduerſus reum mandati poteſt, quàm ſi tunc præſenti dediſſet. Item, ſi ignorãs creditor procuratori ſuo ſolutum, ſeruo debitoris filióve acceptum fecerit: poſtea autem reſcierit, & id ratum habuerit: confirmatur ſolutio. &, quod accepto» latum ſit, nullius momenti eſt. Et contrà, ſi ratum nõ habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur. Sed, ſi ignorãs ſolutũ, litẽ cõteſtatus eſt: ſi pendente iudicio » ratum habuerit, abſolui oportet illum, cum quo actũ » eſt· ſi ratum non habuerit, condemnari.

QVI X DEBET, ſi eadẽ obtulerit creditori, MART. & ille ſine iuſta cauſa ea accipere recuſauerit: deinde debitor ea ſine culpa ſua perdiderit: doli mali exceptione poteſt ſe tueri, quanquã aliquãdo interpellatꝰ » non ſoluerit· Etenim non eſt æquum teneri eum pe» cunia amiſſa, qui non teneretur, ſi creditor accipere voluiſſet. Quare pro ſoluto id, in quo creditor accipiendo moram fecerit, oportet eſſe. Et ſanè, ſi ſeruus erat in dote, eúmque obtulerit maritus, & is ſeruus

deceſſerit: aut numos obtulerit, eóſque non accipiente muliere perdiderit: ipſo iure deſinit teneri.

Si, cum mihi Stichum deberes, & in ſoluēdo moram feciſſes, ſub conditione eum promiſiſti, & pendēte ea Stichus deceſſit: videamus, an, quia nouari prior obligatio non poteſt, petitio ſerui competat, ea, quæ competeret, ſi non interceſſiſſet ſtipulatio. Sed in prōptu contradictio eſt. debitor enim, cum ſtipulanti creditori ſub conditione promiſerit, non videtur in ſolutione hominis ceſſaſſe. Nam verum eſt eum, qui interpellatus dare noluit, offerentem poſtea, periculo liberari. Sed quid, ſi ignorante debitore, ab alio creditor eū ſtipulatus eſt? Hic quoque exiſtimandus eſt periculo debitor liberatus: quemadmodum, ſi quolibet nomine eius ſeruum offerente, ſtipulator accipere noluiſſet. Idem reſponſum eſt, ſi quis, cum ſurreptus ſibi ſeruus eſſet, ſub conditione ſtipulatus fuerit, quicquid furem dare facere oportet. Nam & fur cōdictione liberabitur, ſi dominus oblatum ſibi accipere noluit: ſi tamen, cum in prouincia forte ſeruus eſſet, interceſſerit ſtipulatio. Sed finge, priuſquam facultatem eius nanciſceretur fur vel promiſſor, deceſſiſſe ſeruū? Non poterit rationi, quam ſuprà reddidimus, eſſe locus. non enim obtuliſſe eum propter abſentiam intelligi poteſt. Stichum aut Pamphilū ſtipulatus ſū, cū eſſet meus Pamphilus. Nec, ſi meus eſſe deſierit, liberabitur promiſſor Pamphilū dādo. neutrū enim videtur in Pamphilo homine conſtitiſſe, nec obligatio, nec ſolutio. Sed ei, qui hominē dari ſtipulatus eſt: vnū etiam ex ijs, qui tunc ſtipulatoris ſerui erant, dando, promiſſor liberabitur, vi quidem ipſa: ac ſi is dari ſtipulatus eſſet, qui eius non erat. Fingamus ita ſtipulatum, Hominem ex ijs, quos Sempronius reliquit, dare

ſpōdes? cum tres Sempronius reliquiſſet, eorúmque aliquis ſtipulatoris fuiſſet: an nunc mortuis duobus, qui alterius fuerant, ſupererit illa obligatio, an non, videamus. Et magis eſt deficere ſtipulationē: niſi ante mortem duorum deſierit eſſe reliquus ſeru⁹ ſtipulatoris. Qui hominem debebat, Stichum, cui libertas ex cauſa fideicommiſſi præſtanda eſt, ſoluit. Non videtur liberatus. Similique modo, ſi ſoluerit » ſeruum, qui noxa ſolutus non eſt, non liberabitur. » Item, qui hominem noxæ deditum ſoluit, non liberatur: nam & minus hic ſeruū dedit, quàm ille, qui ſeruum dedit nondum noxa ſolutum. Num ergo, & ſi veſpillonem aut aliâs turpem dederit hominē, idem » ſit? Et ſanè datum negare non poſſumus: ſed differt hæc ſpecies à prioribus. habet enim ſeruū, qui ei auferri non poteſt. Promiſſor ſerui eum debet hominē ſoluere, quem, ſi velit, ſtipulator poſſit ad libertatem perducere.

OB XXX numos pecuniæ creditæ fideiuſſorē in XX dedit, pignus in X. & ex venditione pignoris creditor X conſecutus eſt. vtrum ex vniuerſitate id decedit (vt quidam putant) ſi in ſoluendis X nihil » debitor dixiſſet? an (ſicut ego puto) in totis X fideiuſſori contingat liberatio? quia dicendo potuit hoc efficere debitor. vt, vbi nō dixit, id potius ſolutū exiſtimetur, quod ſatiſdato debeatur. Magis tamen exiſtimo licuiſſe creditori in id, quod ſolus debebat re⁹, accepto ferre.

ID, QVOD pœnæ nomine à debitore exactū eſt, lucro debet creditoris cedere. MOD.

SICVT acceptilatio in eum diem præcedentes perimit actiones: ita & confuſio: Nam, ſi debitor hæres » creditori extiterit, confuſio hæreditatis perimit »

III.j.

petitoris actionem.

MODESTINVS reſpōdi, Si poſt ſolutionem ſine vllo pacto in omne, quod ex cauſa tutelæ debebatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſint, nihil ea ceſſione actum eſt: cum nulla actio ſuperfuerit. Quod ſi ante ſolutionem hoc factum eſt, vel cum conueniſſet, vt mandarentur actiones, tunc ſolutio facta eſt, & mandatū ſubſecutum eſt: ſaluas eſſe mādatas actiones: quum nouiſſimo quoque caſu pretiū magis mandatarum actionum ſolutum, quàm actio, quæ fuerit, perempta videatur.

IN LIBERTO antiquior contractus operarū eſſe nō poteſt, ſine quib9 libertas ei data nō eſſet.

IAB. SI ALIENI numi inſcio vel inuito domino ſoluti ſunt, manent eius, cuius fuerunt. Sed ſi miſti alijs ſint, ita, vt diſcerni non poſſint: eius fieri, qui accepit, in libris Caij ſcriptum eſt, ita, vt furti actio domino cum eo, qui dediſſet, competeret.

PECVNIAM, quam mihi debes, aut aliā rem ſi in conſpectu meo ponere te iubeam: efficitur, vt & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat. nam tūc quòd à nullo corporaliter ei9 rei poſſeſſio detinetur, acquiſita mihi, & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt.

POMP. 80 PROVT quiſque cōtractus eſt, ita & ſolui debet. veluti, cum re contraximus, re ſolui debet: &, cū verbis aliquid contraximus, vel re vel verbis obligatio ſolui debet. Verbis, veluti cum acceptum promiſſori fit. Re, veluti cum ſoluit, quod promiſit. Æque cum emptio, venditio, vel locatio contracta eſt: quoniam conſenſu nudo contrahi poteſt, etiam diſſenſu contrario diſſolui poteſt.

SI STIPVLATVS ſum mihi aut Titio da-

ri: ſi Titius deceſſerit, hæredi eius ſoluere non pote- »
ris. Si lancē depoſuerit apud me Titius, & plu-
ribus hæredibus relictis deceſſerit: ſi pars hæredum
me interpellet, optimum quidem eſſe ſi Prætor adi-
tus iuſſiſſet me parti hæredum eam lancem tradere.
quo caſu depoſiti me reliquis cohæredibus non te-
neri. Sed, & ſi ſine Prætore ſine dolo malo hoc fece-
ro, liberabor: aut (quod verius eſt) non incidam in
obligationem. Optimum autem eſt id per Magiſtra- »
tum facere.

SI, CVM Cornelius fundum ſuū nomine Seiæ PROC.
viro eius doti dediſſet, nec de eo ſibi reddendo quic-
quam cauiſſet, effecit, vt vir & Seia inter ſeſe paciſce-
rentur, vt diuortio facto is fundus Cornelio reddere-
tur: non puto diuortio facto virum vetante Seia eum
fundum Cornelio redditurum eſſe. ſicuti, ſi, cum pa-
ctum conuentum nullum interceſſiſſet, diuortio fa- »
cto mulier iuſſiſſet eum fundum Cornelio reddi: de-
inde, antequam redderetur, vetuiſſet, non tuto red-
deretur. Sed, ſi antē, quām Seia vetaret, Cornelio eū
fundum reddidiſſet, nec cauſam habuiſſet exiſtimā-
di id inuita Seia ſe facturū eſſe: nec melius nec æqui⁹
eſſe exiſtimarem eum fundum Seiæ reddi.

SI TVO ſeruo credidero, eúmque redemero, POMP.
& is manumiſſus mihi ſoluerit, non repetet.

EGISTI de peculio ſerui nomine cum domi- PROC.
no. Non eſſe liberatos fideiuſſores eius reſpōdi. At, ſi
idem ſeruus ex peculio ſuo permiſſa adminiſtratione
eius peculij, numos ſoluiſſet, liberatos eſſe fideiuſſo-
res eius rectē legiſti.

85 SOLIDVM non ſoluitur non minus quantita- CALL.
te quām die.

HOC IVRE vtimur, vt litis procuratori non PAVL.

recté ſoluatur. Nam abſurdum eſt, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam ſolui poſſe. Si tamen ad hoc datus ſit, vt & ſolui ei poſſit, ſoluendo ei liberabitur.

CELS. QVODLIBET debitum ſolutum à procuratore meo, non repeto: quoniam, cum quis procuratorem omnium rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur, vt creditoribus ſuis pecuniam ſoluat: neque poſtea expectãdum eſt, vt ratum habeat.

SCAEV. FILIAE inteſtato patri hæredis negotia mater » geſſit, & res vendendas per argentarios dedit: idque ipſum in codice rationum conſcriptum eſt. argentarij vniuerſum redactum pretium venditionis ſoluerunt: & poſt ſolutionem IX ferè annis, quicquid agendum erat nomine pupillæ, mater egit, eámque marito nuptui collocauit, & res ei tradidit. Quæſitũ eſt, an puella cum argẽtarijs aliquam actionem habeat: quoniam non ipſa ſtipulata ſit pretium rerum, quæ » in venditionem datæ ſunt, ſed mater. Reſpõdi, ſi de eo quæreretur, an iure ea ſolutione argentarij libera» ti eſſent, reſpõdendum iure liberatos. Claudius. Subeſt enim illa ex iuriſdictione pẽdens quæſtio, an pretia rerum, quæ ſciebant eſſe pupillæ, bona fide ſoluiſſe videantur matri, quæ ius adminiſtrationis non habebat. ideóque, ſi hoc ſciebant, nõ liberantur: ſcilicet ſi mater ſoluendo non ſit.

SI EX pluribus cauſis & chirographis creditor ita cauit, T. Meuius dico me accepiſſe, & habere, & accepto tuliſſe C. Titio reliquum omne poſt rationẽ eius pecuniæ, quam mihi Stichus C. Titij ſeruus cauerat. Quæſitũ eſt, an ex cæteris chirographis, in quę non Stichus cauit, ſed ipſe debitor, integra maneat actio: id eſt ex reliquis chirographis per ipſum debi-

» torem cautis. Reſpōdi eam ſolam obligationem diſſolutam, ex qua ſolutum proponeretur. L. Titius ex duobus chirographis, quibus c c c c ei à Seio debebantur, altero c, altero c c c: ſcripſit Seio, vt vnius chirographi c per Meuium & Septitium ſibi mitterentur. Quęro, an Seius, ſi Meuio & Septitio ex » c c c quoq; ſoluiſſe ſe dicat, liberatus ſit. Reſpōdi, ſi nec mādauit, vt ex c c c ſoluerentur, nec ſolutū ratum habuit: non eſſe liberatum. L. Titius duabus ſtipulationibus, vna x v ſub vſuris maioribus, altera x x ſub vſuris leuioribus Seium eadem die obligauit; ita, vt x x prius ſoluerentur, id eſt Idib. Septemb. debitor poſt diem vtriuſque ſtipulationis cedentem ſoluit x x v i, neque dictum eſt ab altero, pro qua ſtipulatione ſoluerentur. quæro, an, quod ſolutum eſt, eam ſtipulationem exoneret, cuius dies antè ceſſit: id eſt, vt x x ſortis ſoluta videantur, & in » vſuras eorum v i data. Reſpondi magis id accipi, ex vſu eſſe.

¶ FILIVS, qui adminiſtrabat vt hæres paterna bona, pecuniam ex his Sempronio mutuam dedit, » & eandem particulatim accepit, deinde ſe abſtinuit, quia minor annis erat, ab ea hæreditate. quæſitū eſt, curator bonorum patris cōſtitutus an aduerſus Sem» pronium vtilem actionē habeat. Reſpondi nihil proponi, cur non is, qui ſoluiſſet id, quod mutuū ita acceperat, liberatus eſſet.

SI DEBITOR tuus non vult à te liberari, & præſens eſt: non poteſt inuitus à te abſolui. [Pau» lus. Imò debitorem tuum & præſentem & inuitum liberare ita poteris, ſupponendo à quo debitum nouandi cauſa ſtipuleris. quod etiam ſi acceptū non feceris, tamen ſtatim, quod ad te attinet, res peribit.

Nam & petentem te, doli mali præſcriptio excludet.

POMP. SI MIHI alienum ſeruũ dare promiſeris, aut teſtamẽto dare iuſſus fueris, iſque ſeruus antè, quàm per te ſtaret, quo min⁹ dares, à domino manumiſſus ſit: hæc manumiſſio ſimilis morti eſt. ſi autem deceſſiſſet, nõ tenearis. Sed, & ſi quis ſeruum dare promiſit, hæres à domino ſcriptus ſtatuliberum dederit, liberabitur.

SCAEV. SI DVO rei ſtipulandi alter alterum hæredem ſcripſerit, videndũ an confundatur obligatio. Et placet non cõfundi. quod bonum eſt dicere, quòd, ſi intendat dari ſibi oportere: vel ideo dari oportere ipſi, quòd hæres extiterit, vel ideò, quòd proprio nomine ei deberetur. Atqui magna eſt huius rei differentia. nam, ſi alter ex rei pacti cõuenti temporali exceptione ſummoueri poterit: intererit is, qui hæres extiterit, vtrùmne ſuo nomine, an hęreditario experiatur, vt ita poſſit animaduertere exceptioni loc⁹ ſit, nécne. Item, ſi duo rei ſint promittendi, & alter alterũ hæ»redem ſcripſerit, non confunditur obligatio. Sed, ſi »reus hæredem fideiuſſorem ſcripſerit, confunditur obligatio. Et quaſi generale quid retinendum eſt, vt, vbi ei obligationi, quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit, cõfuſa ſit obligatio. quoties verò duæ ſunt principales, altera alteri potius adijciatur ad actionem, quàm confuſionem pariat. Quid ergo, ſi fideiuſſor reum hæredem ſcripſerit? Cõfundetur obli»gatio ſecundum Sabini ſententiam: licet Proculus diſſentiat.

PAP. SI IS, cui numos debitor ſoluit alienos, numis integris pergat petere, quod ſibi debeatur, nec offerat, quod accepit, exceptione doli mali ſummouebitur. Sin autem communes numos credam, aut ſol-

uam, confeſtim pro parte mea naſcetur & actio & liberatio: ſiue in ſingulis numis communionem pro indiuiſo quis eſſe intelligat: ſiue in pecunia non corpora excogitet, ſed quantitatem. Sed, & ſi fideiuſſor alienos numos in cauſam fideiuſſionis dedit, cõſumptis his mandati agere poteſt. & ideò, ſi eam pecuniam ſoluat, quam ſurripuerat, mandati aget, poſtquam furti nomine vel ex cauſa condictionis præſtiterit. Fl. Ianuarius Papiniano s. Cum Titius C. Seio deberet ex cauſa fideicommiſſi certam quantitatem, & tantundem eidem ex alia cauſa, quæ peti quidẽ non poterat, ex ſolutione autẽ petitionem nõ præſtat, Titij ſeruꝰ actor abſente domino ſoluit eam ſummam, quæ ſufficeret ad quantitatem vnius debiti: cautúmque eſt ei ſolutũ ex vniuerſo debito. Quæro, id, quod ſolutum eſt, in quam cauſam acceptũ eſſe videatur? Reſpondi, Si quidem Titio Seius ita cauiſſet, vt ſibi ſolutum ex vniuerſo credito ſignificaret, crediti appellatio ſolius fideicommiſſi pecuniam demonſtrare videtur, non eam pecuniam, quæ petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta repeti nõ poteſt. Cum verò ſeruus Titij actor abſente domino pecuniam ſolueret: ne dominium quidem numorum in eam ſpeciem obligationis, quę habuit auxilium exceptionis, tranſlatũ foret, ſi ex ea cauſa ſolutio facta proponeretur: quia non eſt veriſimile dominum ad eã ſpeciem ſoluendis pecunijs ſeruũ præpoſuiſſe, quæ ſolui non debuerint: nõ magis, quàm vt numos peculiares ex cauſa fideiuſſionis, quam ſeruus non ex vtilitate peculij ſuſcepit, ſolueret.

¶ STICHVM aut Pamphilum, vtrum ego volam, dare ſpõdes? altero mortuo, qui viuit ſolus pe-

tetur: niſi mora facta ſit in eo mortuo, quem petitor elegerit. tunc enim perinde ſolus ille, qui deceſſit, debetur, ac ſi ſolus in obligationem deductus fuiſſet. Quòd, ſi promiſſoris fuit electio, defuncto altero, qui ſupereſt æquè peti poterit. Enimuero, ſi facto debitoris alter ſit mortuus, cum debitoris eſſet electio: quãuis interim non alius peti poſſit, quàm qui ſolui etiã poteſt: neq; defuncti offerri æſtimatio poteſt, ſi forte longe fuit vilior: quoniam id pro petitore in pœnam promiſſoris cõſtitutum eſt. Tametſi alter ſeru9 poſtea ſine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex ſtipulatu agi poterit: cũ illo in tempore, quo moriebatur, non commiſerit ſtipulationem. Sanè, quoniã impunita nõ debent eſſe admiſſa, doli actio non immerito deſyderabitur. aliter quàm in perſona fideiuſſoris, qui promiſſum hominẽ interfecerit: quia tenetur ex ſtipulatu actione fideiuſſor: quemadmodum tenebatur, ſi debitor ſine hærede deceſſiſſet. Aditio hæreditatis nõnunquam iure confundit obligationem: veluti ſi creditor debitoris, vel contrà, ſi debitor creditoris adierit hæreditatem. Aliquando pro ſolutione cedit, ſi forte creditor, qui pupillo ſine tutoris authoritate nůmos crediderat, hæres ei extiterit. non enim, quanto locupletior factus pupillus eſt, conſequetur: ſed inſolidum creditum ſuum ex hereditate retinet. Aliquando euenit, vt inanis obligatio aditione hæreditatis confirmetur. Nam, ſi hæres, qui reſtituit ex Trebelliano hæreditatem, fideicommiſſario hæres extiterit: vel mulier, quæ pro Titio interceſſerat, eidẽ hæres extiterit: incipit obligatio ciuilis propter hæreditatẽ eius, qui iure tenebatur, auxilium exceptionis
» amittere. Etenim interdictũ eſt ſubuenire ſexui mu-
» lieris, quæ ſuo nomine periclitetur. Quod vulgo

factatur, Fideiuſſorem, qui debitori hęres extiterit, ex cauſa fideiuſſoria liberari, toties verũ eſt, quoties plenior rei promittendi obligatio inuenitur: nam ſi reus dũtaxat fuit obligatus, fideiuſſor liberabitur. Et ẽ cõtrario nõ poteſt dici, non tolli fideiuſſoris obligationem, ſi debitor propriam & perſonalẽ habuerit defenſionem: nam, ſi minori x x v annis bona fide pecuniã credidiſti, iſque numos acceptos perdidit, & intra tẽpora in integrum reſtitutionis deceſſit hæréde fideiuſſore: difficile eſt dicere cauſam iuris honorarij, quæ potuit auxilio minori eſſe, retinere fideiuſſoris obligationẽ, quæ principalis fuit, & cui fideiuſſoris obligatio acceſſit ſine contemplatiõe iuris Prætorij. Auxiliũ igitur reſtitutionis fideiuſſori, qui adoleſcẽti hęres extitit, intra conſtitutum tempus ſaluum erit. Naturalis obligatio, vt pecunię numeratione tollitur, ita iuſto pacto vel iureiurãdo ipſo iure tollitur: quia vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur. ideóque fideiuſſor, quem pupillus dedit, ex iſtis cauſis liberari dicitur.

Quæſitum eſt, an iſta ſtipulari quis poſſit, Mihi aut filio meo decem dari? vel ita, Mihi aut patri? Sed nõ incõmode poteſt adhiberi diſtinctiõ, vt, filio quidem ſtipulante, patris tunc adijciatur perſona, cũ ſtipulatio ei acquiri non poſſit. ẽ contrario autem nihil prohibet, patre ſtipulãte, filij perſonã adijci: cũ toties, quod filio pater ſtipulatur, ſibi ſtipulat⁹ intelligatur, cum ipſe ſibi ſtipulatus non eſt. & in propoſito manifeſtum eſt non obligationis, ſed ſolutionis gratia filij perſonam adiectam. Vſumfructum mihi aut Titio dari ſtipulatus ſum. Titio capite diminuto, facultas ſoluendi Titio non intercedit: quia & ſic ſtipulari poſſumus, Mihi, aut Titio, quum capite minut⁹

erit, dari. Nã,& ſi furioſi vel pupilli perſona adiecta
ſit, ita tutori vel curatori pecunia rectè dabitur, ſicu
ti conditionis implendæ cauſa rectè pecunia tuto-
» ri vel curatori datur. quod quidem Labeo & Pega-
» ſus putauerunt vtilitatis cauſa eſſe recipiendum. idq;
que ita recipi poteſt, ſi pecunia in rem vel pupilli vel
furioſi verſa eſt: quomodo, ſi domino dare iuſſus, ſer-
uo dediſſet, vt domino daret. Cęterum, qui ſeruo da-
» re iuſſus eſt, domino dando non aliter impleſſe cõdi-
» tionem intelligendus eſt, quàm ſi ex voluntate ſerui
» dederit. Idem reſpondendũ eſt, ſi ſtipulatus ſit à Sẽ-
pronio ſibi aut Sticho Meuij ſeruo x dari, & debi-
tor Meuio domino pecuniam ſoluerit. Si credi-
tor debitoris hæreditatem ad ſe non pertinentẽ poſ-
ſedit: & tantum ad eum peruenit, quantum, ſi quili-
bet alius bonorum poſſeſſor ei ſolueret, liberaret hæ-
redem: nõ poteſt dici fideiuſſores liberari. neq; enim
ipſum ſibi ſoluiſſe pecuniam credẽdum eſt, à quo hæ-
reditas euincitur. Dolo feciſti, quo minus poſſi-
deres quod ex hæreditate ad alium pertinente ap-
prehenderas. Si poſſeſſor corpus aut litis æſtimatio-
nẽ præſtiterit, ea res tibi proderit: quia nihil petito-
ris intereſt. Cęterum, ſi tu antè cõuentus ex præter-
ito dolo, preſtiteris, nihil ea res poſſeſſori proderit.
Si mãdato meo Titio pecuniam credidiſſes, eiuſmo-
di contractus ſimilis eſt tutori & debitori pupilli, &
ideò mandatore conuento & damnato, quanquam
» pecunia ſoluta ſit, non liberari debitorem ratio ſua-
» det: ſed præſtare debet creditor actiones mandato-
ri aduerſus debitorem, vt ei ſatiſfiat. Et ad hoc perti-
net, tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe compara-
tionem. Nam, cum tutor pupillo tenetur ob id, quòd
debitorẽ eius non conuenit: neq; iudicio cum altero

accepto liberatur alter:nec,ſi damnatus tutor ſolue-rit,ea res proderit debitori. quinetiam dici ſolet,tutelæ contraria actione agendum eſſe, vt ei pupillus aduerſus debitorem actionibus cedat. Si creditor à debitore petens,culpa ſua cauſa ceciderit,propè eſt,vt actione mandati nihil à mandatore conſequi debeat:cum ipſius vitio acciderit, ne mandatori poſſit actionibus cedere. Si inter emptorem & venditorē cōuenerit,priuſquam aliquid ex alterutra parte ſolueretur,vt ab emptiōe diſcedatur:fideiuſſor eo nomine acceptus, ſoluto contractu liberabitur.

PVPILLI debitor tutore delegante pecuniā creditori tutoris ſoluit. Liberatio cōtingit,ſi nō malo conſilio cū tutore habito hoc factū eſſe probetur.ſed interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur,ſi eum conſilium fraudis participaſſe conſtabit.

Si quū pupilla Magiſtratui,qui per fraudem pupillo tutorē dedit,hæres extiterit, & tutores eius cū adoleſcente tranſegerint,eam tranſactionem pupilla ratam habere noluerit:nihilominus tamē erit tutore ſoluente pecuniam,liberata·nec tutores contra adoleſcentem actionem directam nec vtilem habebunt,qui ſuum recuperauit. Planè,ſi adoleſcens pecuniā reſtituere tutori pupillę maluerit,reſciſſo,quod geſtum eſt,actionem vtilem in pupillam hęredē Magiſtratūs accipiet. Soror,cui legatum ab hærede fratre debebatur, poſt motā legati quæſtionem, trāſegit,vt nomine debitoris contenta,legatum non peteret. Placuit, quanuis nulla delegatio facta, neque liberatio ſecuta eſſet, tamen nominis periculum ad eam pertinere. itaque,ſi legatum contra placitum peteret, exceprionem pacti non inutiliter opponi. Cum eodem tempore pignora

duobus contractibus obligatur, pretium eorum pro modo pecuniæ cuiuſque contractus creditor accepto ferre debet: nec in arbitrio eius electio erit, cum debitor pretiũ pignoris ſorti omni ſubiecerit. Quôd, ſi temporibus diſcretis ſuperfluum pignorum obligari placuerit, prius debitum pretio pignorum iure ſoluetur: ſecundo ſuperfluum compenſabitur.

Cum inſtitutus deliberaret, ſubſtituto pecunia per errorem ſoluta eſt. Ad eũ hæreditate poſtea deuoluta, cauſa condictionis euaneſcit: quæ ratio facit, vt obligatio debiti ſoluatur.

CVM ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit, vtriuſque demonſtratione ceſſante, potior habebitur cauſa eius pecuniæ, quæ ſub infamia debetur: mox eius, quæ pœnam continet: tertio, quæ ſub iure hypothecæ vel pignore contracta eſt: poſt hunc ordinẽ potior habebitur propria quàm aliena cauſa, veluti fideiuſſoris. quod veteres ideò definierũt, quòd veriſimile videtur diligentem debitorem admonitũ ita negotium ſuum geſturum fuiſſe. Et, ſi nihil horũ interueniat, vetuſtior cõtractus antè ſoluetur. Si maior pecunia numerata ſit, quàm ratio ſingulorũ expoſcit, nihilominus ex primo cõtractu ſoluto, qui potior erit, ſuperfluum ordini ſecundo vel in totum vel pro parte minuendo videbitur datum.

PAVL. QVI RES SVAS obligauit, poſtea aliquam poſſeſſionem ex his pro filia ſua dotem promittẽdo, obligauit, & ſoluit. Si ea res à creditore euicta eſt, dicendum eſt maritũ ex dotis promiſſione agere poſſe: ác ſi ſtatu liberum vel rem ſub conditione legatã, dotis nomine pro filia pater ſoluiſſet: harũ enim rerum ſolutio non poteſt niſi ex euentu liberare: ſcilicet quo caſu certũ erit remanere eas. Diuerſum

reſpondetur in ea pecunia ſiue re, quam patronus
» poſt mortem liberti per Fauianam aufert. Hæc enim actio, cum ſit noua, partam liberationem non poteſt reuocare. Huic applicatur minor x x v annis, qui à creditore circunſcriptus, in rem ex cauſa debiti ſolutam reſtituitur. Rem autem caſtrẽſis peculij ſoluente patre, perinde accipere debemus, ac ſi alienam dediſſet: quamuis poſſit reſidere apud eũ, cui ſoluta eſt, mortuo prius inteſtato filio. Sed tũc acquiſita creditur, cum filius deceſſerit. Et vtiq; cuius fuerit, euentus declarat. ſicque & hic ex iſs, quæ poſt facta ſunt, in præteritum, quid cuiuſque fuerit, declaratur. Mihi x dari purè, aut Titio Cal. Iul. ſub cõditione: aut Cal. Ianuar. mihi, Titio Febr. vtiliter ſtipulor. Quòd, ſi mihi ſolui Cal. Feb. Titio Calend. Ianuar. poteſt dubitari. ſed rectius dicitur vtiliter ſtipulatum. Nam, cum in diem ſit ea quoq; obligatio, etiã mihi ſolui poteſt ante Cal. Febr. igitur & illi ſolui poterit. Qui ſtipulatur ſibi aut Titio: ſi hoc dicit,
» ſi Titio non ſolueris, dari ſibi: videtur conditionaliter ſtipulari. Et ideo etiam ſic facta ſtipulatione, Mihi x, aut v Titio dari? v Titio ſolutis, liberabitur reus à ſtipulatore. quod ita poteſt admitti, ſi hoc ip-
» ſum expreſſim agebatur, vt quaſi pœna adiecta ſit in perſona ſtipulantis, ſi Titio ſolutum non eſſet. At, vbi ſimpliciter ſibi aut Titio ſtipulatur, ſolutionis tãtum cauſa adhibetur Titius: & ideò v ei ſolutis, remanebunt reliqua v in obligatione. Contrà ſi mihi v, illi x ſtipulatus ſim: v Titio ſolutis, non facit cõceptio ſtipulationis, vt à me liberetur. Porrò, ſi x ſoluerit, non v repetet, ſed mihi per mãdati actionem x debebuntur. Mihi Romæ aut Epheſi Titio dari ſtipulor. an ſoluendo Titio Epheſi, à me libere-

» tur, videamus. Nam, ſi diuerſa facta ſunt, vt Iulian⁹ putat, diuerſa res eſt. Sed, cum præualet cauſa dandi, liberatur. Liberaretur enim, & ſi mihi Stichum, illi Pamphilum dari ſtipulatus eſſem, & Titio Pamphilum ſoluiſſet. At, vbi merum factum ſtipulor, puta inſulam in meo ſolo ædificari, aut in Titij loco: nunquid, ſi in Titij loco ædificet, non contingat liberatio? Nemo enim dixerit factũ pro facto ſoluto, liberationem contingere. Sed verius eſt liberationem contingere: quia non factum pro facto ſoluere videtur, ſed electio promiſſoris cõpletur. Si ſeruus fructuarius ex re fructuarij domino proprietatis aut vſufructuario ſtipuletur, inutilis eſt ſtipulatio. At, ex re proprietarij ſi ipſi domino aut fructuario ſtipuletur, rectè ſtipulatur. Tantum enim ſolutionis capax eſt fructuarius hoc caſu, non etiam obligationis.

Aream promiſi alienam. in ea dominus inſulam ædificauit. an ſtipulatio extincta ſit, quæſitũ eſt. Re» ſpõdi. Si alienum hominem promiſi, & is à domino » manumiſſus eſt, liberor: nec admiſſum eſt: quod Cel» ſus ait: ſi idem rurſus lege aliqua ſeruus effectus ſit, peti eum poſſe. In perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non poteſt: &, ſi ſeruus effectus ſit, alius videtur eſſe. Nec ſimili argumẽto vſus eſt, ſi nauem quam tu promiſiſti, dominus diſſoluerit, deinde eiſdem tabulis compegerit, teneri te. hic enim eadem nauis eſt, quam te daturum ſpopondiſti: vt videatur magis obligatio ceſſare, quàm extincta eſſe. Homini autem manumiſſo ſimile fiet, ſi ea mente diſſolutã eſſe nauem apparuerit, vt in alios vſus cõuerterentur tabulæ, deinde mutato conſilio eadem compoſita ſit. alia enim videbitur eſſe poſterior nauis: ſicut ille alius homo eſt. Non eſt is ſimilis area, in qua ædi-

ficium impoſitum eſt· non enim deſijt area in rerum natura eſſe: imò & peti poteſt area, & æſtimatio eius ſolui debebit · Pars enim inſulæ area eſt, & quidem maxima: cui etiam ſuperficies cedit. Diuerſum dicemus, ſi ſeruus promiſſus, ab hoſtibus captꝰ eſt· hic enim interim peti non poteſt, quaſi ante diē. ſed, ſi redierit poſtliminio, rectè tunc petetur· ceſſauit enim hic obligatio: area autem extat, ſicut cætera, ex quibus ædificium conſiſtit. Denique lex XII. TAB. tignum ædibus iniūctum vendicari poſſe ſciſcit, ſed interim id ſolui prohibuit, pretiúmque eius dari voluit.

99 PAVLVS reſpondi creditorem non eſſe cogendum in aliam formā numos accipere, ſi ex ea re dānum aliquod paſſurus ſit. PAVL.

100 QVAERO, AN CVRATORIBVS vel tutoribus in prouincia datis, Romæ pecunia ſolui poſſit, quæ in prouincia ita ab his fœnerata eſſet, vt Romæ ſolueretur, cum ijdem curatores vel tutores rerum Italicarum adminiſtrationem non ſuſtinerent? an, ſi ſoluerit debitor, liberetur? Paulus reſpondi tutoribus ijs vel curatoribus rectè pupillo pecuniam debitam ſolui, qui negotia eius adminiſtrant. eos autem, qui prouincialium rerum curatores vel tutores ſunt, Italica negotia adminiſtrare non ſolere: niſi ſpecialiter tutores prouincialium rerū, vt res ſibi Romæ redderentur, promitti curauerunt.

101 PAVLVS reſpondi non ideò eos, qui virilem portionē ex cauſa fideicommiſſi inferre debuerant, liberatos videri, quoniam quidā ex collegis per errorē plus debito intulerūt. Paulus reſpōdi aliā cauſam eſſe debitoris ſoluētis: aliā creditoris pignꝰ diſtrahentis· Nā, cū debitor ſoluit pecuniam, in poteſtate eius

eſſe, commemorare, in quam cauſam ſoluerit. Cũ autem creditor pignus diſtraheret, licere ei pretium indè acceptum referre etiam in eam quantitatem, quæ natura tantum debebatur: & ideò deducto eo debitum peti poſſe.

SCAEV. 102 CREDITOR oblatam à debitore pecuniam, alia die acceptur⁹ diſtulit: mox pecunia, quia illã reſpub. vtebatur, quaſi ἱερανος, iuſſu Præſidis ſublata eſt. Item pupillaris pecunia, vt poſſit idoneis nominibus credi, ſeruata, ita interẽpta eſt. Quæſitum eſt, cuius detrimentum eſſet. Reſpondi ſecundũ ea, quæ proponerentur, nec creditoris nec tutoris detrimentum eſſe. Cum de ſorte debita conſtaret, & de vſuris litigatum eſſet, nouiſſime ex appellatiõe pronuntiatum eſt ſolutas quidem vſuras non repeti, in futurum verò non deberi. Quęro, pecunia data vtrũ vſuris cedere deberet, quod petitor defenderet: an verò ſorti proficeret? Reſpondi, ſi is, qui dabat, in ſortem ſe dare dixiſſet, vſuris non debere proficere.

Valerius L. Titij ſeruus ſcripſit, Accepi à Mario Marino ex ſumma maiore tot aureos. Quæro, an hęc ſumma in proximum annũ ei accepto ferri debeat, cum ſuperioris anni ſit reliquator? Reſpõdi videri in primam magis, quàm in ſupremam ſummam, liberationem proficere. Titius mutuam pecuniam accepit, & quincunces vſuras ſpopondit, eáſque paucis annis ſoluit: poſtea nullo pacto interueniẽte, per errorem & ignorantiã ſemiſſes vſuras ſoluit. quæro, an, patefacto errore, id quod amplius vſurarum nomine ſolutũ eſſet, quàm in ſtipulatum deductum, ſortem minueret? Reſpondi, ſi errore plus in vſuris ſoluiſſet, quàm deberet, habendam rationem, in ſortẽ, eius, quod amplius ſolutum eſt.

103 CVM EX pluribus cauſis debitor pecuniam ſol- NERA.
» uit, Iulianus elegantiſſime putat ex ea cauſa eum ſol-
» uiſſe videri debere, ex qua tūc, cum ſoluebat, compel-
li poterat ad ſolutionem.

104 ANTE RESTITVTAM hæreditatem ſo-
lutiones & liberationes factæ ab hærede ratæ omni-
no habebuntur.

105 QVOD DICIMVS in hærede, Fideiuſſori te- PAVL.
ſtatoris id, quod ante aditam hæreditatem ab eo ſolu-
tum eſt, debere ſtatim ſoluere. cum aliquo ſcilicet tē-
peramento temporis intelligendum eſt: nec enim cū
ſacco adire debet.

106 ALIVD eſt iure ſtipulationis Titio ſolui poſſe: CAIVS
aliud poſtea permiſſu meo id contingere. Nam, cui iu-
» re ſtipulationis recte ſoluitur, ei etiam prohibēte me
» recte ſolui poteſt. cui vero aliâs permiſero ſoluere, ei
nō recte ſoluitur, ſi prius, quàm ſolueretur, denūtia-
uerim promiſſori, ne ei ſolueretur.

107 VERBORVM obligatio aut naturaliter reſol- POMP.
uitur, aut ciuiliter. Naturaliter, veluti ſolutione, aut
cum res in ſtipulationem deducta, ſine culpa promiſ-
ſoris in rebus humanis eſſe deſijt. Ciuiliter, veluti ac-
ceptilatione, vel cum in eandem perſonam ius ſtipu-
lantis promittentíſque deuenit.

108 EI, QVI mandato meo poſt mortem meam ſti- PAVL.
pulatus eſt, recte ſoluitur; quia talis eſt lex obligatio-
nis. ideóque etiam inuito me recte ei ſoluitur. Ei au-
tem, cui iuſſi debitorem meum poſt mortem meā ſol-
» uere, non recte ſoluitur: quia mandatum morte diſ-
ſoluitur.

DE ACCEPTILATIONIBVS.

MOD. Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtrique contingit ab eodem nexu abſolutio.

VLP. PVPILLVM per acceptilationẽ etiã ſine tutoris authoritate liberari poſſe placet.

PAVL. PER PROCVRATOREM nec liberari nec liberare quiſquam acceptilatione ſine mãdato poteſt.

POMP. ACCEPTILATIO ſub conditione fieri nõ poteſt.

VLP. IN DIEM acceptilatio facta nullius momenti eſt· nam ſolutionis exẽplo acceptilatio ſolet liberare.

PLVRIBVS ſtipulationib⁹ factis, ſi promiſſor ita accepto rogaſſet, Quod ego tibi promiſi, habéſne acceptũ? ſi quidẽ apparet quid actũ eſt, id ſolúm per acceptionẽ ſublatũ eſt. Si non apparet, omnes ſtipulatiões ſolutæ ſũt: dũmodo illud ſciam⁹, ſi ego aliud accepto tuli, aliud tu rogaſti, nihil valere acceptilationẽ.

SANE ET ſic acceptilatio fieri poteſt, Accepta facis x? ſi ille reſpondet, Facio.

AN INVTILIS acceptilatio vtile habeat pactũ, quæritur? Et, niſi in hoc quoque cõſenſum eſt, nõ habet pactũ. Dicet aliquis, Poteſt ergò non eſſe cõſenſus? Cur non poſſit? Fingamus eum, qui accepto ferebat, ſcientẽ prudentémque nullius eſſe momenti acceptilationẽ, ſic accepto tuliſſe: quis dubitat non ineſſe pactum, cũ cõſenſum paciſcendi non habuerit?

Seruus cõmunis ſicut vni ex dominis ſtipulari poteſt, ita etiam acceptũ rogare vni ex dominis poteſt: eúmque inſolidũ liberat. & ita Octauenus putat. Accepto liberare ſeruus cõmunis alterũ ex dominis

" etiã ab altero domino poteſt·Id enim & Labeoni pla- VLP.
" cuit. Deniq; Labeo lib. Epitomarũ ſcribit, ſi à primo domino, ſecundo domino ſocio tuo ſtipulatus fuerit, poſſe & à ſecũdo accepto rogare, & per acceptilationem primum liberare, quẽ ipſe obligauerat: & ſic fieri, vt per vnũ atque eundẽ ſeruũ & cõſtituatur & tollatur obligatio. Acceptũ fieri non poteſt, niſi quod ver-
" bis obligatũ eſt· Acceptilatio enim verborum obliga-
" tionẽ tollit: quia & ipſa verbis fit· Neque enim poteſt
" verbis tolli, quod non verbis contractum eſt. Filiuſfam. promittendo patrem ciuiliter nõ obligat: ſed ſe obligat. propter quod accepto rogare filiuſfam. poteſt, vt ſe liberet: quia ipſe obligatus eſt. Pater autem acceptum rogando nihil agit: cum non ſit ipſe obligatus, ſed filius. Idem erit & in ſeruo dicendũ· Nam & ſeruus accepto liberari poteſt, & tolluntur etiam honorariæ obligationes, ſiquæ ſunt aduerſus dominum: quia hoc iure vtimur, vt iuris gẽtium ſit acceptilatio:
" & ideò puto & græcè acceptũ fieri poſſe, dummodo
" ſic fiat, vt latinis verbis ſolet.

PARS ſtipulationis accepto fieri poteſt, nõ tantum, ſi ſic dicat, Ex numis x, quos tibi promiſi, v habéſne acceptos? ſed & ſi ſic, Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habéſne acceptum? PAVL.

SED, ET ſi non numerata pecunia, ſed certũ corpus, veluti homo in ſtipulationẽ deductus eſt, poteſt ex parte acceptilatio fieri: quomodo & vni ex hæredibus acceptum fieri poteſt. POMP.

" SPECIES acquirẽdi eſt, liberare dominum ab obligatione. & ideò fructuarius quoque ſeruus liberare, acceptum rogãdo, fructuariũ poteſt: quia ex re ei⁹ videtur ei acquirere. Sed & ſi vſũ tantũ habem⁹, idem fiet. Idémque dicemus & in eo, qui bona fide PAVL.

nobis ſeruit, & in cæteris, qui noſtro iuri ſubiecti ſunt. Sed, & ſi ſeruo, quod ipſe mihi promiſit, acceptum fecero: inutiles mihi erunt aduerſus dominum honorariæ actiones, quæ de peculio vel de in rem verſo dantur. Si ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem acceptum rogaſſet, quod defunctus mihi promiſerit, verius puto contingere liberationem: vt per hoc hæreditas ipſa liberetur. Sed, & ſi dominus apud hoſtes ſit, dicendum eſt iure poſtliminij confirmari acceptilationem. Nam & ſtipulari ei, qui apud hoſtes eſt, ſeruus poteſt.

POMP. QVOD IN DIEM vel ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poteſt. ſed ita id factum apparebit, ſi conditio ſtipulationis extiterit, vel dies venerit.

VLP. ET PER iuſiurandum liberti interpoſitã operarum obligationem, per acceptilationem tolli verius eſt. Si id, quod in ſtipulationem deductũ eſt, diuiſionem non recipiat: acceptilatio in partem, nullius erit momenti: vtputa ſi ſeruitus fuerit prædij ruſtici vel vrbani. Plane, ſi vſuſfructus ſit in ſtipulatum deductus, puta fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri, & erit reſiduæ partis fundi vſuſfructus. Si tamen viam quis ſtipulatus ſit, & acceptum iter vel actum fecerit, iſta acceptilatio nullius erit momenti. Hoc idem eſt probandum, ſi actus fuerit acceptolatus. Si autem iter & actus accepto fuerit latus, conſequens erit dicere liberatum eum, qui viam promiſit. Illud certum eſt, eum, qui fundum ſtipulatus, vſumfructũ vel viam accepto faciat, in ea eſſe cauſa, vt acceptilatio eius nõ valeat. Qui enim accepto facit, vel totum, vel partem eius, quod ſtipulatus eſt, debet facere. hæc autem partes non ſunt: non magis, quàm ſi

quis domum ſtipulatus, accepto ferat cementa, vel feneſtras, vel parietem, vel diætam. Siquis vſumfructum ſtipulatus, vſum accepto tulerit: ſi quidem ſic tulerit acceptum, quaſi ex vſu debito: liberatio nõ cõtinget. ſi verò quaſi ex vſufructu: cum poſſit vſus ſine fructu conſtitui, dicendum eſt acceptilationem valere. Si is, qui hominem ſtipulatus eſt, Stichum accepto tulerit, Iulianus lib. I I I I Digeſt. ſcripſit acceptilationem aliquid egiſſe, tuliſſéque totam obligationẽ. Quod enim inuito ſtipulatore promiſſor ſoluere poteſt, id & acceptolatum liberationẽ pariet. Eum, qui fundum ſtipulatus eſt, non poſſe de dolo malo clauſulam accepto ferre conſtat. Non enim in partem debiti id conſtitit: & aliud eſt, quod debetur, aliud, quod accepto fertur. Si Stichum aut X ſub conditione ſtipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente cõditione Stichus deceſſerit, X in obligatione manebunt: perinde, àc ſi ea acceptilatio interpoſita non fuiſſet. Et, ſi fideiuſſori accepto fuerit latum, cũ reus re, non verbis fuiſſet obligatus: an reus quoque liberetur? Et hoc iure vtimur, vt, licet reus nõ ſit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiuſſorem liberetur. Si legatorum ſub conditione relictorum fideiuſſori dato acceptolatum ſit: legata debebuntur, poſtea conditione eorum exiſtente. Qui ita ſtipulatur à fideiuſſore, Quod Titio credidero, fide tua eſſe iubes? deinde antè, quàm crederet, acceptum fecit fideiuſſori: reus non liberabitur: ſed, quandocunque ei creditum fuerit, tenetur. Nam, etſi fideiuſſorem non antè liberatum eſſe credimus, quàm cum fuerit creditum reo: non tamen reus antiquiore acceptilatione quàm obligatio ei⁹ eſt, liberari potuit. Tutor & curator furioſi vel prodigi acceptum ferre non

poſſunt. nec procurator quidem poteſt facere accepꝰtum. ſed hi omnes debent nouare. poſſunt enim & ſic acceptū facere. Nec his quidem acceptum fieri poteſt: ſed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationem. Nam & in abſentium perſona hoc remediū vti ſolemus: ſtipulamur ab aliquo nouādi cauſa, quod abſens nobis debet: & ita accepto liberamus eum, à quo ſtipulati ſumꝰ. ita fiet, vt abſens nouatione, præſens acceptilatione liberetur. Hæres quoque & liberare & liberari accepto poteſt, & honorarij ſucceſſores. Ex pluribus reis ſtipulandi, ſi vnus acceptum fecerit, liberatio contingit inſolidum.

PAVL. NISI conſentiat acceptilatio cum obligatione, & niſi verum eſt, quod in acceptilatione demonſtratur: imperfecta eſt liberatio: quia verbis ea demum verba perſolui poſſunt, quæ inter ſe congruunt.

POMP. SI IS, QVI Stichum promiſit, ita interroget, Quòd Stichum promiſi, Stichum & Pamphilum habésne acceptum? puto rectè acceptolatum, & pro ſuperuacuo Pāphili mentionē factam: quemadmodū, ſi is, qui x promiſit, ita interroget, Quòd tibi x promiſi, x x habésne accepta? etiā x nomine erit liberatꝰ.

VLP. SI EX pluribꝰ obligatis vni accepto feratur, nō ipſe ſolus liberatur, ſed & ij, qui ſecū obligantur. Nā, cū ex duobus pluribúſve eiuſdem obligationis participibus vni accepto fertur, cæteri quoque liberātur: nō, quoniam ipſis acceptolatum eſt, ſed, quoniam velut ſoluiſſe videtur is, qui acceptilatione ſolutus eſt. Si iudicati fideiuſſor ſit datus & acceptꝰ, eique acceptolatum ſit, liberabitur & iudicatus.

IVL. QVI HOMINEM aut x ſtipulatus eſt, ſi v accepto fecerit, partem ſtipulationis peremit: & petere v aut partem hominis poteſt.

ET VNO ex pluribus cōtractibus vel certis vel incertis, vel quibuſdā, exceptis cæteris, & omnib9 ex cauſis vna acceptilatio & liberatio fieri poteſt. Eius rei ſtipulatio, quam acceptilatio ſequatur, à Gallo Aquilio talis expoſita eſt, Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet oportebit, præſens in diémve, quarūcunque rerum mihi tecū actio, quæque aduerſus te petitio: vel aduerſus te perſecutio eſt eritve: quódve tu meum habes, tenes, poſſides: quāti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aul. Augerius. ſpopondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aul. Augerio promiſit ſpopōdit, id habésne acceptum, Numerius Nigidius Aul. Augeriū rogauit. Aul. Augerius Numerio Nigidio acceptum fecit. FLOR.

SI ACCEPTOLATVM fuerit ei, qui non verbis, ſed re obligatus eſt: non liberabitur quidem, ſed exceptione doli mali vel pacti cōuenti ſe tueri poteſt. Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt, quòd acceptilatione omnimodo liberatio cōtingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non aliâs quàm ſi pecunia ſoluta ſit. VLP.

SI ACCEPTO fuerit lata ob rem iudicatam clauſula, Marcellus ait cæteras partes ſtipulatiōis euanuiſſe: propter hoc enim tantum interponitur, vt res iudicari poſſit.

SI SVB conditione legatum mihi datū, nouandi cauſa ſtipulatus ſim, & ante exiſtentem conditionem acceptum fecero, Nerua filius ait, etiam, ſi conditio extiterit, neque ex teſtamento competituram actionem, quia nouatio facta ſit: neque ex ſtipulatu, quia acceptilatione ſoluta ſit. VENV.

SERVVS NEC iuſſu domini acceptum face- CAIVS

re poteſt.

IAB. SI EGO tibi acceptum feci, nihilo magis ego à
» te liberatus ſum. Paulus, Imò cum locatio, cōductio,
emptio, venditio; conuentione facta eſt, & nondum
res interceſſit: vtrique per acceptilationem, tametſi
ab alterutra parte dúntaxat interceſſit, liberantur
obligatione.

DE PRAETORIIS STIPVLATIONIBVS.

VLP. PRAETORIARVM ſtipulationũ tres
» videntur eſſe ſpecies, Iudiciales, Cautio-
» nales, Cōmunes. Iudiciales eas dicimus,
» quæ propter iudicium interponuntur,
vt ratum fiat. vt iudicatum ſolui: & ex
» operis noui nũtiatione. Cautionales autem ſunt, quæ
» inſtar actionis habent, & vt fiat nouatio, intercedũt.
vt de legato ſtipulatio, & de tutela, & ratam rem ha-
» beri, & damni infecti. Communes ſunt ſtipulationes,
» quæ fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. Et ſciendum eſt om-
» nes ſtipulatiões natura ſui cautionales eſſe. hoc enim
agitur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit & ſecu-
rior interpoſita ſtipulatione. Stipulationũ iſta-
» rum Prætoriarum quædam ſunt, quæ ſatiſdationem
» exigunt: quædam quæ nudam repromiſſionem. ſed
perpaucæ ſunt, quæ nudam repromiſſionem habent;
quibus enumeratis apparebit cæteras non eſſe repro-
miſſiones, ſed ſatiſdationes. Stipulatio itaque ex ope-
ris noui nuntiatione aliâs ſatiſdationem, aliâs repro-
miſſionem habet. Ex qua igitur operis noui nuntia-
tione ſatiſdari oporteat, & quemadmodum ſatiſde-
tur, videamus. Nanque de eo opere, quod in priuato

factum erit, ſatiſdari, de eo, quod in publico, repromitti oportet. Sed & ij quidem, qui ſuo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, ſatiſdant. Item ex cauſa damni infecti interdum repromittitur: interdum ſa» tiſdatur. Nam, ſiquid in flumine publico fiat, ſatiſ» datur: de ædibus autem repromittitur. Stipulatio duplæ, repromiſſo eſt, niſi conuenerit, vt ſatiſdetur.

Quòd, ſi ſit aliqua controuerſia, vtputa, ſi dicatur per calumniam deſiderari, vt ſtipulatio interponatur: ipſe Prætor debet ſuper ea re ſummatim co» gnoſcere, & cauere iubere, aut denegare. Sed, & ſi» quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in ſtipulatione oporteat, Prætoriæ erit iuriſdictionis.

PRAETORIAE ſtipulationes aut rei reſtitutionem continent, aut incertam quantitatē: ſicut ſtipu» latio ex operis noui nuntiatione, qua cauetur, vt opus » reſtituatur. ideóque ſiue actor ſiue reus deceſſerit plu» ribus hæredibus relictis, vno vincente vel victo, totū opus reſtitui debebit. Quādiu enim aliquid ſupereſt, non poteſt videri opus reſtitutum. Incertam quantitatem continet ſtipulatio iudicatum ſolui, & rem ratam dominū habiturum, & damni infecti, & his ſi» miles: in quibus reſpondetur ſcindi eas in perſonas hæredum. quāuis poſſit dici ex perſona hæredū promiſſoris non poſſe deſcendentem à defuncto ſtipulationem, diuerſam conditionem cuiuſque facere. At in contrarium ſumma ratione fit, vt vno ex hæredib9 ſtipulatoris vincente, in partem eius committatur ſti» pulatio. hoc enim facere verba ſtipulationis, Quanti ea res eſt. Sed, & ſi vnus ex hæredibus promiſſoris totam rem poſſideat, inſolidum eum damnandum Iu» lianus ſcribit. In quātum autem ipſe ea ſtipulatione, vel fideiuſſores, & an omnino teneantur, dubitari po»

PAVL.

teſt. Et videndum eſſe ait, ne non committatur. Sed, ſi lite conteſtata poſſeſſor deceſſerit: vnum ex hæredib9 non maiore ex parte damnandum, licet totum fundum poſſideat, quàm ex qua hæres eſt.

PAVL. GENERALITER in omnibus Prętorijs ſtipulationibus & procuratorijs ſatiſdatur.

PRAETORIAE ſtipulationes ſæpius interponuntur, cum ſine culpa ſtipulatoris cautū eſſe deſijt.

IN OMNIBVS Prætorijs ſtipulationibus hoc obſeruandum eſt, vt, ſi procurator meus ſtipuletur: mihi causa cognita ex ea ſtipulatione actio competat. Idem eſt &, cum inſtitor in ea cauſa eſſe cœperit, vt interpoſita perſona eius dominus mercis remanſurus ſit, veluti bonis eius venditis· Succurrere enim domino Prætor debet.

IN OMNIBVS Prætorijs ſtipulationibus, in quibus fieri primo aliquid conuenit, deinde, ſi factū non ſit, pœnam inſerimus: pœnæ nomine ſtipulatio committitur.

PRAETORIAE ſtipulationes perſonas deſyderant pro ſe interuenientiū. Et neque pignorib9 quis, neque pecuniæ vel auri vel argenti depoſitione in vicem ſatiſdationis fungitur.

PAVLVS notat, Qui ſub conditione inſtitutus eſt, agnita bonorumpoſſeſſione cogitur ſubſtituto in diem cauere longiorem· Prætor enim beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum: & poteſt videri calumnioſè ſatis petere, quem alius antecedit. Cū ſub contrarijs cōditionibus Titio & Meuio legatum ſit, vtrique cauetur: quia vterque ex voluntate defuncti ſperat legatum.

VEN. IN PRAETORIIS ſtipulationibus ſi ambiguus ſermo acciderit, Prætoris erit interpretatio·

Eius etenim mens æſtimanda eſt.

» VALERIANVS reſpondit, Si Præſes, qui ante in triennium caueri iuſſerat, poſtea in lõgum tempus caueri præceperit, quia à prima ſtipulatione prorſus diſcedi voluerit: exceptionem primæ ſtipulationis obligatis peperiſſe videtur. VLP.

IN EIVSMODI ſtipulationibus, quæ, quanti ea res eſt, promiſſionem habent, commodius eſt certam ſummam comprehendere: quoniam plerunque difficilis probatio eſt, quanti cuiuſque interſit: & ad exiguam ſummam deducitur. VEN.

REM PVPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE.

C VM PVPILLO rem ſaluam fore ſatiſdatum ſit, agi ex ea tunc poteſt, cum & tutelæ poteſt. PAVL.

SI PVPILLVS abſens ſit, vel fari nõ poſſit, ſeruus eius ſtipulabitur. VLP.
» ſi ſeruũ nõ habeat, ſeruus ei emendus eſt. ſed, ſi nõ ſit, vnde ematur, aut, ſi nõ ſit expedita emptio, profectò dicem⁹ ſeruũ publicũ apud Prætorẽ ſtipulari debere.
» AVT dare aliquem Prætor debet, cui caueatur: NON, quaſi ipſo iure pupillo acquirat· neque enim pupillo acquirit: ſed, vt vtilis actio ex ſtipulatu pupillo detur. Cauetur autem pupillo hac ſtipulatione per ſatiſdationem. Illud ſciendum eſt, hac ſtipulatione teneri tam eum, qui tutor eſt, quàm eum, qui pro tutore negotia geſſit, vel gerat, vel fideiuſſores eorum. Sed enim, qui non geſſit, omnimodo non tenebitur· nam nec actio tutelæ eum, qui non geſſit, tenet· ſed vtili actione conueniendus eſt, quia ſuo

periculo ceſſauit. Et tamē ex ſtipulatu actione neque ipſe, neque fideiuſſores eius tenebuntur. Compellendus igitur erit ad adminiſtrationem, propterea, vt ſtipulatione quoque iſta poſſit teneri. Hāc ſtipulationem placet finita demum tutela committi, & fideiuſſoribus diem exinde incipere cedere. In curatorib9 aliud eſt. Sed & in eo, qui pro tutore negotia geſſit, aliud dicendum eſt. Itaque iſtæ ſtipulationes, ſi quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committuntur. ſi verò pro tutore negotia geſſit; conueniens eſt dicere, ſtatim, atque quæque res ſalua non eſſe cœpiſſet, committi ſtipulationem. Si tutor ab hoſtibus captus ſit, an cōmittatur ſtipulatio, videamus. Mouet, quia finita tutela eſt, licet recuperari ſperetur. Et puto poſſe agi. Generaliter ſciendum eſt, Ex quibus cauſis diximus tutelæ agi non poſſe, ex eiſdem cauſis nec ex ſtipulatu rem ſaluam fore agi poſſe dicendum eſt. Si quis curator datus non geſſerit curam, conſequens erit dicere ſtipulationem non committi. ſed eadem hic erunt dicenda, quæ in tutore diximus. Illud ſec9, quòd hæc ſtipulatio ſtatim, atque quid ſaluum eſſe
» deſinit, committitur, & fideiuſſoribus dies cedit, ſed in ſe reuoluitur. Pertinet autem hęc ſtipulatio ad omnes curatores datos ſiue puberibus, ſiue impuberib9 propter ætatis infirmitatem: ſiue prodigis, ſiue furioſis, vel quibuſdam alijs, vt fieri aſſolet, dati ſint.

PAVL. SI FILIVS, qui in poteſtate furioſi erit, rem
» ſaluam fore ſtipuletur, acquirit patri obligationem.

CAIVS SERVVM pupilli ita ſtipulari neceſſe eſt, ſi pupillus abeſt, aut fari nō poteſt. Nam, ſi præſens ſit, & fari poſſit, etiam ſi eius ętatis erit, vt nō intelligat, quid agat: tamen propter vtilitatem receptum eſt rectè eum ſtipulari & agere.

DATIVVS vel teſtamentarius tutor ſiue curator nō petet ſatis à collega ſuo, ſed offerre ei poterit, vtrum ſatis accipere velit, an ſatiſdare. MOD.

ET, SI ad ſpecies curator datus ſit, rem ſaluam fore ſtipulatio interponetur. VLP.

CVM PVPILLVS à tutore ſtipulatur rem ſaluam fore, non ſolùm, quæ in patrimonio habet, ſed etiam, quæ in nominibus ſunt, ea ſtipulatione videntur contineri. Quod enim in tutelæ iudicium venit, hoc & in ea ſtipulatione continetur. POMP.

SI POSTEA quàm pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in reſtituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum eſt & fructuum nomine & vſurarum medij temporis tã fideiuſſores eius quàm ipſum teneri. AFR.

CVM REM ſaluam fore pupillo cauetur, committitur ſtipulatio, ſi, quod ei ex tutela dari fieri oportet, non præſtetur. Nam, & ſi res ei ſalua ſit, ob id nō eſt ſalua, quia, quod ex tutela dari fieri oportet, non ſoluitur. NER.

SI PLVRES fideiuſſores à tutore pupillo dati ſunt, non eſſe diſtinguendum, ſed in vnum dandam actionem, ita, vt ei, qui conuenitur, actiones præſtentur. Nec quiſquam putauerit à iure diſceſſum, poſtquam pro ea parte placuit tutores condemnari, quã adminiſtrauerint: & ita demum in ſolidum, ſi res à cæteris non ſeruetur, & ideò ſic in eo culpa detegatur, quòd ſuſpectũ facere ſuperſederit. Nanque ęquitas arbitrij, atque officium boniviri videtur eam formam iuris deſideraſſe. Cæterum fideiuſſores ciuiliter inſolidum obligari, cæteris quidem agentibus, vt diuidatur actio impetrare poſſunt. pupillo verò agente, qui non ipſe contraxit, ſed in tutorem incidit, & PAVL.

ignorat omnia, beneficium diuidendæ actionis iniuriam habere viſum eſt: ne ex vna tutela cauſæ plures variǽque quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituerentur.

IVDICATVM SOLVI.

PAVL. IN STIPVLATIONE iudicatũ ſolui, poſt rem iudicatam ſtatim dies cedit, ſed exactio in tempus reo principali indultum differtur.

CVM LITE mortua, nulla res ſit, ideò conſtat fideiuſſores ex ſtipulatu iudicatum ſolui non teneri.

VLP. SI QVIS ad aliquem iudicẽ iturus, ſtipulatus eſt iudicatum ſolui, & egit apud alterum, non committitur ſtipulatio: quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderunt. Stipulationem iudicatum ſolui & procurator & tutor & curator ſtipulari poſſunt. Procuratorem autem eum accipere debemus, cui mandatum eſt, ſiue huius rei tantum mandatum ſuſceperit, ſiue vniuerſorum bonorum. Sed, & ſi ratũ fuerit habitũ, procurator videtur. Sed, & ſi fortè ex liberis vel ex parentibus aliquis interueniat, vel vir vxoris nomine, à quibus mandatum non exigitur: an committatur ſtipulatio, quæritur? Magiſque erit, ne committi debeat: niſi fuerit ei mandatum, vel ratum habitum: quòd enim eis agere permittitur edicto Prætoris, non facit eos procuratores. Itaque, ſi talis perſona interueniat, ex integro erit cauendum. Sed, quod de tutore diximus, ita accipiendum eſt, vt, ſi is fuerit, qui tutelam adminiſtrabat, ſed, cum tutor non eſſet: tutoris appellatione eum non contine-

ri. Sed, & ſi quidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negotia adminiſtret, vel dum ignorat, vel alia ex cauſa: dicendum erit non committi ſtipulationem. Nam edicto Prætoris illi tutori ius agendi, ſtipulandique » facultas datur, cui à parente, maioréve parte tuto- » rum, vel, cuius de ea re iuriſdictio fuerit, tutela per- » miſſa erit. Sed & curatorem accipiemus furioſi vel furioſæ item pupilli pupillæve, cæterorúmque curatores, adoleſcentis puta vel alterius, cuius curator ſit, committi puto ſtipulationem. Si tutor eſſe proponeretur regionis alicuius vel prouinciæ vel rerum Italicarum, conſequens erit dicere ſtipulationem ita demum committi, ſi ex ea cauſa ageretur, quæ ad adminiſtrationem earum pertinebat. Si reus, poſtquã iudicatum ſolui promiſit, abſens factus ſit: an ſtipulatio committatur ob rem non defenſam quæritur? Magíſque eſt, vt committatur, ſi nemo eum defendat. Ob rem non defenſam ſtipulatio non commit- » titur, quandiu poterit exiſtere, qui eum defendat. »

Si plures fuerint fideiuſſores: poſteaquàm cum vno lis conteſtata eſt, ex clauſula ob rem non defenſam ipſe reus poterit ſuſcipere defenſionem:

IS AVTEM, cum quo actum fuerit, abſolui debet. IVL.

IAM tamẽ fideiuſſore, qui iudicium acceperat, damnato, fruſtra defenſionẽ reus ſuſcipit. Cæterùm, & ſi ſolutum fuerit poſtea, quàm iudicatum eſt: repetitionem conſtituemus eius, quod ſolutum eſt. Vnus ex fideiuſſoribus vel hæredibus pluribus, alio ceſſante, ſuſcipere defenſionem poteſt. In hac ſtipulatione, quia plures cauſæ ſunt vna quantitate concluſæ: ſi committatur ſtatim ſtipulatio ex vno caſu, amplius ex alio committi non poteſt. VLP.

Nunc videamus, qualis defenſio exigatur, ne cõmittatur ſtipulatio, & quarũ perſonarum. Et, ſiquidẽ ex perſonis enumeratis, in defenſionẽ quis ſuccedat: palàm eſt rectè rẽ defẽdi, nec cõmitti ſtipulationẽ. ſi verò extrinſecꝰ perſona defenſoris interueniat, æquè ſtipulatio non committetur: ſi modo ille paratus ſit rem boni viri arbitratu defẽdere, hoc eſt ſatiſdare. ſic enim videtur defendere, ſi ſatiſdet. Cæterum, ſi ſimpliciter paratus ſit interuenire, nec admittatur: committetur iſta ſtipulatio ob rem non defenſam. Quòd, ſi quis eum vel cum ſatiſdatione vel ſine ſatiſdatione admiſerit, conſequens erit dicere ſtipulationis iſtius nullam partem committi: quia ſibi imputare debet, qui talem defenſorẽ admiſit. Si ex fideiuſſoribus, qui iudicatum ſolui cauerant, exiſtat defenſor: placuit ob rem iudicatam ſtipulationem non cõmitti: cęteráque eadẽ eſſe atque, ſi extraneus defenſor exiſtat. In hac ſtipulatione hoc tractatur, an ij, qui fideiuſſerant, ſi defenſionem omiſerint, mandati iudicio teneãtur. & hoc eſt verius, non teneri. hi enim in quantitatem interuenerunt, & hoc illis fuit mandatum: non in defenſionem. Quid tamen, ſi & ipſi hoc ſibi aſſumpſerint, vt defendant? an mãdati poſſint agere? Et, ſi quidem victi ſint, vtique, quod ob rem iudicatam præſtiterunt, conſequentur. ſumptus tamen litis minimè petent. ſin autem obtinuerint, poterũt ſumptus litis conſequi, quaſi iuxta mandatum, etſi non mandatũ fuerit. Si tamen plures fideiuſſores defendere fuerint parati, videamus vtrum vnum defenſorẽ debeant dare: an verò ſufficiat, vt vnuſquiſque eorum pro parte ſua defendat, vel defenſorem ſubſtituat. Et magis eſt, vt, niſi vnum dent procuratorem deſiderante ſcilicet hoc actore: committatur ſtipulatio ob rẽ

non defenſam. Nam & plures hæredes neceſſe habebunt vnum dare procuratorem: ne defenſio per plures perſonas ſciſſa, incommodo aliquo afficiat actorẽ. Aliud eſt in hæredibus actoris: quibus neceſſitas nõ imponitur, vt per vnum litigent. Illud ſciendum eſt, ibi rem eſſe defendendã, vt rectè defendatur, vbi debet agi.

IVDICATVM ſolui ſtipulatio tres clauſulas in vnum collectas habet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo.

SI ANTE acceptum iudicium prohibit⁹ fuerit procurator à domino, & actor ignorans prohibitum eũ eſſe, egerit: an ſtipulatio cõmittatur? Et nihil aliud dici poteſt quàm committi. Quòd, ſi quis ſciẽs prohibitum eſſe, egerit: Iulian⁹ putat ſtipulationem » non committi. Nam, vt committatur, nõ ſufficere ait, » cum ea perſona acceptum eſſe iudicium, quæ ſtipulatione comprehenſa eſt, ſed oportere etiam cauſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interponendæ tempore fuit. &. ideò, ſi is, qui procurator dat⁹ eſt, hæres extiterit domino, atque ita acceperit iudicium ſiue etiam prohibitus acceperit: non cõmittitur ſtipulatio. Nam & aliâs reſponſum eſt, ſi quis abſentẽ de- » fendens ſatiſdederit, deinde vel procurator ab eo datus, vel poſtquàm hæres extiterit, iudiciũ acceperit, fideiuſſores non teneri. CAIVS

SI PETITOR poſt ſatiſdationem ante iudicium acceptum hæres poſſeſſori extiterit: extinguetur ſtipulatio. PAVL.

IVDICATVM ſolui, ſtipulatio expeditã habet quantitatem. In tantũ enim cõmittitur, in quantum Iudex pronuntiauerit. VLP.

SI AD defendẽdum procurator datus fuerit, MOD.

ſatiſdare iubetur iudicatum ſolui ſtipulatione: quæ non ab ipſo procuratore, ſed à domino litis interponitur. Quòd, ſi procurator aliquem defendat, ipſe cogitur ſatiſdare iudicatum ſolui ſtipulatione.

PAVL. SI SERVVS, qui in rem actione petebatur, lite conteſtata deceſſerit, deinde poſſeſſor litem deſeruerit: quidam putãt eius fideiuſſores pro lite datos nõ teneri: quia mortuo homine nulla iã res ſit. quod falſum eſt: quoniã expedit de euictione actionis conſeruandæ cauſa, item fructuum nomine rẽ iudicari.

SI REVS poſt iudicatũ ſolui ab eo ſatiſdationem datam, in magiſtratu ſit, nec inuitus in ius vocari poſſit: niſi tamẽ res boni viri arbitratu defendatur, fideiuſſores tenentur.

VLP. CVM QVAEREBATVR, ſi interpoſita iudicatum ſolui ſtipulatione, cum quis rem non defenderet, poſtea ex eremodicio ſententiam eſſet paſſus, an ob rem iudicatam clauſula committatur: dicebã vnam clauſulã ſtipulationem iudicatum ſolui, & ob rem non defenſam, & ob rem iudicatam, in ſe habere. Cum igitur iudicatũ ſolui ſtipulatio, vna claudat clauſula, ſiue res iudicetur, ſiue res non defendatur: meritò quæritur, ſi ex altera clauſula committatur, an ex altera rurſus committi poſſit. Ecce enim, ſi quis ſtipuletur, ſi nauis ex Aſia venerit, aut ſi Titius Conſul factus fuerit: conſtat, ſiue nauis prior venerit, ſiue Titius antè Conſul factus fuerit, cõmitti ſtipulationem. Sed vbi commiſſa eſt ex priore cauſa: ex altera, licet exiſtat cõditio, amplius non cõmittitur. Altera enim cauſa, non vtraque, inerat ſtipulationi. Proinde videndum eſt, ſtipulatio ob rem non defenſam, vtrũ cõmiſſa eſt re non defenſa: an non prius creditur cõmiſſa, niſi ex ſtipulatione lis fuerit conteſtata. quod

magis eſt. & ideò nec fideiuſſoribus videtur ſtatim dies cedere, vbi res cœperit non defendi. Proinde & ſi forte lis finita fuerit, ad quam defenſio erat neceſſaria, vel ſolutione, vel tranſactione, vel acceptilatione, vel quocunque alio modo: conſequenter placuit euaneſcere, ob rem non defenſam, clauſulam. Si fuero à fideiuſſore procuratoris ſtipulatus iudicatum ſolui, quaſi in rem acturus: & poſtea in perſonã egero: vel alia actione acturus, aliam autem dictauero actionem: non committitur ſtipulatio: quia de alia re actum videtur, de alia ſtipulatio interpoſita eſt.

SI EX duobus fideiuſſoribus, qui iudicatũ ſolui ſpoponderãt, alter ob rem non defenſam partem ſuam ſoluerit: nihilominus res defendi poterit. nec tamen is, qui ſoluerit, repetet. ſtipulatio enim pro parte eius perempta eſt, perinde ac ſi acceptum ei factũ fuiſſet. Quoties ex ſtipulatione iudicatum ſolui, ob rem non defenſam agitur cum fideiuſſoribus, nõ eſt iniquum caueri dominum priore iudicio abſolui: quia omiſſa cautione fideiuſſores mãdati iudicio nõ conſequentur: aut certe ſi velint actione mandati à domino aliquid conſequi, cogantur dominum priore iudicio defendere. IVL.

HAEC ſtipulatio, Quãdiu res non defendatur: ſimul atque defendi cœperit, aut defendi debere deſierit, reſoluitur. AFR.

EX IVDICATVM ſolui ſtipulatione, ob rẽ non defenſam cum vno ex fideiuſſoribus agere volo. Quod pro parte eius ſit, ſi ſoluere mihi paratus eſt, non debet mihi in eum dari iudicium. Neque enim æquum eſt aut iudicio adſtringi, aut ad infíciationem compelli eum, qui ſine iudicio dare partem ſuam paratus eſt, quoniam plus aduerſarius eius per NER.

Iudicem ab eo conſecuturus eſt.

VEN. EX CLAVSVLA rei iudicatæ, dolo malo ob » rem nõ defenſam inſolidum committitur ſtipulatio. » Non enim videbitur defenſa res boni viri arbitratu, » quæ non inſolidum defenſa ſit.

VIR BONVS nõ arbitratur indefenſam eſſe rem, de qua Prætor accipere iudicium non cogat.

NOVISSIMA clauſula iudicatũ ſolui ſtipulationis, dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe. & in futurum tempus permanens factum demõſtrat. Itaque & ſi forte deceſſerit is, qui dolo malo fecerit, » tenebitur hęres eius. Verbum enim abfuturum eſſe, » pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur: vt, ſi aliquo tempore nõ abfuerit dolus: quoniam verum ſit nõ abfuiſſe, committatur hæc clauſula. Sinautem adiectum ſit, Si huiuſmodi rei dolus malus non aberit, quanti ea res erit, dare ſpondes? etiã ob extranei dolum, promiſſor pœna tenebitur. Doli autẽ mali clauſula, ſicut reliquæ ſtipulationes, in quib⁹ tempus nominatim adiectũ non eſt: ad principium ſtipulationis refertur.

SCAEV. CVM APVD Semproniũ Iudicem datum re⁹ defenderetur, ſtipulatione cautum eſt, vt, quod Sempronius Iudex iudicaſſet, præſtaretur. à cuius ſenten» tia petitor appellauit: &, cum apud competẽtem appellationis Iudicem res ageretur, defenſore rei condemnato, quæſitum eſt, an ſtipulatio commiſſa eſſet. » Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, nõ eſſe » iure commiſſam. Claudius, Ideò in ſtipulatione adijcitur, Quíve in eius locum ſubſtitutus erit.

SI VNVS ex fideiuſſoribus ob rem non defenſam conuentus ſit, deinde poſtea ea res defendatur: alter fideiuſſorũ ob rem iudicatam conueniri po

teſt. Et, ſi, quum reus promittendi duobus hæredibus relictis deceſſerit, alter rẽ non defendat, alter defendat: is, qui non defendit, ob rem non defenſam cõueniri poteſt: ille, qui defendit, ob rem iudicatam: quoniam in vnius eiuſdémque perſona nõ poſſe cõmitti has duas clauſulas, creditur. Et nos dicimus ſemper præualere rei iudicatæ clauſulã, eâmq; ſolã cõmitti.

REM RATAM HABERI, ET DE RATIHABITIONE.

CVM QVIS de rato ſtipularetur: quã uis nõ idem, ſed alius pro domino cõueniretur, qui cõueniri nõ poſſet: ſi ratũ dominus habuiſſet, cõmitti ſtipulationẽ placuit: veluti cũ fideiuſſor, aut alter ex reis promittendi, qui ſocius eſt, conuenitur. PAVL.

IN STIPVLATIONE de rato habendo non eſt cogitandũ rei promittendi vel ſtipulandi cõpendiũ: ſed quid interſit eius, qui ſtipulat⁹ eſt ratum häberi, quod geſtum eſt.

CVM MINOR XXV annis creditor pecuniam recuperare vellet, interpoſit⁹ procurator debitori de rato habendo cauit. Reſtitutione in integrũ data, neque indebiti condictionem, neq; ſtipulationem committi conſtabat. Idẽmque eueniret, ſi falſi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. Et ideo ita cauendum erit, præcedente quidem mandato, Si ille in integrum reſtitutus fuerit, hæres ve ei⁹, aut is, ad quem ea res, de qua agitur, pertinebit: quanti ea res erit, tantã pecuniã dari? Mandato verò non interueniẽte, vulgaribus verbis de rato habẽdo hoc quoque prudentius inter conſentientes adſtruetur alio-

quiſi non conueniat, nec creditor minor conſentiat, actionē dari oportebit. Falſus procurator de rato habendo cauit, atque ita dominus à ſententia Iudicis procuratore victo prouocauit. Stipulationis defeciſſe conditionē apparuit, cum ad auxilium cōmune ſuperatus confugiſſet. Quòd, ſi dominus, qui ratū nō habuit, pecuniam exegerit: ſtipulatio de rato cōmittetur in eam pecuniam, quam dominus accepit, quanuis nihil procurator acceperit.

SCAEV. PROCVRATOR L petijt. ſi dominus C petat, tenebuntur fideiuſſores, qui de ratihabitione cauerunt, in L, &, quāti interfuit differri in L actionē. RESPONDI nō tantum verbis ratum haberi poſſe, ſed etiam actu. Denique, ſi eā litem, quā procurator inchoaſſet, dominus comprobans perſequeretur, non eſſe commiſſam ſtipulationem.

HERM. TVTORE ſuſpecti poſtulato, defenſor, ſi velit reſpondere, cautionem ratam rem dominum habiturum, cauere compellendus eſt.

PAVL. SI IS, cui ignorāti petita eſt bonorum poſſeſſio, deceſſerit: hęres eius intra tempora petitionis ratam eam habere non poteſt.

VEN. PROCVRATOR ad exhibendū egit, & aduerſarius abſolutus eſt, quia non poſſidebat. cū poſſeſſionem eiuſdem rei nactus eſſet, agit cū eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait fideiuſſores non teneri, quoniam hæc alia res ſit. Nam, & ſi dominus egiſſet, mox abſoluto aduerſario, quia non poſſideret, ex integro ageret: non obſtaturam rei iudicatæ exceptionem. Si procurator à debitore pecuniam exegerit, & ſatiſdederit rem ratam haberi: mox dominus de eadē pecunia egerit, & litem amiſerit: cōmitti ſtipulationem. &, ſi procurator eandem pecuniam do-

mino ſine Iudice ſoluerit, cõdicturum. Sed, cum debitor ex ſtipulatu agere cœperit, poteſt dici dominũ, ſi procuratoris defenſionem ſuſcipiat, non inutiliter doli mali exceptione aduerſus debitorẽ vti: quia naturale debitũ manet. Siquis à procuratore ſtatus controuerſiã patiatur, ſatis accipere debet à procuratore: ne impunè ſæpius pro ſuo ſtatu conueniatur. & ſi dominus, venientéſq; ab eo perſonæ, ratum nõ habuerint, quod procurator eum in ſeruitutẽ petierit, vel aduerſus procuratorẽ ex ſeruitute in libertatẽ petitus fuerit: quanti ea res eſt, ei prę̈ſtetur, ſcilicet cũ de libertate eius conſtiterit: id eſt, quanti interfuerit eius, de ſtatu ſuo rurſus non periclitari, & propter impendia, quæ in litem fecerit. ſed Labeo certã ſummã cõprehendendã exiſtimabat: quia æſtimatio libertatis ad infinitum extenderetur. Ex quo autem dominus ratum non habuit, cõmitti ſtipulatio videtur: ſed non antè ex ea agi poterit, quàm de libertate iudicatum fuerit. Quòd, ſi ſeru9 ſit iudicatus, inutilis fit ſtipulatio: cũ & ſiqua ſit actio, eã domino acquiſiſſe intelligatur.

ACTOR à tutore dat9 omnimodo cauet. actor ciuitatis nec ipſe cauet, nec magiſter vniuerſitatis, nec curator bonis conſenſu creditorum datus. VLP.

INTERDVM ex cõuentione ſtipulatio rem ratã haberi, interponi ſolet: vtputa, ſi quid emat procurator, aut vendat, aut locet, aut ſi ei ſoluatur,

VEL SI paciſcatur, vel quodlibet aliud abſentis nomine gerat negotium· HERM.

QVO ENIM tutiore loco ſit, qui contrahit, de rato ſolet ſtipulari. Rem habere ratam, hoc eſt, comprobare agnoſceréque, quod ſit actum à falſo pro- VLP.

» curatore. Iulianus ait intereſſe quando domin⁹ ratam habere debeat ſolutionē in procuratorem factam: an tunc demũ, cum primum certior factus eſt. » Hoc autē παχυμερέστερον erit accipiēdũ, & cũ quodã ſpatio tēporis, nec minimo, nec maximo: quod magis intellectu percipi, quã elocutione exprimi poſſit. Quid ergo, ſi quidē primûm ratũ nõ habuerit, poſtea habebit ratũ? Nihilo magis proficere ad impediendã actionē: quoniã & ob id, quod primo nõ habuerit ratum, actionē ſaluã habere ait. ideóq́, ſi, quod procuratori fuerat ſolutũ, exegerit: perinde agi ex ea ſtipulatione poterit, ac ſi ratũ habere ſe poſtea non dixiſſet. Sed ego puto exceptionē doli mali eũ habiturũ.

Siue quis petat, ſiue cõpenſatione vtatur, cõmittitur ſtatim, ratã rē dominũ habiturũ ſtipulatio. Nã qualitercunque quis eundē actũ retractet qui à procuratore actus eſt, committi ſtipulationem oportet.

PAVL. SI COMMISSA eſt ſtipulatio ratam rem dominum habiturum: in tantum competit, in quãtum mea interfuit, id eſt, quantum mihi abeſt, quantúmque lucrari potui. Si ſine Iudice procuratori legatum » ſoluatur, de rato cauere eum debere Pomponi⁹ ait.

SI QVIS vni ex reis promiſerit rem ratam dominum habiturum, aut amplius eam non peti: dicēdum eſt ſtipulationem committi, ſi ab eo petatur, qui eiuſdem obligationis ſocius eſt.

» AMPLIVS non petitum eſſe verbum Labeo ita accipiebat, ſi iudicio petitum non eſſet. ſi autem in ius eum vocauerit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceperit, iudicium tamen acceptum non fuerit: ego puto non committi ſtipulationem amplius non peti. hic enim non petit, ſed petere vult. ſi verò ſoluta eſſet pecunia, licet ſine iudicio, committitur ſti-

pulatio·Nam,& ſi quis aduerſus petentem,compenſatione deductionéve vſus ſit,rectè dictum eſt petijſſe eum videri, & ſtipulationem committi Amplius non peti. Nam & hæres,qui damnatus eſt non petere : ſi horum quicquam feciſſet,ex teſtamento teneretur.

SI INDEBITVM procuratori ſolutum ſit, agi ſtatim ex ea ſtipulatione aduerſus procuratorem poteſt, vt ratum habeat dominus:vt poſſit dignoſci vtrúmne domino cōdici debeat id,quod indebitum ſolutum ſit,ſi is ratū habeat:an vero procuratori cōdicendum ſit,ſi dominus ratum non habeat. Si procurator fundum petijſſet, & cauiſſet (vti aſſolet) ratam rem dominum habiturum:deinde poſtea dominus vendidiſſet eundem fundū, eûmque emptor peteret:ſtipulationem ratam rem haberi committi, Iulianus ſcribit. POMP.

CVM debitore X,creditoris nomine Titi⁹ egit· partem petitionis ratam habuit dominus. Dicendum eſt obligationis partem conſumptam : quemadmodum,ſi X ſtipulatus eſſet, aut exegiſſet: creditórque non totum,ſed partem rei geſtæ comprobaſſet.Idcirco,ſi ex ſtipulatu,Decem,aut Stichum,vtrū ego voluero:abſente me domino Titius V petijſſet: inſecuta ratihabitione rectè actum videri. MAR.

SI PROCVRATOR ratam rem dominum hæredémve eius habiturum cauerit: & vnus ex hæredibus domini ratum habeat,alter nō habeat: ſine dubio cōmittitur ſtipulatio pro ea parte,pro qua ratum non habebitur;quia in id committitur,quod ſtipulatoris intereſt·Nam,& ſi ipſe dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit: non vltrà quàm in partem cōmittitur ſtipulatio:quia in id cō- POMP.

mittitur ſtipulatio, quod interſit agentis. & ideò ſæpius ex ea ſtipulatione agi poteſt, prout interſit agẽtis in eo, quòd litigat, quòd cõſumit, quòd aduocat, quòd damnatus ſoluit. ſicut in ſtipulatione dãni infecti accidere poteſt vt is, qui ſtipulatus ſit, ſubinde agat. cauet enim, ſiquid ibi ruet, ſcindetur, fodietur, ædificabitur. finge enim eo ſubinde damnũ dari. non erit dubium, quin agere ſæpius poſſit. nam, ſi toto dãno computato, tunc agendum eſt, prope modum nõ antè aget, quàm dies ſtipulationis præterierit: intra quem ſi damnum datum ſit, ſtipulatori cautum nõ erit. quod verum non eſt.

PAVL. IN STIPVLATIONE, qua procurator cauet rem ratam dominum habiturum, id continetur, quod interſit ſtipulatoris. Idémque iuris eſt in clauſulis omnibus de dolo malo.

VLP. NON ſolùm in actionibus, quas procurator intendit, verùm in ſtipulationibus quoque, quas interponi deſyderat, ſi vicem præſentant actionum, cauere eum de rato oportet. Quare, ſi duplę ſtipulationes procurator ĩterponat, de rato cauere debet. Sed & ſi damni infecti ſtipulatio à procuratore interponatur, de rato debet procurator cauere.

NE SATISDATIO ratã rem domino habiturum, exigatur in ijs quoque, quæ nomine eius ageret, qui cum ſe feciſſe procuratorem libello Principi dato profeſſus eſt, prodeſt. Quòd, ſi iudicatum ſolui ſatis ab eo procuratore poſtuletur, neceſſe eſt, vt iuri manifeſto pareatur.

IVL. SI SINE iudice non debitam pecuniam exegerit procurator, & dominus ratam ſolutionem non habuerit, ſed eandem pecuniam petere inſtituerit, fideiuſſores tenentur: & cõdictio, qua procurator te-

neretur,ſi ſtipulatio interpoſita nō fuerit, perimitur. Quoties enim procuratori pecunia ſoluitur, & dominus eam ſolutionem ratam nō habet: exiſtimo ea actione cum eo agi, vt cōdictio perimatur. & ſola actio ei, qui indebitam pecuniam ſoluit, aduerſus procuratorem ex ſtipulatu competit. hōc amplius, præſtant fideiuſſores impenſas, quæ in iudiciū factæ fuiſſent. Quòd, ſi dominus ratum habuiſſet, fideiuſſores quidem liberantur: ſed ab ipſo domino eadem pecunia per condictionem peti poteſt. Quòd, ſi procurator debitam domino pecuniā ſine Iudice exegiſſet, idē iuris eſt. hoc ſecus, quòd ſi domin⁹ ratā rē habuiſſet: nulla eius pecuniæ repetitio futura eſt. Quòd, ſi procurator per Iudicē nō debitā pecuniā exegiſſet: dici poteſt, ſiue ratū dominus habuiſſet, ſiue non habuiſſet, fideiuſſores nō teneri: vel quia nulla res eſſet: quā dominus ratā habere poſſet: vel quia nihil ſtipulatoris intereſſet ratū haberi. Afficietur ergo iniuria is, qui ſoluerit procuratori. Magis tamen eſt, vt, ſi ratū dominus non habuerit, fideiuſſores teneātur. Quòd, ſi debitam pecuniam procurator per Iudicē, cui nihil mandatum fuerit, petierit: magis eſt, vt inſolidum fideiuſſores teneantur, ſi dominus ratū nō habuerit.

Cum autem procurator rectè petit, domin⁹ perperam, nō debet procurator præſtare, ne iniuria Iudicis dominus aliquid conſequatur. Nūquam enim per iniuriā Iudicis fideiuſſores obligantur. verius tamen eſt hoc caſu fideiuſſores non niſi ad impenſas litis teneri. Marcellus ait, Si dominus ratā rem nō habuerit, ſed lite mota rē amiſerit, nihil præter impendia in ſtipulationē ratā rem haberi, deducitur.

Si procuratori eius, qui mortuus erat, ſine iudice fuerint ſoluta legata, ſtipulatio committetur, niſi hæres ratum habuerit: vtique, ſi debita fuerint. Tunc enim

non dubiæ intereſt ſtipulatoris ratam ſolutionẽ ab hærede haberi:ne bis eadem præſtet. Si in ſtipulatione ratam rem haberi, hactenus comprehenſum fuerit, L. Titium ratum habiturum:cum id aperte ageretur, vt hæredis cæterorúmq; perſonæ, ad quos ea res pertineret, omitterentur: difficile eſt exiſtimari doli mali clauſulam committi. Sanè, cum per imprudentiam hæ perſonæ omittantur, actio ex doli clauſula competit. Si procurator iudiciũ de hæreditate ediderit, deinde dominus fundũ ex ea hæreditate petierit:ſtipulatio ratam rẽ haberi, committetur:quia ſi verus procurator fuiſſet, exceptio rei iudicatæ dominum ſummoueret. Plerunque autẽ ſtipulatio ratam rem haberi, ijs caſibus committitur, quibus ſi verus procurator egiſſet, domino aut ipſo iure, aut per exceptionem actio inutilis eſſet.

» Qui patris nomine iniuriarum agit ob eam rem, quôd filius eius verberatus pulſatúſve ſit, in ſtipulatione cogendus eſt filij quoque perſonam comprehẽdere: præſertim cũ fieri poſſit, vt pater antè decedat, quàm ſcierit procuratorẽ ſuum egiſſe: & ita iniuriarum actio ad filiũ redeat. Sed, & ſi nepoti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hãc cauſam in-
» iuriarum agat, non ſolùm filij, ſed etiam nepotis per-
» ſona cõprehendenda erit in ſtipulatione. Quid enim prohibet & patrem & filiũ antè, quàm ſciret procu-
» ratorẽ egiſſe, decedere? quo caſu iniquũ eſt fideiuſſo-
» res non teneri, nepote iniuriarum agente.

PROCVRATOR, cũ peteret pecuniã, ſatiſdedit amplius non peti: poſt iudiciũ acceptũ extitit, qui & ipſe procuratorio nomine eandem pecuniam peteret. Quæſitum eſt, cũ is, qui poſtea peteret, procurator non eſſet, & propter hoc exceptionibus pro-

curatorijs excludi poſſit:nē fideiuſſores procuratoris prioris tenerentur. Iulianus reſpondi, Verius eſt non » obligari fideiuſſores·nam ſtipulatione cauetur nō pe- » titurū eū,cuius de ea re actio,petitio, perſecutio ſit, » & ratū habituros omnes,ad quos ea res pertinebit. is autem,qui procurator non eſt,nec actionē nec pe- » titionem habere intelligendus eſt. »

BONORVM poſſeſſionem ab alio agnitam,ra- AFR. tā haberi oportet eo tempore,quo adhuc in ea cauſa ſit,vt peti poſſit.itaquē poſt cēteſimū diē rata haberi » nō poteſt. An autē,& ſi mortuus fuiſſet,qui petijſſet, vel furere cœperit,ratū haberi poſſit,videamus. Nā, ſi in vniuerſum perinde haberi debet,ac ſi tūc,cū ra- tū habet,per eū bonorūpoſſeſſionē petat:fruſtra his caſibus ratū habetur. Sed & illud cōſequēs futurum eſt,etiā ſi pœniteat illū petijſſe,ratū haberi nō poſſe: quod vtique ſit abſurdū. Rectius itaque dicitur neu- trā eorū cauſam impedire ratihabitionem.

PATER dotē à ſe datam, abſente filia,petijt: & ratā rem habiturā eam cauit·ea prius,quàm ratū haberet,mortua eſt. Negaui cōmitti ſtipulationem: » quia,etſi verum ſit ratū eā nō habuiſſe, nihil tamen mariti interſit dotē reſtitui, cū patri, etiā mortua fi- » lia,ſalua eſſe dos debeat. Procurator,cū ab eo æs » alienū exigeret,qui tēpore liberaretur, ratā rē domi- nū habiturū cauit:deinde poſt tēpus,liberato iā de- bitore,domin⁹ ratā rē habet. Poſſe debitorē agere cū procuratore exiſtimaui:cū iā debito liberatus ſit.ar- » gumētū rei eſſe, quòd,ſi nulla ſtipulatio interpoſita ſit,cōdictio locū aduerſus procuratorē habitura ſit: in locū autem cōdictionis interponi ſtipulationem.

DE PRIVATIS DELICTIS.

VLP. C IVILIS CONSTITVTIO eſt,pœnalibus actionibus hæredes nō teneri: nec cæteros quidē ſucceſſores. Idcirco nec furti conueniri poſſunt. Sed quanuis furti actione non teneātur,attamen ad exhibendū actione eos teneri oportet,ſi poſſideant, aut dolo malo fecerint,quo minus poſſideant.Sed enim & vēdicatiōe tenebūtur re exhibita.Item condictio aduerſus eos competit.Hæredem autem furti agere poſſe,æquè conſtat·Executio enim quorundā delictorum hæredibus eſt data·itaque & legis Aquiliæ actionem hæres habet.ſed iniuriarum actio hæredi non competit. Non tantum in furti, verunetiam in cæteris actionibus,quæ ex delictis oriūtur,ſiue ciuiles ſint, ſiue honorariæ,hoc placet,vt noxa caput ſequatur.

NVNQVAM plura delicta concurrentia faciunt,vt vllius impunitas detur·Neque enim delictū ob aliud delictum minuit pœnam.Qui ergo hominē ſurripuerit,& occiderit:quia ſurripuit,furti:quia occidit, Aquilia tenetur. neque altera harum actionū alteram conſumit.Idem dicēdum eſt,ſi rapuit & occidit·Nam & Vi bonorum raptorum,& Aquilia tenebitur. Item,ſi quis ſurreptum flagello ceciderit: duabus actionibus tenetur, furti, & iniuriarum. & ſi forte hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur.Item quæſitum eſt, ſi condictus fuerit ex cauſa furtiua,an nihilominꝰ ex lege Aquilia agi poſſit.Et ſcripſit Pomponius agi poſſe:quia alterius æſti-

mationis eſt legis Aquiliæ actio, alterius cōdictio ex cauſa furtiua. Nanque Aquilia eam æſtimationē cō- » plectitur, quanti eo anno plurimi fuerit: cōdictio au- » tem ex cauſa furtiua non egreditur retrorſum iudi- » cij accipiendi tempus. Sed ſi ſeruus ſit, qui hoc admi- ſit, ex quacunque actione noxæ deditus fuerit, per- empta eſt altera actio. Item, ſi quis ancillam alienam » ſurripuerit, & flagitauerit, vtraque actiōe tenebitur. » Nam & ſerui corrupti agi poterit, & furti. Item, ſi » quis ſeruum vulnerauerit, quē ſurripuerit, æquè duę actiones locum habebunt, Aquilia, & furti.

SI QVIS actiones, quæ ex maleficijs oriũtur, velit exequi: ſi quidē pecuniariter agere velit, ad ius » ordinarium remittendus erit: nec cogendus erit in crimen ſubſcribere. Enimuero ſi extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, tunc ſubſcribere eũ in cri- men oportebit.

DE FVRTIS.

» FVRTVM à furuo, id eſt, à nigro di- PAVL.
» ctum Labeo ait: quòd clàm & obſcu-
rè fiat, & plerunque nocte. vel à frau-
» de, vt Sabinus ait: vel à ferendo, id eſt,
» auferendo. vel à Græco ſermone, φῶ-
ρας appellant fures. Imò & Græci παρὰ τὸ φέρειν »
φῶρας dixerunt. Sola cogitatio furti faciendi non fa- »
cit furem. ſicut is, qui depoſitũ ſuſcepit, ſi abnegat,
nō ſtatim etiã furti tenetur: ſed ita, ſi id intercipiēdi
cauſa occultauerit. Furtũ eſt cōtrectatio rei fraudulo- »
ſa, lucrifaciēdi gratia vel ipſi⁹ rei, vel etiã vſus ei⁹, poſ- »
ſeſſiōiſve. quod lege naturali ꝓhibitũ eſt admittere. »

FVRTORVM genera duo ſunt: manifeſtum, CAIVS
& nec manifeſtum.

VLP. » FVR EST manifeſtus: quem Græci ἀυτόφωρον appellãt, hoc eſt eum, qui deprehẽditur cum furto. Et parui refert, à quo deprehẽdatur: vtrum ab eo, cuius res fuit, an ab alio. Sed vtrum ita demum fur ſit manifeſtus, ſi in faciendo furto deprehendatur? an verò, & ſi aliubi fuerit deprehenſus? Et magis eſt (vt Iulian⁹ ſcribit) etſi nõ ibi deprehẽdatur, vbi furtum fecit, attamen eſſe furem manifeſtum, ſi cum re furtiua fuerit deprehenſus prius, quâm eo loci rẽ pertulerit, quò deſtinauerat.

PAVL. QVO DESTINAVERIT quis perferre, ſic accipiendum eſt, quo deſtinauerit eo die manere cum eo furto.

VLP. SIVE IGITVR in publico, ſiue in priuato deprehendatur antè, quâm ad locum deſtinatum rẽ perferat: in ea cauſa eſt, vt fur manifeſtus ſit, ſi cum re furtiua deprehendatur. & ita Caſſius ſcribit. Sed, ſi pertulerit, quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cũ re furtiua, non tamen eſt manifeſtus fur.

PAVL. QVANVIS ENIM, ſæpè furtum cõtrectãdo fiat, tamen initio, id eſt faciendi furti tẽpore, conſtituere viſum eſt, manifeſtus néc ne fur eſſet.

VLP. SI QVIS in ſeruitute furtum fecerit, & manumiſſus deprehẽdatur: an fur manifeſt⁹ ſit, videamus. Et ait Pomponius lib. XIX ad Sabinum, non poſſe eum manifeſti conueniri: quia origo furti in ſeruitute facti non fuit manifeſti. Idem Pomponius eleganter ſcribit deprehenſione fieri manifeſtum furẽ. Cæterum, ſi, cum tibi furtum facerem de domo tua, abſcondiſti te, ne te occidam: etiam ſi vidiſti furtum fieri, attamen non eſt manifeſtum. Sed Celſus deprehenſioni hoc etiam adijcit: ſi, cum vidiſſes eum ſurripientem, & ad comprehẽdendum eum accurriſſes,

abiecto furto effugerit, furem manifeſtum eſſe. paruí- »
que referre putat, dominus, an vicinus, aut quilibet »
tranſiens apprehendat.

NEC MANIFESTVM furtum quod ſit, ap- paret. Nam, quod manifeſtum nõ eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum non eſt. CAIVS

EI, QVI furti actionem habet, aſſidua contre- ctatione furis, nõ magis furti actio poteſt naſci ne in id quidem, in quo decreuiſſet poſtea, res ſurrepta. ſed, ſi eam à fure vendicaſſem, condictio mihi manebit. Sed poteſt dici officio Iudicis, qui de proprietate co- gnoſcit, contineri, vt non aliter iubeat ei reſtitui rem, quàm ſi cõdictionẽ petitor remitteret. Quòd ſi ex cõ- dictione antè damnatus reus, litis æſtimationẽ ſuſtu- lit: vt aut omnino abſoluat reũ, aut (quod magis pla- cet) ſi paratus eſſet petitor æſtimationem reſtituere, nec reſtitueretur ei homo: quanti in litẽ iuraſſet, dam- naretur ei poſſeſſor. POMP.

CVIVS INTERFVIT nõ ſurripi, is actio- nem furti habet. VLP.

IS, CVIVS intereſt, furti habet actionem, ſi ex honeſta cauſa intereſt. PAVL.

ITAQVE fullo, qui curanda poliendáve veſti- menta accepit, ſemper agit. præſtare enim ſemper cu- ſtodiam debet. ſi autẽ ſoluendo nõ eſt, ad dominum actio redit. Nam, qui nõ habet, quod reddat, eius peri- culo nihil eſt. Sed furti actio malæ fidei poſſeſſori non datur: quanuis interſit eius rem non ſurripi, quippe cũ res eius periculo ſit. ſed nemo de improbitate ſua »
conſequitur actionem. & ideò ſoli bonæ fidei poſſeſ- »
ſori, non etiam malæ fidei furti actio datur. Sed, & ſi res pignori data ſit, creditori quoque damus fur- ti actionem: quanuis in bonis eius non ſit. Quinimò VLP.

non ſolum aduerſus extraneum ei dabimus, verum etiam contra ipſum quoque dominum, furti actionẽ. » & ita Iulianus ſcribit. Necnõ & ipſi domino dari placet. ſic fit, vt non teneatur furti, & agat. Ideò autẽ datur vtrique furti actio, quia vtriuſque intereſt. Sed vtrum ſemper creditoris intereſt? an ita demũ, ſi de» bitor ſoluendo non eſt? Et putat Pomponius ſemper » eius intereſſe pignus habere. quod & Papinianus lib. » XII Quæſtionum probat. & verius eſt vbique vide» ri creditoris intereſſe. & ita Iulian⁹ ſæpiſſime ſcripſit.

PAVL. IS, CVI ex ſtipulatu res debetur, furti actionẽ nõ habet, ſi ea ſurrepta ſit, cum per debitorẽ ſtetiſſet, quo minus eam daret.

VLP. EVM, QVI emit, ſi non eſt tradita ei res, furti actionem non habere, ſed adhuc venditoris eſſe hanc » actionem Celſus ſcribit. Mandare eum planè oportebit emptori furti actionem & condictionem & vendicationem: & ſi quid ex his actionibus fuerit conſecutus, id præſtare eum emptori oportebit. quæ ſenten» tia vera eſt, & ita Iulianus ait. Et ſanè periculum rei ad emptorem pertinet: dummodo venditor cuſtodiã ante traditionem præſtet. Adeò autem ante traditionem furti actionem emptor non habet, vt ſit quæſitum, an ipſe ſurripiendo rem emptor furti teneatur. » Et Iulianus lib. XXIII Digeſt. ſcribit, ſi emptor rẽ, » cuius cuſtodiam venditorem præſtare oportebat, ſoluto pretio ſurripuerit, actione furti non teneri. Planè, ſi antè, quàm pecuniã ſolueret, rem ſubtraxerit: furti actione teneri, perinde, ac ſi pign⁹ ſubtraxiſſet. Præterea habent actionem furti colloni, quanuis domini non ſint: quia eorum intereſt. Is autem, apud quẽ res depoſita eſt, videamus, an habeat furti actionem. Et, cum dolum dúntaxat præſtet, meritò placet

eum non habere furti actionem. Quid enim eius intereſt, ſi dolo careat? Quòd ſi dolo fecit, iam quidem periculum ipſius eſt, ſed non debet ex dolo ſuo furti quærere actionem. Iulianus quoque lib. x x v Dig. ſcribit, Quia in omnium furum perſona eſt conſtitutum, ne ius rei nomine furti agere poſſint, cuius ipſi fures fuerint: non habebit furti actionẽ is, apud quem res depoſita eſt, quãuis periculo eius res eſſe cœperit, quia eam contrectauit. Papinianus tractat, ſi duos ſeruos ob x aureos pignori acceperim, & alter ſurripiatur: cum alter quoque, qui ſit retentus, nõ minoris x valeret: vtrum vſque ad quinque aureos tantum habeam furti actionem, quia in alio habeo ſaluos v aureos: an verò, quia mori poteſt, dici debeat in x fore actionem, etiam, ſi magni pretij ſit is, qui retinetur. Et ita Pomponius putat. non enim debemus reſpicere pignus, quod ſurreptum nõ eſt, ſed id, quod ſubtractũ eſt. Idem ſcribit, ſi, cũ mihi x deberẽtur, ſeruus pignori datus ſubtractus ſit, & actiõe furti cõſecutus fuero x: non cõpetere mihi actionẽ furti, ſi iterum ſurripiatur: quia deſijt mea intereſſe, cum ſemel ſim conſecutus. Hoc ita, ſi ſine mea culpa ſurripiatur. nã, ſi culpa mea: quia intereſt mea, eo quòd teneor pignoratitia actiõe, agere potero. Quòd ſi culpa abeſt, ſine dubio actio competere domino videtur, quæ creditori non competit. quam ſententiam Pomponius quoque libro x ad Sabinum probat. Idem dicit, etiam, ſi duo ſerui ſurrepti ſint ſimul, cõpetere vtriuſque nomine furti actionem creditori: ſed non in totum, ſed pro qua parte in ſingulos diuiſo eo, quod eis debetur, eius intereſt. Separatim autem duobus ſurreptis, ſi vnius nomine ſolidum conſecu-

tus ſit, alterius nomine nihil conſequetur. Idem Pom-
» ponius lib. x ad Sabinum ſcribit, ſi is, cui commoda-
» ui, dolum fecerit circa rem commodatam: eum furti
» agere non poſſe. Idem Pōponius probat & in eo, qui
rem mandato alicuius acceperit perferendā. An
pater, cuius filio commodata res eſt, furti actionē ha-
» beat, quæritur? Et Iulianus ait patrē hoc nomine age-
» re non poſſe: quia cuſtodiam præſtare nō debet. ſicut
(inquit) is, qui pro eo, cui cōmodata res eſt, fideiuſſit,
non habet furti actionē. Neque enim (inquit) is, cuiuſ-
cunque intereſt rem non perire, habet furti actionē:
ſed, qui ob eam rem tenetur, quòd ea res culpa eius
» perierit. quam ſentētiam Celſus quoque lib. XXIX
» Digeſt. probat. Is, qui precario ſeruum rogauerat, ſur-
repto eo, poteſt quæri, an habeat furti actionem. Et,
cum non eſt contra eum ciuilis actio, (quia ſimile do-
nato precarium eſt: ideóque & interdictūm neceſſa-
riū viſum eſt) non habebit furti actionem. Planè poſt
» interdictūm redditum puto eū etiam culpam præ-
ſtare: & ideò furti agere poſſe. Quòd, ſi conduxerit
quis, habebit furti actionē, ſi modo culpa ſua res ſur-
repta ſit. Si filiuſfamiliâs ſurreptus fuerit, patrē furti
actionem habere, palàm eſt. Si res commodata eſt, &
is, cui commodata eſt, deceſſerit: quanuis hæreditati
furtum fieri non poſſit, & ideò nec hæres eius, cui cō-
modata eſt, poſſit agere: tamen commodator poterit
furti agere. idémque & in re pignorata, vel in re lo-
cata. licet enim hęreditati furti actio non acquiratur,
tamen alij, cuius intereſt, acquiritur. Non ſolum au-
tem in re commodata competit ei, cui cōmodata eſt,
furti actio, ſed etiam in ea, quæ ex ea nata eſt: quia &
» huius cuſtodia ad eum pertinet. Nam & ſi ſeruum ti-
» bi cōmodauero, etiam veſtis eius nomine furti ages:

quanuis veſtem, qua veſtitus eſt, tibi non cõmodauerim. Item, ſi iumenta tibi commodauero, quorum ſequela erat equuleus vel pullus: mihi & tibi puto competere furti actionem etiam eius nomine, quãuis ipſe non ſit commodatus. Qualis ergo furti actio detur ei, cui res cõmodata eſt, quæſitum eſt. Et puto omnibus, quorum periculo res alienæ ſunt, veluti commodatæ, item locatæ, pignorísve nomine acceptæ, ſi hæ ſurreptæ ſunt, omnibus furti actionẽ competere. condictio autem ei demum competit, qui dominium habet. Si epiſtola, quam ego tibi miſi, intercepta ſit, quis furti actionem habeat? Et primùm quærendum eſt, cuius ſit epiſtola: vtrum eius, qui miſit, an ei9, ad quẽ miſſa eſt. Et, ſi quidem dedi ſeruo eius, ſtatim ipſi quæſita eſt, cui miſi. ſi verò procuratori, æquè (quia per liberam perſonam poſſeſſio quæri poteſt) ipſius facta eſt: maximè, ſi eius interfuit eam habere. Quòd, ſi ita miſi epiſtolam, vt mihi remittatur: dominium meũ manet: quia eius nolui amittere vel transferre dominium. Quis ergo furti aget? Is, cuius interfuit eam non ſurripi, id eſt, ad cuius vtilitatem pertinebãt ea, quæ ſcripta ſũt. Et ideò quæri poteſt, an etiã is, cui data eſt perferẽda, furti agere poſſit. Et, ſi cuſtodia eius ad eum pertineat, poteſt. Sed, & ſi interfuerit eius epiſtolam reddere, furti habebit actionem. Finge enim eã epiſtolam fuiſſe, quæ cõtinebat, vt ei quid redderetur fierétve. poteſt habere furti actionem. vel ſi cuſtodiam eius receperit, vel mercedem perferẽdæ acceperit. & erit in hunc caſum ſimilis cauſa eius, & cauponis, aut magiſtri nauis. nã his dam9 furti actionem, ſi ſint ſoluendo: quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

CREDITORIS, cui pignus ſurreptũ eſt, non PAVL.

credito tenus intereſt, ſed omnimodo inſolidum fur-
ti agere poteſt. ſed pignoratitia actione id, quod debi-
tum excedit, debitori præſtabit. Dominus, qui
rem ſurripuerit, in qua vſuſfructus alienus eſt, furti
vſufructuario tenebitur. ſed eum, qui tibi commoda-
uerit, ſi eã rem ſurripiat, nõ teneri furti placuiſſe Pom-
» ponius ſcribit: quoniam nihil tua intereſſet, vtpote cũ
nec commodati tenearis. Ergo, ſi ob aliquas impenſas,
quas in rem cõmodatam feciſti, retentionem eius ha-
bueris: etiam cũ ipſo domino, ſi eam ſurripiat, habe-
bis furti actionem: quia eo caſu quaſi pignoris loco
» commodatario ea res fuerit.

» NEC CVM filiofam. pater furti agere poſſit; non
» iuris conſtitutio, ſed natura rei impedimẽto eſt: quòd
» non magis cum iis, quos in poteſtate habemus, quàm
nobiſcum ipſi, agere poſſumus.

VLP. » SERVI & filij noſtri furtum quidem nobis fa-
» ciunt: ipſi autem furti nobis nõ tenẽtur. Neque enim,
» qui poteſt in furẽ ſtatuere, neceſſe habet aduerſus fu-
» rẽ litigare. idcirco nec actio ei à veterib⁹ prodita eſt.
Vnde eſt quæſitum, ſi fuerit alienatus vel manumiſ-
» ſus, an furti actione teneatur. Et placet nõ teneri. ne-
que enim actio, quæ non fuit ab initio nata, oriri po-
teſt aduerſus hunc furem. Planè, ſi manumiſſus con-
» trectabit, dicẽdum erit teneri eum furti iudicio: quia
» hodie furtum facit. Cum autem ſeruus, quẽ emi, tra-
ditúſque mihi eſt, à me redhibeatur: non eſt in ea cau-
ſa, vt perinde habeatur, atque ſi nunquam meus fuiſ-
» ſet: ſed fuit, & deſijt. Idcirco dicit Sabinus eum, ſi fur-
tum fecerit, in ea eſſe cauſa, vt furti eius nomine, qui
redhibuit, agere non poſſit. Sed, & ſi non poſſit, atta-
men ratio haberi debuit eius, quod fecit, cum redhi-
beri cœpit: idque actione redhibitoria continetur.

Illud quæſitum eſt, ſi,cum in fuga eſſet ſeruus, furtum domino feciſſet: an æquè poſſet furti actionẽ habere aduerſus eũ,qui in poteſtatem domini non regreſſum bona fide poſſidere cœperit. Mouet quęſtionem, quòd,quanuis poſſidere ſeruum eo tẽpore,quo in fuga eſt, videor: attamen furti actione non teneor, quaſi nõ ſit in mea poteſtate. Quòd enim videor poſſidere ſeruum, ad vſucapionẽ tantũ mihi proficere Iulianus ſcribit. Dicit igitur Pomponiꝰ lib. XVII ad Sabinum, competere furti actionem huic domino, cuius ſeruus in fuga fuerit.

PAVL.

QVOD dicitur Noxã caput ſequi, tũc verũ eſt, vt,quæ actio ab initio aduerſus aliquẽ nata eſt, caput nocentis ſequatur. Ideóque,ſi ſeruus tuus furtum mihi fecerit, & dominus eius effectus eũ vendidero, non poſſe me agere cũ emptore, Caſſiani putant.

VLP.

IN ACTIONE furti ſufficit rem demonſtrari, vt poſſit intelligi. de pondere, autẽ vaſorum nõ eſt neceſſe loqui. Sufficiet igitur ita dici, Lãcem. vel Scyphum. vel, paterã. vel, Diſcum. Sed deſcribenda etiã materia eſt, vtrum argẽtea an aurea eſt, an alia quæuis. Quòd,ſiquis argentum infectum petat: & maſſam argenteam dicere, & pondus debebit ponere, & ſignati argenti numerum debebit complecti: veluti aureos tot pluréſve furto ei abeſſe. De veſte quæritur, an color eius dicendus ſit? Et verum eſt colorem eius dici oportere: vt,quemadmodum in vaſis dicitur patera aurea, ita & in veſte color dicatur. Planè,ſi quis iuret pro certo ſe colorem dicere non poſſe, remitti ei huius rei neceſſitas debet. Qui rem pignori dat, eámque ſurripit, furti actione tenetur. Furtum autem rei pignoratæ dominus non tantum tunc facere videtur, cum poſſidenti ſiue tenenti creditori

pignus aufert, verumetiam ſi eo tẽpore abſtulerit, quo non poſſidebat: vtputa ſi rem pignoratam vendide» rit. Nam & hæc furtum eum facere conſtat. & ita Iu» lianus ſcribit.

PAVL. CVM AES pignori datur, & aurum eſſe dicitur: » turpiter fit, furtum non fit. Sed, ſi datum eſt aurum, » deinde, cum dixiſſet ſe põderare aut obſignare velle, » æs ſubiecit: furtũ fecit. rem enim pignori datam in» teruertit. Si bona fide rem meã emeris, eámque ego » ſurripuero: vel etiam tuus vſuſfructus ſit, & eam cõ» » trectauero: tenebor tibi furti actione, etiãſi dominus » rei ſim. ſed his caſibus vſuſcapio quaſi furtiuæ rei nõ » impedietur: quoniam, & ſi alius ſurripiat, & in meã » poteſtatem reuerſa res fuerit, vſucapietur.

VLP. VVLGARIS EST quæſtio, an is, qui ex aceruo frumenti modium ſuſtulerit, totius rei furtum fa» » ciat: an verò eius tantum, quod abſtulit. Offilius to» tius acerui furem eſſe putat. Nam &, qui aurem ali» » cuius tetigit (inquit Trebatius) totum eum videri te» tigiſſe. Proinde &, qui dolium aperuit, & inde parum » vini abſtulit: non tantum eius, quod abſtulit, verũ to» » tius videtur fur eſſe. Sed verum eſt in tantum eũ fur» ti actione teneri, quantũ abſtulerit. Nam, & ſiquis armariũ, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erãt, cõtrectauerit, atque ita diſceſſerit: deinde reuerſus, vnã ex his abſtulerit: & antequam » ſe reciperet, quò deſtinauerat, deprehẽſus fuerit: eiuſ» » dem rei & manifeſtus, & nec manifeſtus fur erit. Sed » &, qui ſegetẽ ante lucem ſecat & cõtrectat: eius, quod » ſecat manifeſtus & nec manifeſt⁹ fur eſt. Si is, qui x x » numorum ſaccum depoſuiſſet, alterum ſaccũ, in quo » ſcit x x x numos eſſe, errãte eo, qui dabat, acceperit: » putauerit autem illic ſua x x eſſe: teneri furti x no»

mine placet. Siquis æs ſurripuerit, dum aurum ſe ſurripere putat: vel contrà, (ex lib. VIII Pomponij ad Sabinum.) aut minus eſſe putat, cum plus eſſet: eius, quod ſurripit, furtum committit. Idem Iulianus.

Sed, & ſiquis ſurripuerit furto duos ſacculos, vnum X, alterum XX, quorum alterum ſuum putauit, alterum ſcit alienum: profectò dicemus tantum vnius, quem putauit alienum, furtũ eum facere: quẽadmodum, ſi duo pocula abſtulerit, quorum alterum ſuum putauit, alterũ ſcit alienũ· nam & hic vnius fit furtũ. Sed, ſi anſã in poculo ſuã putauit, vel verè fuit: totius poculi eũ furtũ facere Pomponius ſcripſit. Sed, & ſi de naui onerata furto quis ſextariũ frumẽti ſuſtulerit: vtrũ totius oneris, an verò ſextarij tantũ, furtũ fecerit? Facilius hoc quęritur in horreo pleno. Et durũ eſt dicere totius furtum fieri. Et quid? ſi ciſterna vini ſit, quid dices? aut aquæ ciſterna? Quid deinde, ſi de naue vinaria? (vt ſunt multę, in quas vinum infunditur:) quid dicemus de eo, qui vinum hauſit? an totius oneris fur ſit? Et magis eſt, vt hunc non totius furem eſſe dicamus. Certę, ſi proponas in apotheca amphoras eſſe vini, eáſque ſubtractas: ſingularum furtũ fit, nõ totius apothecæ: quẽadmodum ſi ex pluribus rebus mouentibus in horreo recluſis vnam tulerit.

Qui furti faciendi cauſa cõclaue intrauerit, nõdum fur eſt, quãuis furandi cauſa intrauerit. Quid ergo? qua actione tenebitur? Vtique iniuriarum· aut de vi accuſabitur, ſi per vim intrauerit. Itẽ, ſiquis maioris põderis quid aperuit aut refregit, quod tollere nõ poſſit: nõ eſt omniũ rerũ cum eo furti actio: ſed earũ tantum, quas tulerit: quia totũ tollere nõ potuit. Proinde, ſi inuolucrum, quod tollere non potuit, ſoluit, vt contrectet: deinde contrectauit quaſdam res: quan-

uis ſingulas res, quæ in eo fuerant, tollere potuerit: ſi tamen totum inuolucrum tollere non potuit: ſingu» larum rerum, quas tulerit, fur eſt· cæterarum non eſt. » Quòd, ſi totum vas tollere potuit, dicemus eum to» tius eſſe furem: licet ſoluerit, vt ſingulas vel quaſdam » tolleret. & ita Sabinus ait· Si duo pluréſve vnum ti» gnum furati ſunt, quod ſinguli tollere non potuerũt: » dicendum eſt omnes eos furti inſolidum teneri: quã» uis id vnus nec contrectare nec tollere ſolus poſſet. » & ita vtimur· Neque enim dici poteſt pro parte fur» » tum feciſſe ſingulos, ſed totius rei vniuerſos. ſic fiet, ſingulos furti teneri. Quanuis autem earum quoque rerum nomine, quas quis non abſtulit, furti tenea» tur, attamen condici ei non poteſt, idcirco, quia » condici ea res, quæ ablata eſt, poteſt. & ita Pomponi» us ſcribit.

PAVL. SIQVID fur fregerit aut ruperit, quod non » etiam furandi cauſa contrectauerit: eius nomine cũ » eo furti agi non poteſt. Si eo conſilio arca fracta ſit, vt vniones puta tollerentur, híque furti faciendi cau » ſa contrectati ſint, eorum tantummodo furtum fa» ctum videri. quod verum eſt· nam cæteræ res, quę ſe» ponuntur, vt ad vniones perueniatur, non furti faciẽ di cauſa contrectantur. Qui lancem raſit, totius fur eſt: & furti tenetur ad id, quod domini intereſt.

VLP. IMPVBEREM furtum facere poſſe, ſi iam » doli capax ſit, Iulianus lib. XXII Digeſtorum ſcri» pſit. Item poſſe cum impubere damni iniuria agi, quia & furtum ab impubere fit: ſed modum eſſe ad» hibendum ait· nam in infantes id non cadere. Nos » putamus cum impubere culpæ capace Aquilia agi » poſſe. Item verum eſt, quod Labeo ait, nec ope impu» beris furto facto, teneri eum.

NEC MINVS etiam condici ei poſſe Iulianus ſcripſit: cum doli capax ſit. »PAVL.

VERVM eſt, quod plerique probant, fundi nomine furti agi nõ poſſe. Vnde quęritur, ſiquis de fundo vi deiectus ſit: an condici ei poſſit, qui deiecit? Labeo negat. ſed Celſus putat poſſe condici poſſeſſionẽ. » quemadmodum poteſt re mobili ſurrepta. Eorum nomine, quæ de fundo tolluntur, vt puta arborum, vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum, quos quis furandi animo decerpſerit, furti agi poſſe, nulla dubitatio eſt. VLP.

SI APES feræ in arbore fũdi tui apes fecerint, ſiquis eas vel fauũ abſtulerit, eũ nõ teneri tibi furti, » quia non fuerunt tuæ. eáſque cõſtat captarũ terra ma- » ri cęlo, numero eſſe. Item conſtat colonum, qui numis colit, cũ eo qui fructus ſtãtes furto ſurripuerit, acturũ furti: quia, vt primũ decerpti eſſent, eius eſſe cœpiſſẽt. PAVL.

QVI TABVLAS vel cautiones amouet, furti tenetur non tantum pretij ipſarum tabularum, verumetiam eius, quod interfuit. quod ad æſtimationẽ refertur eius ſũmæ, quæ in ijs tabulis continetur, ſcilicet ſi tanti interfuit: vt puta ſi chirographa aureorũ x tabulæ fuerint, nam hoc dicimus duplicari. Quòd, ſi iam erant inanes, quia ſolutum proponebatur: nunquid ipſarum tantum tabularum pretij videatur eſſe æſtimatio facienda? quid enim interfuit eius? Sed poteſt dici, quia nonnunquam debitores tabulas ſibi reſtitui petunt, quia nonnunquam calumniãtur debitores quaſi indebito ſoluto ab his, intereſſe creditoris tabulas habere, ne forte controuerſiam ſuper ea re patiatur. Et generaliter dicendum eſt, id, quod intereſt, duplicari. Inde poteſt quæri, ſiquis cum alias probationes menſæ quàm ſcripturam haberet, chirographi furtum ſit paſſus, an æſtimari duplo VLP.

chirographi quantitas debeat: & nunquid non, quaſi nihil interſit? quanti enim intereſt, cum poſſit debitũ aliunde probare? quemadmodũ ſi in binis tabulis inſtrumentum ſcriptum ſit: nam nihil videtur deperdere. Sed futurum eſt, vt alio chirographo ſaluo ſecurior ſit creditor. Apotheca quoque ſi fuerit ſurrepta, ęquê dicendum eſt furti actionem in id, quod intereſt, locũ habere. Sed nihil videtur intereſſe, ſi ſint & aliæ probationes ſolutæ pecuniæ. Sed, ſiquis non amouit huiuſmodi inſtrumenta, ſed interleuit: non tantum fur-
» ti actio locum habet, verumetiam legis Aquilię: nam
» amouiſſe videtur, qui corrupit.

PAVL. SED, SI ſurripuit prius quâm deleret, tanti tenetur, quanti domini interfuit non ſurripi: delendo
» enim nihil ad pœnam adijcit.

VLP. HOC amplius, etiam ad exhibẽdum agi poteſt: & interdicto Quorum bonorum agi poterit,

SI HAEREDITARIAE tabulę deletę ſint.

SED, ET ſi imaginem quis vel librum deleuerit: & hic tenetur damni iniuriæ, quaſi corruperit. Si quis tabulas inſtrumẽtorum Reipub. municipij ali-
» cuius aut ſurripuerit aut interleuerit, Labeo ait furti
» eum teneri. Idémque ſcribit & de cæteris rebus publicis, déque ſocietatibus.

PAVL. QVIDAM tabularum dûntaxat æſtimationẽ faciendam in furti actione exiſtimant: quia, ſi Iudici, apud quem furti agatur, poſſit probari, quantum debitum fuerit: poſſit etiam apud eum Iudicẽ eadẽ probare, apud quẽ pecuniã petat. ſi verò in furti iudicio probare nõ poteſt: nec illud quidẽ poſſit oſtendi, quãti eius interſit. Sed poteſt, poſt furtum factũ, ſi tabulas nactus eſſet actor, vt ex eo probet, quãti ſua interfuit ſi tabulas nact9 nõ eſſet. De lege Aquilia maior quę-

ſtio eſt, quẽadmodũ poſſit probari, quanti eius interſit. Nã, ſi poteſt aliâs probare, nõ patitur dãnũ. Quid ergo, ſi forte pecuniã ſub cõditione crediderit: & interim teſtimonia ſunt, quorũ probationẽ habeat, qui poſſunt mori cõditione pẽdente? aut puta me petijſſe creditũ: &, quia teſtes & ſignatores, qui rẽ meminiſſent, præſentes nõ haberẽ, victum remãſiſſe: nũc verò, cum furti agam, eorum memoria & præſentia ad fidem creditæ pecuniæ vti poſſim?

TVTOR adminiſtrationem quidem rerum pupillarium habet, intercipiendi autem poteſtas ei non datur. & ideò, ſiquid furandi animo amouerit, furtũ facit: nec vſucapi res poteſt. ſed & furti actione tenetur, quãuis & tutelę cum eo agi poſſit. Quod in tutore ſcriptum eſt, idem erit & in curatore adoleſcẽtis, cæteriſque curatoribus. VLP.

IS, QVI opem furtum facienti fert, nunquam manifeſtius eſt. Itaque accidit, vt is, quidem, qui opem tulit, furti nec manifeſti: is autem, qui deprehenſus eſt, ob eandem rem manifeſti teneatur. PAVL.

SIQVIS quid perferendũ acceperit, & ſcierit furtiuũ eſſe: cõſtat, ſi deprehẽdatur, ipſũ dũntaxat furem manifeſtũ eſſe. ſi neſcierit, neutrũ. hunc, quia fur non ſit: illũ autẽ nõ eſſe manifeſtũ furẽ, quia deprehẽſus nõ ſit. Si vnus ſeruus tuus hauſiſſet & abſtuliſſet, alter hauriendo deprehenſus eſſet: prioris nomine nec manifeſti, alterius manifeſti teneberis. POMP.

QVI ſeruo perſuaſerit, vt fugeret, fur non eſt. » Nec enim, qui alicui malũ cõſiliũ dederit, furtũ facit: » nõ magis, quàm ſi ei perſuaſerit, vt ſe præcipitaret, aut manus ſibi inferret. hæc enim furti nõ admittũt actionẽ. Sed, ſi alius ei fugã perſuaſerit, vt ab alio ſurripiatur: furti tenebitur is, qui perſuaſerit: quaſi ope VLP.

» & conſilio eius furtum factum ſit. Plus Pomponius
» ſcripſit, eum, qui perſuaſerit, quanuis interim furti nõ
teneretur: tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitiui fur eſſe cœperit: quaſi videatur ope & conſilio ei⁹
» furtum factum. Item placuit eum, qui filio, vel ſeruo,
» vel vxori opem fert furtum facientibus, furti teneri,
quanuis ipſi furti actione non conueniantur. Idem
» Pomponius ait, ſi cum rebus aufugerit fugitiuus,
» poſſe furti actione ſolicitatorem conueniri rerum nomine: quia opem & conſilium contrectatori tulerit.
» quod & Sabinus ſignificat. Si duo ſerui inuicē ſibi perſuaſerint, & ambo ſimul aufugerint: alter alterius fur nõ eſt. Quid ergo, ſi inuicem ſe celauerint? fieri enim poteſt, vt ambo inuicem fures ſint. Et poteſt dici alterum alterius furem eſſe: quemadmodum, ſi alij ſingulos ſurripuiſſent, tenerentur: quaſi alter alterius nomine opem tuliſſet: quemadmodum rerum
» quoque nomine teneri eos furti Sabinus ſcripſit.

POMP. SI PAVONEM meum manſuetum, cum de
» domo mea effugiſſet, perſecut⁹ ſis, quoad is perijt: age
» re tecũ furti ita potero, ſi aliquis eũ habere cœperit.

PAVL. SI FILIVS F. ſurreptus ſit, patrẽ habere fur-
» ti actionem palàm eſt.

» MATER filij ſurrepti, furti actionem non ha-
» bet. Liberarum perſonarum nomine licet furti actio ſit, condictio tamen nuſquam eſt.

VLP. VERVM eſt, ſi meretricem alienã ancillam rapuerit quis, vel celauerit, furtum non eſſe. Nec enim factum quæritur, ſed cauſa faciendi: cauſa autem faciendi libido fuit, non furtum. & ideò etiã eum, qui fo
» res meretricis effregerit libidinis cauſa: ſi fures nõ ab
» eo inducti, ſed aliàs ingreſſi, meretricis res egeſſerũt:
» furti non teneri. An tamen vel Flauia, vel vi teneatur,

qui ſuppreſſit ſcortum libidinis cauſa? Et nō puto teneri: & ita etiā ex facto, cum incidiſſet, dixi· hic enim turpius facit, quàm qui ſurripit, ſed ſecum facti ignominiam compenſat: certè fur non eſt.

QVI IVMENTA ſibi commodata longius duxerit: alióve, modò inuito domino vſus ſit, furtum facit. PAVL.

SI QVIS, cum in hoſtium poteſtate eſſet, furtum ei factum ſit, & poſtliminio redierit: poterit quis dicere eum furti habere actionem. Adrogatorem autem poſſe furti agere, ſcilicet eius furti nomine, quod factum eſt ei, quem adrogauerit antè, quàm eum adrogaret, certum eſt. cæterum, ſi poſtea, nulla erit dubitatio. Quandiu viuit is, qui furtum fecit, competit furti actio· Aut enim ſui iuris eſt is, qui furtum fecit, & cum ipſo actio eſt. aut alieni iuris eſſe cœpit, & actio furti cum eo eſt, cuius poteſtati ſubiectus eſt. Et hoc eſt, quod dicitur, Noxa caput ſequitur. Siquis poſt noxam admiſſam, hoſtium ſeruus fuerit factus: videndum eſt an extinguatur actio. Et Pomponius ſcripſit extingui actionem: & ſi fuerit reuerſus poſtliminio, vel quo alio iure, enaſci eam actionem debere. & ita vtimur. VLP.

SI SERVVS NAVEM exerceat non voluntate domini, de eo, quod ibi perijt, vulgaris formula in dominum danda eſt: vt, quod alter admiſit, dúntaxat de peculio, quod ipſe exercitor, adijciatur, aut noxæ dedere. Igitur, ſi manumiſſus ſit, perſecutio quidem in peculium manebit aduerſus dominum intra annum, noxalis ipſum ſequetur. Interdum & manumiſſus, & qui eum manumiſit, ob furtum tenetur, ſi ideò manumiſſus ſit, ne furti cum eo agi poſſit. Sed, ſi cum domino actum fuerit, ipſo iure manu- PAVL.

» miſſum liberari Sabinus reſpondit, quaſi deciſum ſit.

VLP. FALSVS creditor, hoc eſt, is, qui ſe ſimulat cre-
» ditorem, ſi quid acceperit, furtum facit, nec numi eiꝰ
fiunt. Falſus procurator furtum quidem facere
» videtur, ſed Neratius videndum eſſe ait, an hæc ſentē
tia cum diſtinctione vera ſit, vt, ſi hac mente ei dede-
rit numos debitor, vt eos creditori perferret, procura
tor autem eos intercipiat, vera ſit. Nam & manent
numi debitoris, cum procurator eos non eius nomi-
ne acceperit, cuius debitor eos fieri vult: & inuito do-
» mino eos contrectando, ſine dubio furtum facit.
Quòd, ſi ita det debitor, vt numi procuratoris fiant:
nullo modo eum furtum facere ait, voluntate domi-
ni eos accipiendo. Sed, & ſi is, qui indebitum accipie-
bat, delegauerit ſoluendum, non erit furti actio, ſi eo
abſente ſolutum ſit: cæterum, ſi præſente, alia cauſa
» eſt: & furtum facit. Si quis nihil in perſona ſua
mentitus eſt, ſed verbis fraudem adhibuit: fallax eſt
magis, quàm furtum facit: vt puta ſi dixerit ſe locu-
pletem: ſi in mercem ſe collocaturum, quod accepit:
ſi fideiuſſores idoneos daturum, vel pecuniam confe
ſtim ſe ſoluturum. Nam ex his omnibus magis de-
cepit, quàm furtum fecit: & ideò furti non tenetur.
ſed, quia dolo fecit: niſi ſit alia aduerſus eũ actio, de
dolo dabitur. Qui alienum quid iacens in terra
» lucrifaciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſiue ſcit,
» cuius ſit, ſiue ignorauit. Nihil enim ad furtum minu-
endum facit, quòd cuius ſit ignoret. Quòd, ſi domi-
nus id dereliquit, furtum non fit eius, etiam ſi ego
animum furandi habuero. Nec enim furtum fit, ni-
ſi ſit, cui fiat: in propoſito autem nulli fit: quippe, cum
» placeat Sabini & Caſſij ſententia, exiſtimantium ſta-
» tim noſtram deſinere rem eſſe, quam derelinquimus.

Sed,& ſi non fuit derelictum, putauit tamen derelictum: furti non tenetur. Sed, ſi neque fuit, neque putauit, iacens tamen tulit, non vt lucretur, ſed redditurus ei, cuius fuerit, nō tenetur furti. Proinde videamus, ſi neſcit, cuius eſſet, tulit tamen quaſi redditurus ei, qui deſyderaſſet, vel qui oſtendiſſet rem ſuam, an furti obligetur. Et puto non obligari eum. Solent plerique etiam hoc facere, vt libellū proponat continentem inueniſſe ſe, & redditurū ei, qui deſyderauerit. hi ergo oſtendunt ſe nō animo furandi feciſſe. Quid ergo ſi ea, quæ Græci μήνυτρα dicūt, petat? Nec hic videtur furtum facere, etſi non probe petat aliquid. Si quis ſponte rem reiecit vel iactauit, quaſi pro derelicto habiturus, tûque rem hanc tuleris: an furti tenearis, Celſus lib. XII Digeſt. quærit: & ait, ſi quidē putaſti pro derelicto habitam, non teneri. quòd, ſi nō putaſti, hic dubitari poſſe ait: & tamen magis defendit non teneri: quia (inquit) res non interuertitur ei, qui eam ſponte reiecit. Si iactum ex naue factum alius tulerit, an furti teneatur? quęſtio in eo eſt, an pro derelicto habitum ſit. Et, ſi quidem derelinquendi animo iactauerit, (quod plerūque credendum eſt, cū ſciat periturum) qui inuenit, ſuum fecit: nec furti tenetur. ſi verò non hoc animo, ſed eo, vt, ſi ſaluum fuerit, haberet: ei, qui inuenit, auferendum eſt. & ſi ſcit, hoc qui inuenit, & animo furādi tenet: furti tenetur. enimuero ſi hoc animo, vt ſaluum faceret domino, furti nō tenetur. quôd ſi putans ſimpliciter iactatū, furti ſimiliter non tenetur. Etiam ſi partis dimidiæ nanciſcar dominium in ſeruo, qui mihi antea furtum fecerat, magis eſt, vt extinguatur actio etiam parte redempta: quia, & ſi ab initio quis partem in ſeruo habebat, furti agere non poterat. Planè, ſi vſuſfru-

ctus meus in eo ſeruo eſſe cœperit, dicendum eſt furti actionem non extingui: quia fructuarius, dominus non eſt.

POMP. SI IVSSV debitoris ab alio falſus creditoris » procurator acceperit, debitori iſte tenetur furti, & numi debitoris erunt. Si rem meam, quaſi tuam, tibi tradidero ſcienti meam eſſe: magis eſt furtum te facere ſi lucrandi animo id feceris. Si ſeruus hæreditarius nondum adita hæreditate furtum hæredi fecerit, qui teſtamento domini manumiſſus eſt, furti actio aduerſus eum competit: quia nullo tempore hęres dominus eius factus eſt. quod euenit, & ſi alij fuit legatus.

VLP. SI SOCIVS, communis rei furtū fecerit (poteſt enim communis rei furtum facere) indubitatè dicendum eſt furti actionem competere.

INTER omnes cōſtat, etiam ſi extincta res ſit furtiua, attamen furti remanere actionem aduerſus furem. Proinde mortuo quoque homine, quem quis furto abſtulit, viget furti actio. Sed nec manumiſſio furti actionem extinguit. Nec enim diſſimilis morti manumiſſio, quod ad ſubtrahendum domino ſeruū apparet. Itaque, qualitercunque domino ſeruus ſit ſubtractus: attamen ſupereſſe aduerſus furem furti actionem. eóque iure vtimur: Competit enim actio nō ideô, quia nūc abeſt, ſed quia nōnūquā beneficio furis abfuerit. Hoc idem in cōdictione quoq; placet. Nam condici furi poteſt, etiā ſi res fuerit aliqua ratione extincta. Hoc idem dicendū eſt, ſi res in poteſtatem hoſtiū deuenerit. nam conſtat de ea re poſſe furti agi. Sed, & ſi pro derelicto poſtea à domino habita ſit: furti nihilominꝰ agi poterit. Si ſeruus fructuarius ſurreptus eſt: vterq; &, qui fruebatur: & do-

minus: actionem furti habet· Diuiditur enim furti actio inter proprietarium & fructuarium. fructuari9 aget de fructibus: vel, quanti interfuit eius furtum factum non eſſe, dupli. proprietarius verò aget, quod interfuit eius, proprietatem non eſſe ſubtractam. Quod dicimus dupli, ſic accipere debemus, etiam » quadrupli competere actionem, ſi manifeſtum furtum ſit. Hæc actio, & ſi ſit, qui in eo ſeruo vſum tantum habeat, poterit ei competere. Et, ſi quis propoſuerit hunc ſeruum etiam pignoratum eſſe, eueniet, vt etiam is, qui pignori acceperit, habeat furti actionem. Hoc amplius, etiam debitor, ſi modo plus valeat, quàm pro pignore debetur, furti habet actionem. Vſque adeò autem diuerſæ ſunt actiones, quæ eis competunt, vt, ſi quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum: cæteris verò ſupereſſe. Nam, & ſi proponas communem ſeruum eſſe ſurreptum, & alium ex dominis pro fure damnum deciſſe: is, qui nõ deciderit, habet furti actionem. Proprietarius quoque agere aduerſus fructuarium poteſt iudicio furti, ſi quid celãdæ proprietatis vel ſupprimẽdæ cauſa fecit. Rectè dictum eſt, Qui putauit ſe domini volũtate rem attingere, nõ eſſe furẽ. Quid enim dolo fecit, qui putauit dominũ conceſſurum fuiſſe: ſiue falsò id, ſiue verè putet? Is ergo ſolus » fur eſt, qui cõtrectauit, quod inuito domino ſe facere » ſciuit. Per cõtrariũ quæritur, ſi ego me inuito domino facere putarẽ, cum dominus vellet, an furti actio ſit. Et ait Pomponius furtum me facere. Verum tamen » eſt, vt, cum ego velim, tu, licet ignores, ne furto ſis obligatus. Si furtiua res ad dominũ redijt, & iterũ contrectata eſt, competit alia furti actio.

PAVL. SI DOMINIVM rei ſurreptæ quacunque ratione mutatum ſit, dominio furti actio competit: veluti hæredi, & bonorũ poſſeſſori, & patri adoptiuo, & legatario.

VLP. QVI VAS argenteum perdiderat, eo nomine furti agebat· de pondere vaſis controuerſia cũ eſſet, & actor vas maius fuiſſe diceret, fur vas protulit· id » is, cuius erat, abſtulit ei, qui ſurripuerat. dupli nihilo» minus condemnatus eſt: & rectiſſimè iudicatum eſt· Nam in actionem pœnalem non venit ipſa res, quæ ſurrepta eſt: ſiue manifeſti furti, ſiue nec manifeſti a» gatur. Qui furem nouit: ſiue indicet eum, ſiue nõ in» » dicet, fur non eſt: cum multum interſit, furem quis » celet, an non indicet. qui nouit, furti non tenetur· qui » celat, hoc ipſo tenetur. Qui ex volũtate domini ſeruum recipit: quòd neque fur, neque plagiarius ſit, pluſquàm manifeſtum eſt. Quis enim voluntate domini habens, fur dici poteſt? Quòd, ſi domin⁹ vetuit, & ille ſuſcepit: ſi quidem nõ celandi animo: non eſt fur. ſed, ſi celauerit, tũc eſſe incipit fur. Qui igitur ſuſcepit, nec celauit, etſi inuito domino: fur non eſt. Vetare autem dominum accipimus etiã eum, qui ignorat, hoc eſt eum, qui non conſentit. Si ego tibi polienda veſtimenta locauero, tu verò inſcio aut inuito me commodaueris Titio, & Titio furtum factum ſit: & » tibi competit furti actio, quia cuſtodia rei ad te perti» net: & mihi aduerſus te nihilominus, quia nõ debue» » ras rem commodare, & id faciendo, furtum admiſe» » ris. & hic eſt caſus, quo fur furti agere poteſt. Si ancil» la ſurripiatur prægnans, vel apud furem conceperit: » partus furtiu⁹ eſt, ſiue apud furem edatur, ſiue apud bonæ fidei poſſeſſorẽ. ſed in hoc poſteriore caſu furti actio ceſſat. Sed, ſi concepit apud bonę fidei poſſeſ-

ſorem, ibique peperit: eueniet vt partus furtiuus nõ ſit, verumetiam vſucapi poſſit. Idem & in pecudibus obſeruãdum eſt & in fœtu earum, quod in partu. Ex furtiuis equis nati, ſtatim ad bonæ fidei emptorẽ pertinebunt, & merito quia & in fructu numerantur. At partus ancillæ nõ numerantur in fructu. Cũ fur rem furtiuam vendidiſſet, ei numos pretij dominus rei per vim extorſit. Furtum numorum eorum feciſſe rectè reſponſum eſt. Idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebitur. Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non eſſe, nemini dubium eſt. Numus igitur hic, qui redactus eſt ex pretio rei furtiuæ, non eſt furtiuus.

INTERDVM accidit vt non habeat furti actionem is, cuius intereſt rem ſaluam eſſe. vt ecce creditor ob rem debitoris ſurreptam furti agere nõ poteſt, etſi aliunde creditum ſeruare non poſſit. Loquimur autem ſcilicet de ea re, quæ pignoris iure obligata non ſit. Item rei dotalis nomine, quæ periculo mulieris eſt: non mulier furti actionem habet, ſed maritus. CAIVS

IN FVRTI actione nõ quod intereſt, quadruplabitur vel duplabitur: ſed rei verum pretium. Sed, & ſi res in reb⁹ humanis eſſe deſierit, cum iudicatur, nihilominus iudicatio facienda eſt. idẽmque, & ſi nũc deterior ſit, æſtimatione relata in id tẽpus, quo furtum factum eſt. Quòd, ſi pretioſior ſit facta, eius duplum, quanto tunc pretioſior facta fuerit, æſtimabitur: quia & tunc furtum eius factum eſſe, verius eſt. Ope & conſilio furtum factum Celſus ait, nõ ſolum ſi idcirco fuerit factũ, vt ſocij furarentur, ſed, & ſi nõ, vt ſocij furarentur, inimicitiarum tamen cauſa fecerit. Rectè tamen Pedius ait, ſicut nemo furtum facit VLP.

ſine dolo malo, ita nec conſilium vel opem ferre ſi» ne dolo malo poſſe. Conſilium autem dare videtur, » qui perſuadet & impellit, atque inſtruit conſilio ad » furtum faciendum. Opem fert, qui miniſterium atque » adiutorium ad ſurripiendas res præbet. Cum eo, qui pannum rubrum oſtendit, fugauítque pecus, vt in fures incideret: ſi quidē dolo malo fecit, furti actio eſt. ſed, & ſi non furti faciendi cauſa hoc fecit, non debet » impunitus eſſe luſus tam pernicioſus. Idcirco Labeo » ſcribit in factum dandam actionem.

CAIVS NAM, ET ſi pręcipitata ſint pecora, vtilis actio damni iniuriæ quaſi ex lege Aquilia dabitur.

VLP. SIQVIS VXORI res mariti ſubtrahenti » opem conſiliúmve accommodauerit, furti tenebitur. » Sed, & ſi furtum cum ea fecerit, tenebitur furti: cum » ipſa non teneatur. Ipſa quoque, ſi opem furi tulerit, » furti non tenebitur: ſed rerum amotarum. ſerui verò ſui nomine, furti eam teneri, nequaquam ambigēdum eſt. Idem dicendum eſt, & in filiofam. milite-nā » ipſe patri non tenebitur furti: ſerui autem ſui nomi» ne caſtrēſis tenebitur, ſi patri ſeruus furtum fecerit. Sed, ſi filius meus, qui habet caſtrenſe peculium, furtum mihi fecerit: an poſſim actione vtili aduerſus eū agere, videndum eſt, cum habeat, vnde ſatiſfaciat. Et poteſt defendi agēdum. An autem pater filio tenea» tur, ſi res eius caſtrenſis peculij ſubtraxerit, videamus. » Et puto teneri. Nō tantum igitur faciet furtum filio, » ſed etiam furti tenebitur. Eum creditorem, qui poſt » ſolutam pecuniā pignus non reddit, furti teneri Me» la ait, ſi celādi animo retineat. quod verum eſſe arbi» tror. Si ſulphurariæ ſunt in agro, & inde aliquis terrā » egeſſiſſet & abſtuliſſet, dominus furti aget: deinde co» lonus conducti actione conſequetur, vt idipſum ſibi

præſtetur. Si ſeruus tuus vel filius polienda veſtimenta ſuſceperit, an furti actionem habeas, quæritur? Et, ſi quidem peculium ſerui ſoluendo ſit: potes habere furti actionem. ſed, ſi non fuerit ſoluendo, dicendum eſt nō cōpetere furti actionem. Sed, & ſi rem furtiuã imprudens quis emerit, & ei ſurrepta ſit, habebit furti actionem. Apud Labeonem relatum eſt, ſi ſiliginario quis dixerit, vt, qui nomine eius ſiliginem petiiſſet, ei daret: & quidam ex tranſeuntibus, cum audiſſet, petijt eius nomine, & accepit: furti actionẽ aduerſus eum, qui ſuppetijt, ſiliginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, ſed ſibi ſiliginarius geſſit. Si fugitiuum meum quis quaſi ſuum à Duumuiris vel ab alijs, qui poteſtatẽ habent de carcere vel cuſtodia dimittere, acceperit: an is furti teneatur? Et placet, ſi fideiuſſores dederit, in eos domino actionem dandã, vt hi actiones ſuas mihi mandent. Quòd, ſi non acceperint fideiuſſores, ſed tanquam ſuum accipienti ei tradiderint: dominum furti actionem aduerſus plagiarium habiturum. Siquis de manu alicuius numos aureos vel argenteos vel aliam rem excuſſerit: ita furti tenetur, ſi ideò fecerit, vt alius tolleret, iſque ſuſtulerit. Siquis maſſam meã argenteam ſurripuerit, & pocula fecerit: poſſum vel poculorum vel maſſæ nomine furti agere, vel condicere. Idem eſt in vuis & in muſto & in vinaceis. Nã & vuarũ & muſti & vinaceorũ nomine furti agi poteſt, ſed & cõdici. Seruus, qui ſe liberum affirmauit, vt ſibi pecunia crederetur: furtum nõ fecit. Nanque hic nihil amplius quàm idoneum ſe debitorem affirmat. Idem eſt & in eo, qui ſe patremfamil. finxit, cũ eſſet filiuſfamil. vt ſibi promptius pecunia crederetur. Iulianus lib. XXII Digeſt. ſcribit, ſi pecuniam

quis à me acceperit, vt creditori meo ſoluat: deinde, cum tantam pecuniam eidem creditori deberet, ſuo
» nomine ſoluerit: furtum eum facere. Si Titius alienã rem vendiderit, & ab emptore numos acceperit, nõ
» videtur numorum furtum feciſſe. Si ex duobus ſocijs omnium bonorum, vnus rem pignori acceperit, eá-
» que ſurrepta ſit: Mela ſcribit eum ſolum furti habe-
» re actionem, qui pignori accepit: ſocium non habere.
» Neque verbo neque ſcriptura quis furtum facit: hoc
» enim iure vtimur, vt furtum ſine contrectatione non
» fiat. Quare & opem ferre, vel conſiliũ dare tunc no-
» cet, cum ſecuta cõtrectatio eſt. Siquis aſinum meum
» coëgiſſet, & in equas ſuas ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ dúntaxat ca-
» ptum admiſiſſet: furti non tenetur: niſi furandi quo-
» que animũ habuerit. Quod & Herennio Modeſtino
» Proconſuli me de Dalmatia cõſulenti reſcripſi, circa equos, quibus eiuſdem rei gratia ſubieciſſe quis equas ſuas proponebatur: furti ſcilicet ita demũ teneri, ſi furandi animo id feciſſet: ſi minus, agendũ in factum. Quum Titio honeſto viro pecuniam credere vellẽ, ſubieciſti mihi alium Titium egenum, quaſi ille eſſet
» locuples: & numos acceptos, cum eo diuiſiſti. Furti
» teneris, quaſi ope tua cõſilióque furtum factum ſit. ſed & Titius furti tenebitur. Maiora quis tibi pondera commodauit, cum emeres ad põdus. furti eum
» teneri venditori Mela ſcribit, te quoque, ſi ſciuiſti. Non enim ex voluntate venditoris accipis, cum erret in pondere. Siquis ſeruo meo perſuaſerit, vt nomen ſuũ ex inſtrumento (puta) emptionis tolleret:
» & Mela ſcribit, & ego puto furti agendũ. Sed, ſi ſeruo meo perſuaſum ſit, vt tabulas meas deſcriberet: puto, ſi quidem ſeruo perſuaſum ſit, ſerui corrupti agendum. ſi ipſe fecerit, de dolo actionem dandam.

Si linea margaritarum ſurrepta ſit, dicendus eſt numerus. Sed, & ſi de vino furti agatur, neceſſe eſt dici, quot amphoræ ſurreptæ ſint. Si vaſa ſurrepta ſint, numerus erit dicendus. Si ſeruus meus, qui habet peculij adminiſtrationem liberam, pactus ſit cum eo non donationis cauſa, qui rem eius peculiarem ſurripuerat: rectè tranſactum videtur. Quanuis enim domino quæratur furti actio: attamen in peculio ſerui eſt. Sed, ſi tota pœna dupli furti ſeruo ſoluta ſit, non dubiè fur liberabitur. Cui conſequens eſt, vt, ſi forte à fure acceperit ſeruus, quod ei rei ſatis eſſe videatur, ſimiliter rectè tranſactum videatur. Siquis iurauerit ſe furtum non feciſſe, deinde rem furtiuam non cõtrectet, furti quidem actio perimitur: rei tamen perſecutio domino ſeruatur. Si ſeruus, qui ſurreptus eſt, hæres inſtitutus fuerit, furti iudicio actor conſequetur etiam pretium hæreditatis: ſi modò ſeruus antè, quàm iuſſu domini adeat, mortuus fuerit. Condicẽdo quoque mortuum ſeruum, idem conſequetur. Si ſtatuliber ſurreptus ſit, vel res ſub cõditione legata: deinde antè, quàm adeatur hæreditas, extiterit conditio: furti iam agi nõ poteſt: quia deſijt intereſſe hęredis. Pendente autem conditione tanti ęſtimandus eſt, quanti emptorem poteſt inuenire.

SIQVIS ex domo, in qua nemo erat, rapuerit: actione de bonis raptis in quadruplum cõuenietur. furti non manifeſti, videlicet, ſi nemo eum deprehenderit, actione tollenda.

QVI iniurię cauſa ianuam effregit, quanuis inde per alios res amotæ ſint, non tenetur furti. Nam maleficia, voluntas & propoſitũ delinquentis diſtinguunt. Si ſeruus cõmodatoris rem ſurripuerit, & ſoluendo ſit is, cui ſurreptũ eſt: Sabinus ait poſſe & cõ- PAVL.

modati agi cum eo,& contra dominum, furti, ſerui nomine.ſed,ſi pecuniam,quam dominus exegit,reddat,euaneſcere furti actionẽ.Idem,& ſi remittat cõmodati actionem.Quòd,ſi ſeruus tuus rem tibi commodatam ſurripuerit,furti tecum actio nõ eſt, quia tuo periculo res ſit:ſed tãtum commodati. Qui alienis negotijs gerendis ſe obtulit, actionem furti non habet,licet culpa eius res perierit: ſed actione negotiorum geſtorum ita damnandus eſt, ſi dominus actionem furti ei cedat.Eadem ſunt in eo,qui pro tutore negotia gerit,vel in eo tutore,qui diligẽtiã præſtare debet:veluti qui ex pluribus tutoribus teſtamẽto datis,oblata ſatiſdatione ſolus adminiſtrationem ſuſcepit.Si ex donatiõe alterius, rem meam teneas, & eam ſurripiam : ita demum te furti agere mecum poſſe Iulianus ait,ſi interſit tua retinere poſſeſſionẽ: veluti ſi hominem damnatum noxali iudicio defendiſti:vel ægrum curaueris:vt aduerſus vẽdicantem, iuſtam habiturus ſis retentionem.

CAIVS SI PIGNORE creditor vtatur,furti tenetur. Eum,qui quid vtendum accepit, ſi ipſe alij cõmodauerit,furti obligari reſponſum eſt.Ex quo ſatis apparet furtum fieri,& ſi quis vſum alienæ rei, in ſuũ lucrum conuertat.Nec mouere quẽ debet,quaſi is nihil lucri ſui gratia faciat.Species enim lucri eſt, ex alieno largiri, & beneficij debitorem ſibi acquirere. Vnde & is furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eã alij donet.Furẽ interdiu deprehenſum non aliter occidere lex XII TAB.permiſit,quàm ſi telo ſe defendat.Teli autem appellatione & fuſtis,& ferrum, & lapis,& denique omne,quod nocendi cauſa habetur,ſignificatur. Cum furti actio ad pœnæ perſecutionem pertineat, condictio verò & vendicatio

ad rei recuperationem,apparet recepta re nihilominus ſaluam eſſe furti actionem: condictionem verò & vendicationem tolli:ſicut ex diuerſo poſt ſolutam dupli aut quadrupli pœnam ſalua eſt vendicatio & condictio. Qui ferramenta ſciens commodauerit ad effringendum oſtium vel armarium:vel ſcalam,ſciẽs cuius rei gratia id fieret,commodauerit ad aſcendendum:licet nullum eius conſiliũ principaliter ad furtum faciendum interuenerit,tamen furti actione tenetur.Si tutor qui negotia gerit, aut curator tranſegerit cum fure,euaneſcit furti actio.

CVM CREDITOR rem ſibi pignoratã auſfert, non videtur contrectare, ſed pignori ſuo incumbere. PAVL.

INTERDVM FVR, etiam manente pœnæ obligatione,in quibuſdam caſibus rurſus obligatur, vt cum eo ſæpius eiuſdẽ rei nomine furti agi poſſit. Primus caſus occurrit,ſi poſſeſſiõis cauſa mutata eſſet:veluti ſi res in domini poteſtatem rediiſſet, eandémque idem ſurripuerit vel eidem domino,vel ei, cui cõmodaſſet aut vendidiſſet.Sed,& ſi perſona domini mutata eſſet,altera pœna obligatur.Qui furem deducit ad Pręfectum vigilum vel ad Præſidem:exiſtimandus eſt elegiſſe viam,qua rem perſequeretur. Et ſi negotium ibi terminatum eſt, & damnato fure recepta eſt pecunia ſublata : in ſimplum videtur furti quæſtio ſublata:maxime ſi non ſolum rem furtiuam fur reſtituere iuſſus fuerit,ſed amplius aliquid in eum Iudex conſtituerit. Sed,& ſi nihil amplius quàm furtiuã rẽ reſtituere iuſſus fuerit:eo ipſo,quòd in periculũ maioris pœnę deductus eſt,intelligendũ eſt quęſtionem furti ſublatã eſſe.Si res peculiaris ſurrepta in poteſtatẽ ſerui redierit,ſoluitur furti vitiũ, IVL.

& incipit hoc caſu in peculio eſſe, & ita à domino poſſideri. Cum autem ſeruus rem ſuam peculiarem furandi conſilio amouet, quandiu eam retinet, cõditio eius non mutatur. nihil enim domino abeſt. ſed ſi alij tradiderit, furtum faciet. Qui tutelam gerit, trãſigere cum fure poteſt. & ſi in poteſtatem ſuam redegerit rem furtiuam, deſinit furtiua eſſe: quia tutor loco domini habetur. Sed & circa curatorẽ furioſi eadem dicenda ſunt: qui adeò perſonam domini ſuſtinet, vt etiam tradẽdo rem furioſi alienare exiſtimetur. Cõdicere autem rem furtiuam tutor & curator furioſi, eorum nomine poſſunt. Si duo ſerui tui veſtẽ & argentum ſurripuerint, & alterius nomine de veſte tecum actum fuerit, alterius de argento agatur: nulla exceptio dari debebit ob eam rem, quòd iã de veſte actum fuerit.

ALPH. SI CRETAE fodiendæ cauſa ſpecum quis feciſſet, & cretam abſtuliſſet, fur eſt, non quia fodiſſet, ſed quia eam abſtuliſſet.

VLP. SI filiofamiliâs furtum factum eſſet, rectè is paterfamiliâs factus eo nomine aget. Sed, & ſi res ei locata ſurrepta fuerit, & paterfamiliâs factus ſit, idem agere poterit.

SI IS, qui rem commodaſſet, eam rẽ clàm abſtuliſſet, furti cum eo agi non poteſt: quia ſuum recepiſſet, & ille commodati liberatus eſſet. Hoc tamen ita accipiendum eſt, ſi nullas retinendi cauſas is, cui commodata res erat, habuit. Nam, ſi impenſas neceſſarias in rem commodatam fecerat: interfuit eius potius per retentionem eas ſeruare, quàm vltro commodati agere: ideóque furti actionem habebit.

AFR. ANCILLA fugitiua quemadmodum ſui furtum facere intelligitur, ita partum quoque contre-

ctando, Furtum facit.

SI SERVVS communis vni ex dominis furtum fecerit, communi diuidundo agi debere placet: & arbitrio Iudicis cõtineri, vt aut damnum præſtet, aut partem cedat. Cui cõſequens eſſe videtur, vt etiã, ſi alienauerit ſuam partem, ſimiliter & cum emptore agi poſſit, vt quodammodo noxalis actio caput ſequatur. Quod tamen non eouſque producendũ ait, vt etiam, ſi liber ſit factus, cum ipſo agi poſſe dicamus: ſicuti non ageretur etiam, ſi proprius fuiſſet. Ex his igitur apparet mortuo ſeruo nihil eſſe, quod actor eo nomine conſequi poſſit: niſi ſi forte quid ex re furtiua ad ſocium peruenerit. His etiam illud conſequẽs eſſe ait, vt, ſi is ſeruus, quem mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit: agendo pignoratitia contraria conſequar, vt ſimiliter aut damnum decidas, aut pro noxæ deditione hominem relinquas. Idem dicendum de eo eſt, quem conueniſſet in cauſa redhibitionis eſſe: vt, quemadmodũ acceſſiones & fructus emptor reſtituere cogitur, ita & ẽ contrario vẽditor quoque vel damnũ decidere, vel pro noxæ deditione hominem relinquere cogatur: niſi quid in his amplius ſit. Quôd, ſi ſciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præſtare cogendus eſt: id enim bonæ fidei conuenire. ſed in actione empti præcipue ſpectandum eſſe qualem ſeruum venditor promiſerit. Quod verô ad mandati actionem attinet, dubitare ſe ait, num æquê dicendum ſit omnimodo damnum præſtari debere. Et quidẽ hoc amplius quâm in ſuperioribus cauſis ſeruandum eſt, vt etiam, ſi ignorauerit is, qui certum hominẽ emi mandauerit, furem eſſe: nihilominus tamẽ damnum decidere cogatur. Iuſtiſſimẽ enim procuratorẽ allega-

re, non fuiſſe ſe id damnum paſſurum, ſi id mandatũ non ſuſcepiſſet. Idque euidẽtius in cauſa depoſiti apparere. Nam licet alioqui æquum videatur non oportere cuiquam plus damni per ſeruũ euenire, quàm quãti ipſe ſeru9 ſit: multò tamẽ æquius eſſe, nemini officium ſuum, quod eius, cũ quo contraxerit, nõ etiã ſui commodi cauſa ſuſceperit, damnoſum eſſe. Et, ſicut in ſuperioribus contractibus, vẽditione, locatione, pignore, dolum eius, qui ſciens reticuerit, puniendum eſſe dictum ſit: ita & in his culpam eorum, quorum cauſa contrahitur, ipſis potius dãnoſam eſſe debere. Nam certam mandantis culpam eſſe, qui talẽ ſeruum ſibi emi mandauerit: & ſimiliter eius, qui deponat, quòd non fuerit diligentior circa monẽdum, qualem ſeruum deponeret. Circa commodatum autem meritò aliud exiſtimandum eſſe: videlicet quòd tunc eius ſolius commodum, qui vtendum rogauerit, verſetur. Itaque eum, qui commodauerit, ſicut in locatione, ſi nõ dolo quid fecerit, non vltra pretium ſerui quid amiſſurũ. Quinetiam paulo remiſſius circa interpretationem doli mali debere nos verſari: quoniam (vt dictum eſt) nulla vtilitas commodantis interueniat. Hæc ita puto vera eſſe, ſi culpa nulla ipſi9 qui mãdatum vel depoſitum ſuſceperit, intercedat. Cæterum, ſi ipſe vltrò ei cuſtodiam argenti forte vel numorum commiſerit, cum alioqui nihil vnquã dominus tale quid feciſſet, aliter exiſtimandum eſt. Locaui tibi fundum, & (vt aſſolet) conuenit, vti fructus ob mercedem mihi pignori eſſent. Si eos clàm deportaueris, furti tecum agere me poſſe aiebat. Sed, & ſi tu alij fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit: conſequens erit, vt in furtiuam cauſam eos incidere dicamus. Etenim fructus, quandiu ſolo

cohæreant, fundi eſſe: & ideò colonum (quia volun- »
tate domini eos percipere videatur) ſuos fructus fa- »
cere. quod certe in propoſito non æquè dicitur. Qua
enim ratione coloni fieri poſſunt, cũ emptor eos ſuo
nomine cogat? Statuliberum, qui, ſi x dederit, liber
eſſe iuſſus erat, hæres noxali iudicio defendebat. pen
dẽte iudicio ſeruus datis x hæredi, ad libertatẽ per-
uenit. Quæritur, an non aliter abſolutio fieri debeat,
quàm ſi x, quę accepiſſet, hęres actori dediſſet? Re-
ferre exiſtimaui, vnde ea pecunia data eſſet: vt, ſi qui- »
dẽ aliunde quàm ex peculio, hoc ſaltẽ præſtet: quo-
niamquidem, ſi nondum ad libertatem ſeruus perue
niſſet, noxæ dedit⁹, ei, cui deditus eſſet, datur⁹ fuerit.
ſi verò ex peculio: quia numos hæredi dederit, quos
vtique is paſſurus eum non fuerit ei dare: cõtrà ſta-
tuendum eſt.

FVRTVM nõ committit, qui fugitiuo iter mõ- » MART.
ſtrauerit.

NON poteſt Præſes prouinciæ efficere, vt furti » MARC.
damnatum non ſequatur infamia.

A TITIO hærede homo Seio legatus, ante a- MART.
ditam hæreditatem Titio furtum fecit. Si adita hæ-
reditate Seius legatum ad ſe pertinere voluerit, fur-
ti eius ſerui nomine aget cũ eo Titius: quia nec tunc,
cum faceret furtum, eius fuerit. Et, vt maxime quis
exiſtimet, ſi ſeruus eſſe cœperit eius, cui furtum fe-
cerat, tolli furti actionem, vt nec, ſi alienatus ſit, agi
poſſit eo nomine: nec poſt aditam quidem hæredita-
tem Titij factus eſt: quia ea, quæ legantur, recta
via ab eo, qui legauit, ad eum, cui legata ſunt, tranſ-
eunt.

QVI EA mente alienum quid contrectauit, VLP.
vt lucrifaceret: tametſi mutato conſilio id domi-

» no poſtea reddidit, fur eſt. Nemo enim tali peccato
» penitentia ſua nocens eſſe deſijt.

PAVL. SI IS, qui rem pignori dedit, vendiderit eam: » quamuis dominus ſit, furtum facit, ſiue eam tradide» rit creditori, ſiue ſpeciali tantum pactione obligaue» rit. Idque Iulianus putat. Si is, cui res ſurrepta fuerit, » dum apud furem ſit, legauerit eam mihi: an, ſi poſtea fur eam cõtrectet, furti actionem habeam? Et ſe» cundum Octaueni ſententiam mihi ſoli cõpetit furti actio: cũ hæres ſuo nomine non habeat: quia, quacunque ratione dominium mutatum ſit, domino cõpetere furti actionem conſtat. Eum, qui mulionẽ do» lo malo in ius vocaſſet, ſi interea mulę periſſent, fur» ti teneri veteres reſponderunt. Iulianus reſpõdit eũ, » qui pecunijs exigẽdis præpoſitus eſt, ſi manumiſſus exigat, furti teneri. Quod ei conſequens eſt dicere & in tutore, cui poſt pubertatem ſolutum eſt. Si tu Titium mihi commendaueris quaſi idoneum, cui crederem, & ego ignorem Titium, qui ſit: deinde tu a» lium adducas quaſi Titium: furtum facies: quia Ti» tium hunc eſſe credo. ſcilicet ſi & ille, qui adducitur, » ſcit. quod, ſi neſciat, non facies furtum. nec is, qui adducitur, opem tuliſſe poterit videri, cum furtum factum nõ ſit: ſed dabitur actio in factum in eum, qui adduxit. Si ſtipulatus de te ſim per te non fieri, quo minus homo Eros intra Calẽd. Iul. mihi detur: quãuis mea intereſſet eum non ſurripi, cum ſurrepto eo ex ſtipulatu nõ tenearis: ſi tamen per te factam ſit, quo minus mihi daretur, non tamen furti actionem me habere.

CELS. » INFICIANDO depoſitum, nemo facit fur» tum. Nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licet propè furtum ſit. Sed, ſi poſſeſſionẽ eius adipiſcatur inter-

uertendi cauſa, facit furtum. Nec refert, in digito ha- » beat annulum, an datus hypothecæ ſit, quem, cũ in » depoſito teneret, habere pro ſuo deſtinauerit. Si tibi ſurreptum eſt, quod niſi die certa dediſſes, pœnã promiſiſti: ideóque ſufferre eam neceſſe fuit: furti a- » ctiõe hoc quoque æſtimabitur. Infans apud furẽ » adoleuit. Tam adoleſcẽtis furtum fecit ille, quàm in- » fantis: & vnum tantum eſt furtum: ideóque dupli te- » netur, quanti vnquam apud eum plurimò fuit. Nam, quòd ſemel dúntaxat furti agi cum eo poteſt, quid re- fert propoſitæ quæſtioni? Quippe, ſi ſurreptus furi fo- ret, ac rurſus à fure altero eum recuperaſſet: etiam ſi duo furta feciſſet, non amplius quàm ſemel cum eo » furti agi poſſet. Et nec dubitauerim, quin adoleſcentis » potius quàm infantis æſtimationem fieri oporteat. Et quid tam ridiculum eſt, quàm meliorem furis condi- tionem eſſe, propter continuationem furti, exiſtima- re? Cum ſeruus inemptus factus ſit, non poteſt em- ptor furti agère cum venditore ob id, quod is ſeruus poſt emptionẽ antè, quàm redderetur, ſurripuiſſet. Quôd furi ipſi furtum fecerit furtiuus ſeruus, eo no- mine actionem cum domino furem habiturum pla- cet: ne facinora talium ſeruorum non ſolum ipſis im- punitatem præſtent, ſed dominis quoque eorũ quæ- ſtui ſint. Plerunque enim eius generis ſeruorum fur- tis peculia eorundem augẽtur. Si colonus poſt luſtrũ conductionis, anno amplius fructus inuito domino perceperit: videndũ eſt, ne meſſis & vindemiæ furti cũ eo agi poſſit. Et mihi dubiũ nõ videtur, quin fur ſit: & ſi conſumpſerit rem ſurreptam, repiti ab eo poſſit.

HAEREDITARIAE rei furtũ fieri Iulianus » MARC. negabat: niſi forte pignori dederat defunctus, aut cõ- modauerat:

SCAEV. AVT, IN qua vſuſfructus alienus eſt.

MARC. HIS ENIM caſibus putabat hæreditariarum rerum fieri furtum, & vſuſcapionem impediri: idcirco & hæredi quoque actionem furti cõpetere poſſe.

IAB. SI IS, cui cõmodata res erat, furtum ipſius ad» miſit: agi cum eo & furti & cõmodati poteſt. & ſi furti actũ eſt, commodati actio extinguitur: ſi commodati, actiõi furti exceptio obijcitur. Eius rei, quæ pro hærede poſſidetur, furti actio ad poſſeſſorem non pertinet, quãuis vſucapere quis poſſit: quia furti age» re poteſt is, cui⁹ intereſt rem nõ ſurripi. intereſſe autẽ » eius videtur, qui damnum paſſurus eſt, non eius, qui lucrum facturus eſſet.

MOD. SEMPRONIA libellos cõpoſuit quaſi datura Centurioni, vt ad officium tranſmitterẽtur: ſed nõ dedit. L. Titius pro tribunali eos recitauit, quaſi officio traditos. Quæro, cum non ſint in officio inuenti, neque Cẽturioni traditi: quo crimine ſubijciatur, qui auſus eſt libellos de domo ſubtractos pro tribunali le» gere, qui non ſunt dati? Modeſtinus reſpõdi. ſi clàm » ſubtraxit, furtum commiſſum eſſe.

IAB. SI IS, QVI pignori rem accepit, cum de vendendo pignore nihil conueniſſet, vendidit: aut antè, quàm dies venditionis veniret pecunia non ſoluta, id » fecit: furti ſe obligat.

FVRTIVAM ancillã, bona fide II aureorum pretio emptã cum poſſiderem, ſurripuit mihi Titius: cũ quo & ego & domin⁹ furti agimus. Quæro, quan» ti æſtimatio pro vtroque fieri debeat? Reſpõdi. Emptori, duplo quanti eius intereſt, æſtimari debet. Domino autem, duplo quanti ea mulier fuit. Nec nos mouere debet, quòd duobus pœna furti præſtabitur: quippe cum eiuſdem rei nomine pręſtetur: emptori,

eius poſſeſſionis: domino, ipſius proprietatis cauſa præſtanda eſt.

SI IS, QVI ſimulabat ſe procuratorem eſſe, effecerit, vt vel ſibi, vel cui me delegauit, promitterē: furti cū eo agere non poſſum: quoniā nullum corpus interueniſſet, quod furandi animo contrectaretur. POMP.

QVI RE SIBI commodata, vel apud ſe depoſita vſus eſt aliter, atque accepit: ſi exiſtimabat ſe non inuito domino id facere, furti non tenebitur: ſed nec depoſiti vllo modo tenebitur. commodati autem vt teneatur, in culpa exiſtimatio erit, ſcilicet quòd nō debuerit exiſtimare id dominum permiſſurū. Si quis alteri furtum fecerit, & id, quod ſurripuerit, ali⁹ ab eo ſurripuit: cū poſteriore fure dominus eius rei furti agere poteſt: fur prior nō poteſt. ideò quia domini interfuit, nō prioris furis, vt id, quod ſurreptū eſt, ſaluum eſſet. Hæc Q. Mutius refert, & vera ſunt. Nam, licet interſit furis rem ſaluam eſſe, quia condictione tenetur: tamen cum eo, is, cuius intereſt, furti habet actionem, ſi honeſta ex cauſa intereſt. Nec vtimur Seruij ſententia, qui putabat, ſi rei ſurreptæ dominus nemo extaret, nec exiturus eſſet, furem habere furti actionem. nō magis enim tunc eius intereſſe intelligitur, quàm qui lucrum facturus ſit. Dominus igitur habebit cum vtroque furti actionem, ita, vt, ſi cū altero furti actionem inchoet, aduerſus alterum nihilominus duret. ſed & condictionem: quia ex diuerſis factis tenentur.

QVIS ACCVM habentem pecuniā ſurripuerit, furti actione etiam ſacci nomine tenetur: quanuis non ſit ei animus ſacci ſurripiendi.

REM inſpiciēdam quis dedit. ſi periculū ſpectet ad eum, qui accepit, ipſe furti agere poteſt. PAP.

SI DEBITOR pignus ſurripuit: quod actione furti ſoluerit, nullo modo repetit.

SI VENDIDERO, neque tradidero ſeruũ, & is ſine culpa mea ſurripiatur: magis eſt, vt furti mihi cõpetat actio. & mea videtur intereſſe, quia dominiũ apud me fuit, vel quoniã ad præſtãdas actiões teneor. Cum autem iure dominij defertur furti actio: quanuis nõ aliâs, niſi noſtra interſit, competat, tamẽ ad æſtimationem corporis, etiamſi nihil amplius interſit, vtilitas mea referenda eſt. Idémque & in ſtatu liberis & in legato ſub conditione relicto probatur. alioqui diuerſum probantibus, ſtatui facilè quantitas non poteſt: quia tũc ſola vtilitas æſtimationem facit, quũ, ceſſante dominio, furti actio naſcitur. in iſtis cauſis ad æſtimationẽ corporis, furti actio referri non poteſt. Si ad exhibendum egiſſem, optaturus ſeruũ mihi legatũ, & vnus ex familia ſeruus ſurreptus ſit: hæres furti habebit actionem. eius enim intereſt. Nihil „ enim refert, cur præſtare cuſtodiam debeat. Cum raptor omnimodo furtũ facit, manifeſtus fur exiſtimã„ dus eſt. Is autem, cuius dolo fuerit raptum, furti qui„ dem non tenebitur, ſed vi bonorũ raptorum. Si Titius, cuius nomine pecuniam perperã falſus procurator accepit, ratũ habeat: ipſe quidem Titius ne„ gotiorum geſtorum aget: ei verò, qui pecuniam inde„ bitam dedit, aduerſus Titium erit indebiti cõdictio: „ aduerſus falſum procuratorem furtiua durabit condictio. & à Titio non inique per doli exceptionẽ vti præſtetur ei furtiua cõdictio deſyderabitur. Quòd, ſi pecunia fuerit debita, ratũ habente Titio, furti actio euaneſcit: quia debitor liberatur. Falſus autem procurator ita demum furtum pecuniæ faciet, ſi nomine quoq; veri procuratoris, quẽ creditor habuerit, aſſum-

pto,debitorem alienum circumuenerit. Quod æquè probatur & in eo,qui ſibi deberi pecuniã, dicendo ſe eſſe hæredem Sempronij creditoris, aſſeuerauerit,cũ eſſet alius. Qui rem Titij agebat, eius nomine falſo procuratori creditoris ſoluit, & Titius ratum habuit. Non naſcitur ei furti actio: quæ ſtatim cum pecunia ſoluta eſt,ei,qui dedit, nata eſt:cum Titij numorum dominium non fuerit,neque poſſeſſio: ſed condictionem quidem indebiti Titius habebit: furtiuam autẽ, qui pecuniam dedit: quæ & ſi negotiorum geſtorum actione Titius conueniri cœperit, arbitrio Iudicis ei præſtabitur.

OB PECVNIAM ciuitati ſubtractam actio- »
ne furti,non crimine peculatus tenetur. »

FVLLO vel ſarcinator, qui polienda vel ſarciẽ- » PAVL.
da veſtimenta acceperit,ſi forte his vtatur,ex contre- »
ctatione eorum furtum feciſſe videtur:quia non in eã »
cauſam ab eo videntur accepta. Frugibus ex fundo
ſurreptis,tã colonus quàm dominus furti agere poſ- »
ſunt:quia vtriuſque intereſt rem perſequi.Qui ancil- »
lam non meretricem libidinis cauſa ſurripuerit, furti »
actiõe tenebitur:& ſi ſuppreſſerit,pœna legis Flauiæ »
coërcebitur.Qui tabulas cautionésve ſurripuerit,in- »
adſcriptam ſummam furti actione tenebitur.Nec re- »
fert cancellatæ nécne ſint:quia ex his debitum magis
ſolutum eſſe comprobari poteſt.

SI QVIS ex bonis eius,quẽ putabat mortuũ, NERA.
qui viuus erat,pro hærede res hæreditarias appreben- »
derit:eum furtum non facere. Ei,cum quo ſuo nomine furti actum eſt,ſi etiam ſerui nomine de alia re aduerſus eum agatur, non dandam exceptionem furti vnà facti placet.

QVANVIS res furtiua,niſi ad dominum re- PAVL.

dierit, vſucapi non poſſit: tamen, ſi eo nomine lis æſtimata fuerit, vel furti dominus eam vendiderit: nõ interpellari iam vſuſcapionis ius dicendum eſt.

IS, CVIVS intereſt non ſurripi, furti actionem habet, ſi & rem tenuerit domini voluntate: veluti is, cui res locata eſt. Is autem, qui ſua voluntate vel etiã
» pro tutore negotia gerit, item tutor vel curator ob rẽ
» ſurreptam ſua culpa, non habebunt furti actionem. Item is, cui ex ſtipulatu vel ex teſtamento ſeruus de-
» betur: quanuis interſit eius, non habet furti actionẽ. ſed nec is, qui fideiuſſit pro colono.

TRYP. SI AD dominũ ignorantẽ peruenerit res furtiua vel vi poſſeſſa, nõ videtur in poteſtatẽ domini reuerſa: ideóque nec, ſi poſt talem domini poſſeſſionẽ, bona fide ementi vænierit, vſuſcapio ſequetur.

PAVL. CREDITORI actio furti in ſummã pignoris non debiti competit. Sed, vbi debitor ipſe ſubtraxiſſet pignus, contrà probatur, vt in ſummam pecuniæ debitæ & vſurarum eius, furti conueniatur.

SI QVIS egerit vi bonorum raptorum, etiam furti agere nõ poteſt. quòd, ſi furti egerit in duplum, poteſt & vi bonorum raptorum agere, ſic, vt non excedat quadruplum.

SI LIBERTVS patrono vel cliens, vel mer-
» cenarius ei, qui eum cõduxit, furtũ fecerit: furti actio non naſcitur.

IAB. FVLLO actione locati de domino liberatus eſt.
» negat eum furti rectè acturum Labeo. Item, ſi furti egiſſet prius, quàm ex locato cũ eo ageretur: & antè, quàm de furto iudicaretur, locati actione liberat⁹ eſſet, etiam fur ab eo abſolui debet. Quòd, ſi nihil eorũ antè accidiſſet, furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco, quoniã furti eatenus habet actionẽ, quatenus

eius intereſt. Nemo opem aut conſilium alij præſtare » poteſt, qui ipſe furti faciẽdi conſiliũ capere nõ poteſt. »

SI QVIS, cum ſciret quid ſibi ſurripi, nõ prohibuerit: non poteſt furti agere, Paulus. Imò contrà: » Nam, ſi quis ſcit ſibi rapi, & quia nõ poteſt prohibere, quieuit: furti agere poteſt. ſi potuit prohibere, nec » prohibuit: nihilominus furti aget. Et hoc modo patronus quoque liberto, & is, cuius magna verecundia, ei quem in præſentia pudor ad reſiſtendũ impedit, furtum facere ſolet. IAB.

MEMINISSE oportebit nunc furti plerũque criminaliter agi: & eum, qui agit, in crimẽ ſubſcribere: non quaſi publicum ſit iudiciũ, ſed quia viſum eſt temeritatem agẽtium etiam extraordinaria animaduerſione coercendam. Nõ ideò tamen minus, ſi quis velit, poterit ciuiliter agere. VLP.

DE TIGNO INIVNCTO.

» EX XII TABVLARVM neque » ſoluere permittit tignum furtiuum ædi » bus vel vineis iniunctum, neque vendi » care. quod prouidenter lex efficit: ne vel » ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in eum, qui cõuictus eſt iniunxiſſe, in duplum dat actionem. Tigni autem » appellatione continetur omnis materia, ex qua ædi » ficium conſtat, vineæque neceſſaria. Vnde quidam » aiunt tegulam quoque, & lapidem, & cæmenta, cæ » teráque, ſi qua ædificijs ſunt vtilia, hac appellatiõe cõ » tineri. Tigna autẽ à tegẽdo dicta ſunt. Hoc amplius, » & calcem, & arenam tignorũ appellatione cõtineri. » Sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis ne » VLP.

ceſſaria continentur: vtputa perticæ, pedamēta. Sed & ad exhibendum danda eſt actio. Nec enim parci oportet ei, qui ſciens alienam rem ædificio incluſit, iniunxítve. Non enim ſic eum conueniemus quaſi poſſidentem, ſed ita, quaſi dolo malo fecerit, quò minus poſſideat.

SED, SI proponas tigni furtiui nomine ædib⁹ iniuncti actū, deliberari poterit, an extrinſecus ſit rei vendicatio. Et eſſe non dubito.

SI QVIS TESTAMENTO LIBER ESSE IVSSVS FVERIT, ET POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HAEREDITATEM SVRRIPVISSE AVT CORRVPISSE QVID DOLO MALO DICATVR.

VLP. SI DOLO malo ei⁹, qui liber eſſe iuſſus erit, poſt mortē domini ante aditā hæreditatē, in bonis, quæ ei⁹ fuerint, qui eū liberū eſſe iuſſiſſet, factū eſſe dicetur, quò minus ex his bonis ad hæredem aliquid „ perueniret: in eū intra vtilē annum dupli iudiciū da„ tur. Hæc autē actio in factū (vt Labeo ſcripſit) naturalem potius quàm ciuilē habet in ſe æquitatē: ſi qui„ dem ciuilis deficit actio: ſed natura æquū eſt, nō eſſe „ impunitū eū, qui hac ſpe audacior fact⁹ eſt, quia neq; vt ſeruum ſe coërceri poſſe intelligit, ſed ſpe imminētis libertatis: neque vt liberū dānari, quia hæreditati furtū fecit, hoc eſt dominæ: dominus autē domināve nō poſſunt habere furti actionē cū ſeruo ſuo, quanuis poſtea ad libertatem peruenerit, vel alienatus ſit: niſi poſtea quoque eā rem cōtrectauerit. Itaque æquū eſſe

Prętor putauit, calliditatem & proteruitatem eorum, qui hæreditates depopulantur, dupli actione in factũ coërceri. Non autẽ aliâs tenebitur iſte libertus, quâm ſi dolo malo quid diſſipaſſe proponatur. Culpa autẽ negligentiáque ſerui poſt libertatem excuſata eſt: ſed culpa dolo proxima dolum repræſentat. Proinde, ſi quid damni dederit ſine dolo, ceſſabit iſta actio: quamuis aliâs Aquilia teneatur ob hoc, quòd damnũ qualitercunque dederit. Habet itaque certum finem iſta actio, vt dolo fecerit iſte, & poſt mortem domini, & ante aditam hæreditatem. Cæterum, ſi ſine dolo malo, aut dolo quidem, verum viuo domino: non tenebitur hac actione. Quinimò & ſi poſt mortem domini, poſt aditam tamen hæreditatẽ: ceſſabit hæc actio. Nam, vbi adita hæreditas eſt, iam quaſi liber conueniri poteſt. Quid tamen, ſi ſub conditione acceperit libertatem? Ecce nondum liber eſt, ſed vt ſeruus poteſt coërceri? idcirco dicendum eſt ceſſare hanc actionem. Sed, vbi libertas competit, continuò dicendum eſt poſſe & debere hanc actionem dari aduerſus eum, qui peruenit ad libertatem. Si ſeruus pure legatus, ante aditam hæreditatem quid admiſerit in hæreditate: dicẽdum eſt, quia dominium in eo mutatur, huic actioni locum eſſe. Et generaliter dicimus quo caſu in ſeruo dominium immutatur, vel amittitur, vel libertas competit poſt interuallum modicum aditæ hæreditatis: eo caſu hanc actionem indulgendam. Sed, ſi fideicommiſſaria libertas data ſit ſeruo: quicquid in hæreditate maleficij admiſit, nunquid nõ prius cogatur hæres manumittere, quàm ſatiſfecerit? Et eſt ſæpiſſime & à diuo Marco & ab Imperatore noſtro cum patre reſcriptum, non impediri fideicõmiſſariam libertatẽ, quæ purè data eſt. Diuus ſanè Marcus

reſcripſit arbitrum ex cõtinenti dandum: apud quẽ ratio ponatur. Sed hoc reſcriptum ad rationem ponẽdam pertinere eius actus, quem ſeruus adminiſtrauerit, arbitror, ideò & hic poſſe hanc actionem competere. Ante aditam hæreditatem, ſic accipere debem⁹; antè, quàm vel ab vno adeatur hæreditas: nam, vbi vel vnus adijt, competit libertas. Si pupillus hęres inſtitutus ſit, & à ſubſtituto eius libertas data, medióque tempore quædam admittantur: ſi quidem viuo pupillo quid fuerit factum, locum nõ eſſe huic actioni. ſi verò poſt mortem antè, quàm quis pupillo ſuccederet, actionem iſtam locum habere. Hæc actio locum habet non tantũ in rebus, quæ in bonis fuerunt teſtatoris, ſed & ſi hæredis interfuit dolũ malũ admiſſum nõ eſſe, quo minus ad ſe perueniret. Et ideo Scęuola plenius tractat, & ſi eam rem ſurripuiſſet ſeruus, quam defunctus pignori acceperat, hanc actionem honorariam locum habere. Plenius enim cauſam bonorum hic accipimus, pro vtilitate. Nam, ſi in locũ deficientis furti actionis propter ſeruitutem hanc actionem ſubſtituerit Prætor, veriſimile eſt in omnibus cauſis eum, in quibus furti agi potuerit, ſubſtituiſſe. In ſumma, probatur hanc actionem in rebus pignoratis & in rebus alienis bona fide poſſeſſis locum habere. Idem eſt de re commodata teſtatori. Item, ſi fructus poſt mortem teſtatoris perceptos hic ſeruus, qui libertatem proſpicit, contrectauerit: locus erit huic actioni. Sed, & ſi partus vel fœtus poſt mortem agnatos, tantundem erit dicendum. Præterea, ſi impubes poſt mortem patris quæſierit rei dominium, eáque antè, quàm impubetis hæreditas à ſubſtituto adeatur, ſurripiatur: locum habere iſtam actionem dicendum eſt. Sed & in omnibus, quæ interfuerit hæredis

non eſſe euerſa: locum habet hæc actio. Non tantum autem ad ſola furta iſta actio pertinet, ſed etiam ad omnia damna, quæcunque hæreditati ſeruus dedit. Scæuola ait poſſeſſionis furtum fieri. Denique, ſi nullus ſit poſſeſſor, furtum negat fieri. Idcirco autem hæreditati furtum non fieri, quia poſſeſſionem hæreditas non habet: quæ facti eſt & animi. Sed nec hęredis eſt poſſeſſio antè, quàm poſſideat: quia hæreditas in eum id tantum transfundit, quod eſt hæreditatis: nō autem fuit poſſeſſio, hæreditatis. Illud verum eſt, ſi poteſt aliâs hæres ad ſuum peruenire, non eſſe honorariam actionem tribuendam, vt in id, quod interſit, condemnatio fiat. Præter hanc actionem eſſe & vendicationem rei conſtat: cum hæc actio ad ſimilitudinem furti competat. Item hæredi cæteriſque ſucceſſoribus competere iſtam actionem dicendum eſt. Si ſerui plures libertatem iuſtam acceperunt, & dolo malo quid admiſerunt: ſinguli cōuenientur inſolidū, hoc eſt in duplum. & cum ex delicto conueniantur, exemplo furti; nullus eorum liberatur, etſi vnus conuentus præſtiterit.

SI PAVLO antè, quàm ſtatuta libertas obtigerit, amouerit aliquid ſeruus aut corruperit: ignorantia domini non introducit hanc actionem. ideóque, licet maxime ignorauerit hæres à ſtatulibero, aut quilibet alius dominus à ſeruo ſuo amotum aliquid corruptúmve eſſe, non impetrat poſt libertatem eius vllam actionem: quanuis in pluribus cauſis alijs iuſta ignorantia excuſationem mereatur. PAVL.

LABEO putauit ſub conditione manumiſſum res amouentem, ſi cito conditio extiterit, hac actione conueniendum. VLP.

FVRTI ADVERSVS NAVTAS, CAVPONES, STABVLARIOS.

VLP. 1. IN EOS, QVI naues, cauponas, ſtabula exercent: ſi quod à quoquam eorum, quos quáſve ibi habebunt, furtũ factum eſſe dicetur, iudicium datur: ſiue furtum ope & conſilio exercitoris factum ſit, ſiue eorum, cuius, qui in ea naui nauigandi cauſa eſſent. Nauigandi autem cauſa accipere debemus eos, qui adhibẽtur, vt nauis nauiget: hoc eſt nautas. Et in duplum actio eſt. Cũ enim in caupona vel naui res perierit: ex edicto Prætoris obligatur exercitor nauis vel caupo: ita, vt in poteſtate ſit eius, cuius res ſurrepta ſit, vtrum malit, cum exercitore honorario iure, an cum fure iure ciuili experiri. Quòd, ſi receperit ſaluum fore caupo vel nauta, furti actionem nõ dominus rei ſurreptæ, ſed ipſe habet: quia recipiendo, periculum cuſtodiæ ſubijt. Serui verò ſui nomine exercitor noxæ dedendo ſe liberat. Cur ergo non exercitor nauis condemnatur, qui ſeruum tam malum in naue admiſit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur inſolidum, ſerui verò non tenetur? niſi forte idcirco, quòd liberum quidem hominem adhibẽs, ſtatuere debuit de eo, qualis eſſet: in ſeruo verò ſuo ignoſcendum ſit ei quaſi in domeſtico malo, ſi noxæ dedere paratus ſit. Si autem alienum adhibuit ſeruũ, quaſi in libero tenebitur. Caupo autem præſtat factũ eorum, qui in ea caupona eius cauponæ exercẽdę cauſa ibi ſunt: item eorum, qui habitandi cauſa ibi ſunt. viatorum autem factum non præſtat. Nanque viatorem ſibi eligere caupo vel ſtabularius non videtur: nec repellere poteſt iter agentes. Inhabitatores verò

perpetuos ipſe quodammodo eligit, qui non reijcit: quorum factum oportet eum præſtare. In naui quoque, vectorum factum non præſtatur.

SI FAMILIA FVRTVM FECISSE DICATVR.

VTILISSIMVM id edictū. Prætor propoſuit: quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: videlicet ne, cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, ſi omnes dedere, aut pro ſingulis æſtimationem litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edicto, vt, ſi quidem velit quis dedere noxios ſeruos, poſſit omnes dedere, qui participauerunt furtum. Enimuero, ſi maluerit æſtimationem offerre, tantum offerat, quantū, ſi vnus liber furtum feciſſet: & retineat familiam ſuam. Hæc autem facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factum eſt. Cæterum, ſi ſciēte eo, facultas ei non erit danda. Nam & ſuo nomine, & ſingulorum nomine conueniri poteſt noxali iudicio: nec vna pœna exacta, altera tollitur: nec vna æſtimatione, quam homo liber ſufferret, defungi poterit. Is autem accipitur ſcire, qui ſcit, & potuit prohibere. Scientiam enim ſpectare debemus, quę habet & voluntatem. Cæterum, ſi ſcit, & prohibuit: tū dicendum eſt vſurum edicti beneficio. Si plures ſerui damnum culpa dederint, æquiſſimum eſt eandem facultatem domino dari. Cum plures ſerui eiuſdem rei furtum faciunt, & vnius nomine cum domino lis conteſtata ſit: tandiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quandiu priori iudicio poteſt actor

ULP.

conſequi,quantum conſequeretur,ſi liber id furtum feciſſet;

IVL. ID EST pœnæ nomine duplum, & condictionis ſimplum.

VLP. QVOTIES tantum præſtat dominus,quantũ præſtaretur,ſi vnus liber feciſſet,ceſſat cæterorum nomine actio,non tantum aduerſus ipſum dominum, verumetiam aduerſus emptorem duntaxat: ſi forte quis eorum,qui ſimul fecerant, venierit.idémque eſt. & ſi fuerit manumiſſus. Quòd,ſi prius fuerit oblatũ à manumiſſo:tunc dabitur aduerſus dominum familiæ nomine·Nec enim poteſt dici,quod à manumiſſo præſtitum eſt,quaſi à familia eſſe præſtitum.Planè,ſi emptor præſtiterit:puto denegãdam in venditorem actionem·quodammodo enim hóc à venditore præſtitum eſt:ad quem nonnũquam regreſſus eſt ex hac cauſa:maxime ſi furtis noxiſque ſolutũ eſſe promiſit. Sed,an ſi legati ſerui nomine,vel eius,qui donatꝰ eſt, actum ſit cum legatario vel eo,cui donatus eſt, agi poſſit etiam cum domino cæterorum nomine,quæritur. Quod admittendum puto. Huius edicti leuamentum non tantum datur ei,qui ſeruos poſſidens condemnatus præſtiterit,quantum,ſi vnus liber feciſſe dicatur:verum ei quoque,qui idcirco condemnatꝰ eſt,quia dolo fecerat,quo minus poſſideret.

PAVL. ETIAM hæredibus eius,cui plures eiuſdem familiæ furtum fecerint,eadem actio competere debet, quæ teſtatori competebat:id eſt,vt omnes non amplius conſequantur,quàm conſequerentur,ſi id furtum liber feciſſet.

MARC. FAMILIA communis ſciente altero furtum fecit.omnium nomine cum eo,qui ſcit,furti agi poterit·cum altero ad eum modum,qui edicto comprehẽ-

ſus eſt.quod ille præſtiterit, non totius familiæ no-
mine:ab hoc ſocio partem conſequetur.Et ſi ſeruus
communis alterius iuſſu damnum dederit:etiã quod
præſtiterit alter(ſi modo cũ eo quoque ex lege Aqui-
lia vel ex lege XII Tab.agi poterit)repetet à ſocio:
ſicuti cum rei communi nocitũ eſt. Si ergo dúntaxat »
duos habuerimus ſeruos communes, cum eo,quo nõ
ignorãte factum eſt, agetur vtriuſque ſerui nomine:
ſed nõ amplius conſequetur à ſocio,quàm ſi vnius no-
mine præſtitiſſet.Quòd,ſi cum eo,quo ignorante fa-
ctum eſt,agere volet:duplum tantum conſequetur.
Et videamus,an etiam in ſocium alterius ſerui nomi-
ne non ſit dandum iudicium,quemadmodum ſi om-
nium nomine ſocius dediſſet. niſi forte hoc caſu ſeue-
rius à Prætore conſtituendum eſt,& nec ſeruorũ con-
ſilio parcendum.

» LABEO putat,ſi cohęres meus,quòd furtũ fa- SCAEV.
milia cuius feciſſet,duplum abſtuliſſet:me non impe-
diri,quo minus dupli agam:eóque modo fraudẽ edi-
cto debitoribus fieri:eſſéque iniquum plus hæredes
noſtros ferre,quàm ferremus ipſi.Itẽ ſi defũctus mi-
nus duplo abſtulerit,adhuc ſingulos hæredes rectè
experiri.Scæuola reſpõdi, Verius puto pares partes »
eius hæredes perſecuturos.Sed & cũ eo,quod defun-
ctus abſtulit,vterque hæres non plus duplo ferat.

ARBORVM FVRTIM CAESARVM.

SI FVRTIM arbores cęſę ſint,& ex PAVL.
lege Aquilia,& ex lege XII Tab.dã »
dam actionem Labeo ait.ſed Treba- »
tius ita vtranque dandã ait, vt Iudex »
in poſteriorem deducat id,quod ex pri-
ma conſecutus ſit:ex reliquo condemnet eum.

CAIVS SCIENDVM eſt autem eos, qui arbores, & » maxime, qui vites ceciderint, etiam tanquam latro- nes puniri.

VLP. » VITEM, arboris appellatione contineri, pleri- » que veterum exiſtimauerunt. Hederę quoque & arũ- » dines, arbores non male dicentur. idémque de ſali- cto dicendum eſt. Sed, ſiquis ſalignas virgas inſtituen di ſalicti cauſa defixerit, hæque antequam radices e- » gerint, ſuccidantur aut euellantur: rectè Pomponius » ſcribit non poſſe agi de arboribus ſuccisis: cum nul- » la arbor proprie dicatur, quæ radices non concepe- » rit. Quòd, ſiquis ex ſeminario, ſtirpitus arborem trãſ tulerit: eam, quanuis nondum comprehenderit ter- » ram, arborem tamen videri Pomponius libr. XIX » ad Sabinum probat. Ideo ea quoque arbor eſſe vide- tur, cuius radices deſinunt viuere, quãuis adhuc ter- » ra contineantur. quam ſententiam Labeo quoque » probat. Labeo etiam eam arborem recte dici putat, » quæ ſubuerſa à radicibus, etiam nunc reponi poteſt: atque ita tranſlata eſt, vt reponi poſſit. Stirpem oleæ, » arborem eſſe magis eſt: ſiue iam egerit radices, ſiue nondum. Omnium ergo harum arborum, quas enu- merauimus, nomine agi poterit.

CAIVS CERTE nõ dubitatur, ſi adhuc adeò tenerũ ſit » vt herbę loco ſit: nõ debere arboris numero cõtineri.

PAVL. » CAEDERE eſt nõ ſolum ſuccidere, ſed etiã fe- » rire cædẽdi cauſa. Cingere eſt deglabrare. Subter ſe- » care eſt ſubſecuiſſe. Non enim poterat cęcidiſſe intel- » ligi, qui ſerra ſecuiſſet. Huius actionis eadẽ cauſa eſt, quæ eſt legis Aquiliæ. Is, cuius vſuſfructus eſt in fun- do, hanc actionẽ nõ habet. Qui autem fundum vecti galem habet, hanc actionem habet: ſicuti aquæ plu- uiæ arcendæ actionem, & finium regundorum.

SI PLVRES eandem arborem furtim ceci- PAVL.
derint:cum ſingulis inſolidum agetur. At,ſi eadem
arbor plurium fuerit, vniuerſis dũtaxat vna & ſe-
mel pœna præſtabitur. Si arbor in vicini fundum ra-
dices porrexerit, recidere eas vicino non licebit:age- »
re autem licebit,non eſſe ei ius, ſicuti tignũ aut pro- »
tectum immiſſum habere. Si radicibus vicini arbor »
alatur, tamẽ eius eſt,in cuius fundo origo eius fuerit. »

FVRTIM ceſæ arbores videntur, quæ ignorã- VLP.
te domino celandíque eius cauſa cædũtur. Nec eſſe »
hanc furti actionem ſcribit Pedius:cum & ſine fur- »
to fieri poſſit,vt quis arbores furtim cædat. Siquis ra-
dicitus arborem euulſerit vel extirpauerit, hac actio-
ne non tenetur. neq; enim vel cædit vel ſuccidit vel »
ſubſecuit. Aquilia tamen tenetur, quaſi ruperit. Etſi »
non tota arbore cæſa ſit, rectè tamen agetur quaſi
cæſa. Siue autem quis ſuis manibus cædat, ſiue ſeruo
imperet arbores cingi, ſubſecari, cædi:hac actione te- »
netur. Idem eſt,& ſi libero imperet. Quòd,ſi ſeruo »
ſuo non præceperit dominus, ſed ipſe ſua voluntate
id admiſerit, Sabinus ait competere noxalem, vt in »
cæteris maleficijs. quæ ſententia vera eſt. Hæc actio,
etſi pœnalis ſit, perpetua eſt. ſed aduerſus hæredem
non datur. hæredi cæteríſque ſucceſſoribus dabitur.
Condemnatio autem eius duplum continet, 1

FACIENDA æſtimatione, quãti domini in- PAVL.
terſit non lædi. Ipſarum quoque arborum pretium
deduci oportet:& eius, quod ſupereſt, fieri ęſtimatio-
nem. Furtim arbores cædit: qui clàm cædit. Igitur,ſi
ceciderit, & lucrifaciendi cauſa contrectauerit, etiam
furti tenebitur. ſi lignorum cauſa, & condictione &
ad exhibendum. Qui per vim ſciente domino cędit,
non incidit in hanc actionem.

CAIVS SI COLONVS ſit,qui ceciderit arbores, etiã ex locato cum eo agi poteſt. Planè vna actione contentus debet eſſe actor.

VLP. SI GEMINA arbor eſſet,& ſupra terram iunctura eius emineret: vna arbor videtur eſſe. ſed,ſi id, quod adiungeretur,nõ extaret, totidẽ arbores ſunt, quot ſpecies earum ſupra terram eſſent.

PAVL. SED,SI de arboribus cæſis lege Aquilia actum ſit:interdicto Quod vi aut clàm reddito abſoluetur, ſi ſatis prima condemnatione Iudex grauauerit reum:manente nihilominus actione ex lege XII Tabularum.

IAB. QVI AGRVM vendidit, nihilominus furtim arborum cæſarum agere poteſt.

VI BONORVM RAPTORVM

PAVL. Q VI REM rapuit,& furti nec manifeſti tenetur in duplum,& Vi bonorum raptorum in quadruplum. Sed,ſi antè actum ſit Vi bonorum raptorũ, deneganda eſt furti actio. Si antè furti actum ſit,nõ eſt illa denegãda: vt tantum id,quod amplius in ea eſt,conſequatur.

VLP. PRAETOR ait,Si cui dolo malo hominib⁹ coactis damni quid factum eſſe dicetur, ſiue cuius bona rapta eſſe dicẽtur:& in eum,qui id feciſſe dicetur, de vi bonorum raptorũ intra annum in quadruplũ, poſt annum in ſimplum iudicium dabo. Item,ſi ſeruus feciſſe dicetur, in dominũ iudiciũ noxale dabo.

Hoc edicto contra ea,quæ vi cõmittuntur, conſuluit Prætor. Nã,ſi quis ſe vim paſſum docere poſſit,publico iudicio de vi poteſt experiri. neq; debere

publico iudicio priuata actione præiudicari quidam » putant. Sed vtilius viſum eſt, quanuis præiudiciũ le- gi Iuliæ de vi priuata fiat, nihilominus tamen nõ eſſe » denegandam actionem eligentibus priuatã perſecu- tionem. Dolo autem malo facere poteſt (quod edictũ ait) non tantũ is, qui rapuit, ſed & is, qui præcedente cõſilio ad hoc ipſum homines coegit armatos, vt dã- num det, bonáve rapiat. Siue igitur ipſe quis cogat homines, ſiue ab alio coactis vtatur ad rapiendũ: do- lo malo facere videtur. Homines coactos accipere de- » bemus, ad hoc coactos, vt damnum daretur. neque » additur quales homines: qualeſcunque, ſiue liberos, ſiue ſeruos. Sed, & ſi vnus homo coactus ſit, adhuc di- » cem⁹ homines coactos eſſe. Item, ſi proponas ſolum » damnum dediſſe: nõ puto deficere verba edicti. Hoc enim, quod ait hominibus coactis, ſic accipere debe- » mus, vt ſiue ſolus vim fecerit, ſiue etiam hominibus » coactis vel armatis vel inermibus, hoc edicto tenea- » tur. Doli mali mẽtio hic & vim in ſe habet. Nã, qui vim facit, dolo malo facit. nõ tamẽ, qui dolo malo facit, vtiq; & vim facit. & ita dol⁹ habet in ſe & vim. Et ſine vi ſiquid callide admiſſum eſt, æquè contine- bitur. Damni quid, Prætor inquit. Omnia ergo dam- na continentur, & clandeſtina? Sed non puto clan- deſtina contineri: ſed ea, quæ violentiæ permiſta ſũt. Etiam quis rectè diffiniet, ſiquid dolo malo ſolus admiſit quis, non vi: non contineri hoc edicto. & ſi quid hominibus coactis, etiam ſi ſine vi, dummo- do dolo ſit admiſſum, ad hoc edictum ſpectare. Cæ- terum neque furti actio, neque legis Aquiliæ contri- butæ ſunt in hoc edicto: licet interdum communes ſint cum hoc edicto. Nam Iulianus ſcribit eum, qui » vi rapit, furem eſſe improbiorem: & ſiquid damni co- »

PPP.ij.

actis hominibus dederit, vtique etiam Aquilia poterit teneri. Vel cuius bona rapta eſſe dicentur. Quod
» ait Prætor, bona rapta, ſic accipiemus, etiam ſi vna
» res ex bonis rapta ſit. Si quis non homines ipſe coegerit, ſed inter coactos ipſe fuerit, & quid aut rapuerit, aut dãni dederit: hac actione tenetur. Sed vtrum hoc ſolum contineat edictum, quod dolo malo hominibus à reo coactis damnum datum ſit vel raptum: an verò, quod dolo malo rei raptum vel damnum datum ſit, licet ab alio homines ſint coacti, quæritur. Et melius eſſe dicetur etiam hoc contineri, vt omnia hæc contineantur, &, quod ex coactis ab alio damnũ datum ſit: vt & is, qui coegit, & is, qui coactus eſt, cõtineri videatur. In hac actione intra annum vtilem verum pretium rei quadruplabitur, non etiam quod intereſt. Hæc actio etiam familiæ nomine competit: non impoſita neceſſitate oſtendendi, qui ſunt ex familia homines, qui rapuerunt, vel etiam damnũ de-
» derunt. Familię autem appellatio ſeruos cõtinet; hoc
» eſt eos, qui in miniſterio ſunt, etiam ſi liberi eſſe pro-
» ponantur, vel ſerui alieni bona fide nobis ſeruientes. Hac actione non puto poſſe actorem ſingulorum ſeruorum nomine agere aduerſus dominum eorũ: quia ſufficit dominum ſemel quadruplum offerre. Ex hac actione noxæ deditio non totius familiæ, ſed eorum tãtum, vel eius, qui dolo feciſſe comperietur, fieri debet. Hæc actio vulgò vi bonorum raptorum dicitur. Hac actione is demum tenetur, qui dolum malũ adhibuit. ſiquis igitur ſuam rem rapuerit, vi quidę bonorum raptorum non tenebitur: ſed aliter multabi-
» tur. Sed, & ſi quis fugitiuum ſuum, quem bona fide
» alius poſſidebat, rapuerit: æquè hac actione non te-
» nebitur: quia rem ſuam aufert. Quid ergo, ſi ſibi obli

gatam rapuit? Debebit teneri vi bonorum raptorũ actione. In impuberem, qui doli mali capax non eſt, non dabitur: niſi ſeruus ipſius vel familia eius admiſiſſe proponatur. Sed & ſerui & familiæ nomine noxali iudicio, & vi bonorum raptorum actione tenebitur. Si publican⁹ pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factũ: quanuis errauerit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poſſe Labeo ait: ſanè, ſi dolo caret. ſi tamen ideò incluſerit, ne paſcatur, & vt fame periret: etiam vtili lege Aquilia tenetur. Si per vim pecus abductũ incluſerit quis, vtique vi bonorum raptorũ conueniri poterit. In hac actione non vtique ſpectamus rem in bonis actoris eſſe: ſed ſiue in bonis ſit, ſiue nõ ſit, ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. Quare ſiue commodata res ſit, ſiue locata, ſiue etiã pignorata proponatur, ſiue depoſita apud me ſit, ſic, vt interſit mea eam non auferri: ſiue bona fide à me poſſideatur, ſiue vſumfructum in ea habeam, vel aliud ius, vt interſit mea eam non rapi: dicendum eſt competere mihi hanc actionem, vt non dominiũ accipiam, ſed illud ſolũ, ſi ex bonis meis, hoc eſt ex ſubſtantia mea, res ablata eſſe proponatur. Et generaliter dicendũ eſt, Ex quibus cauſis furti actio mihi cõpetit in re clàm facta, ex eiſdẽ cauſis habere me iſtã actionem. Dicet aliquis, Atqui ob rem depoſitã furti actionem non habemus? Sed ideo addidi, ſi interſit noſtra non eſſe raptam. Nam & furti actionem habeo. Si in re depoſita culpam quoque repromiſi: vel pretium depoſitionis nõ quaſi mercedem accepi: vtilius dicendum eſt, etſi ceſſet actio furti ob rem depoſitam, eſſe tamẽ vi bonorum raptorum actionẽ: quia non minima differentia eſt inter eum, qui clàm facit,

& eum,qui rapit:cum celet ille ſuum delictũ:hic publicet,& crimen etiam publicũ admittat. Si quis igitur intereſſe ſua vel modice docebit:debet habere vi bonorum raptorũ actionem. Si fugitiuus meus quaſdam res inſtruẽdi ſui cauſa emerit,hæque raptę ſint:
» quia in bonis meis hæ ſunt, reſponſum eſt de his vi
» bonorum raptorum actione poſſe me agere. Rerum raptarum nomine etiam furti,vel damni iniurię,vel condictione agi poterit,vel certe ſingulæ res vendicari poſſunt. Hæc actio hæredi cæteriſque ſucceſſoribus dabitur.aduerſus hæredes autem & cæteros ſucceſſores non dabitur:quia pœnalis actio in eos nõ datur. An tamen in id,quo locupletiores facti ſunt, dari debeat,videamus. Et ego puto Prætorẽ ideò nõ eſſe pollicitũ in hæredes in id,quod ad eos peruenit, quia putauit ſufficere condictionem.

PAVL. SI SERVVS quid rapuerit,& cũ libero agatur:ſi etiam cum domino experiundi poteſtas fuerit, non rectè cum manumiſſo poſt annum agetur· quia cum quocunque experiundi poteſtas fuerit,excluditur actio. &,ſi cum domino intra annum actum ſit, deinde cũ manumiſſo agatur, rei iudicatæ exceptio-
» nem nocere Labeo ait.

VLP. » PRAETOR ait, Cuius dolo malo in turba dã-
» num quod factum eſſe dicetur: in eum in anno,quo
» primũ de ea re experiundi poteſtas fuerit,in duplũ:
» poſt annum in ſimplum iudicium dabo. Hoc edictũ de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit.
» Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tu-
» multus: idque verbum ex græco tractum ἀπὸ τοῦ θο-
» ρυβεῖν. Turbam autem ex quo numero admittimus?
» Si duo rixam commiſerint,vtique non accipimus in
» turba id factum:quia duo, turba non propriè dicun

tur. Enimuero, ſi plures fuerint, puta x aut x v ho-
mines, turba dicetur. Quid ergo, ſi tres aut quatuor?
Turba vtique non erit. Et rectiſſime Labeo inter tur- »
bam & rixam multum intereſſe ait. Nãque turbam »
multitudinis hominum eſſe perturbationem & cœ- »
tum. rixam etiam duorum. Hoc autẽ edicto tenetur »
non ſolum, qui damnum in turba dedit, ſed etiam is,
qui dolo malo fecit, vt in turba damni quid daretur:
ſiue illò venerit: ſiue non fuerit præſens. Dolus enim
malus etiam abſentis eſſe poteſt. Hoc edicto dicendũ »
eſt etiã eum teneri, qui venit, & in turba fuit author
damni dandi: ſi tamen & ipſe inter turbam fuerit, cũ
damnum daretur, & dolo malo fuerit. nam & huius
dolo malo in turba damni quid factũ eſſe, negari nõ
poteſt. Si quis aduentu ſuo turbã concitauit vel con-
traxit vel clamore, vel facto aliquo, vel dum crimina-
tur aliquẽ, vel dum miſericordiam prouocat: ſi dolo
malo eius datum ſit damnũ: etiamſi nõ habuerit con-
ſiliũ turbæ cogendæ, tenetur. Verũ eſt enim dolo ma-
lo eius in turba damni quid datũ. Neq; enim exigit
Prætor, vt ab ipſo ſit turba cõuocata, ſed hoc, vt dolo »
malo alicuiꝰ in turba damnum datũ ſit. Eritque hæc »
differẽtia inter hoc edictum, & ſuperius, quòd ibi de
eo damno Prætor loquitur, quod per dolũ malũ ho-
minibus coactis datũ eſt, vel raptũ etiam nõ coactis
hominibus. at hic de eo dãno, quod dolo malo in tur-
ba datum eſt, etiamſi non ipſe turbam coegit, ſed ad
clamorem eius vel dicta vel miſericordiam turba cõ-
tracta eſt: vel ſi alius contraxit: vel ipſe ex turba fuit.
Idcirco illud quidem edictum propter atrocitatẽ fa-
cti, quadrupli pœnã cõminatur: at hoc dupli. Sed &
hoc & illud intra annũ tribuit experiundi facultatẽ.
poſt annum in ſimplum competit. Loquitur autem

hoc edictum de damno dato, & de amiſſo. de rapto non: ſed ſuperiori edicto vi bonorum raptorum agi
» poterit. Amiſſa autem dicuntur ea, quæ corrupta ali-
» cui relinquuntur, ſciſſa fortè vel fracta. Hæc autem a-
ctio in factum eſt, & datur in duplum, quanti ea res erit: quod ad pretium verum rei refertur: & præſentis temporis fit æſtimatio: & ſemper in duplum intra annum eſt: doceréque actor in turba damnum datũ eſſe debet. Cæterum, ſi alibi datũ ſit, quâm in turba: ceſſabit hæc actio. Si, cum ſeruum meum Titius pulſaret, turba fuerit collecta: iſque ſeru9 in ea turba aliquid perdiderit: cum eo, qui pulſabat, agere poſſum. quippe cum in turba dolo malo damnum datum ſit. ſic tamẽ, ſi, vt damnum daret, ideo cœperat cædere. cæterum, ſi alia cauſa verberandi fuerit, ceſſat hæc actio. Sed, & ſi quis ipſe turbam cõuocaſſet, vt coram turba ſeruum verberaret, iniuriæ faciendæ cauſa, nõ damni dandi conſilio: locum habet edictum. Verum
» eſt enim eum, qui per iniuriã verberat, dolo malo fa-
» cere. & eum, qui cauſam prębuit damni dandi, damnum dediſſe. In ſeruum autem & in familiam quoq; Prætor dat actionem. Quæ de hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus in vi bonorum raptorum actione diximus, & hic erunt repetita.

CAIVS NON PRODEST ei, qui vi rapuit, ad euitan
» dam pœnam, ſi ante iudicium reſtituat rem, quam rapuit.

VEN. QVOD VI poſſeſſum, raptúmve ſit: antequã
» in poteſtatem domini hæredíſve eius perueniat, vſu capi lex vetat.

DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA.

PRAETOR AIT, In eũ, qui ex incẽdio, ruina, naufragio, rate naue expugnata quid rapuiſſe recepiſſe dolo malo, damníve quid in his rebus dediſſe dicetur, in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiũdi poteſtas fuerit: poſt annum in ſimplum iudicium dabo. Item in ſeruum & familiam noxale iudicium dabo. Huius edicti vtilitas euidens eſt, & iuſtiſſima ſeueritas eſt: ſiquidem publicè intereſt nihil rapi ex huiuſmodi caſibus. Et quanquam ſint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen rectè Prætor fecit, qui forẽſes quoque actiones criminibus iſtis propoſuit. Ex incẽdio, quemadmodum accipim⁹? vtrum ex ipſo igne? an verò ex eo loco, vbi incẽdium fit? Et melius ſic accipietur, propter incendium, hoc eſt propter tumultum incendij, vel propter trepidationem incendij rapuit. quemadmodum ſolemus dicere in bello amiſſum, quod propter cauſam belli amittitur. Proinde, ſi ex adiacentibus prædijs, vbi incendium fiebat, raptum quid ſit: dicendum eſt edicto locum eſſe: quia verum eſt ex incẽdio rapi. Item ruinæ appellatio refertur ad id tempus, quo ruina fit, non tantum, ſi ex ijs, quæ ruerunt, tulerit quis, ſed etiam ſi ex adiacentibus. Si ſuſpicio fuerit incendij vel ruinæ, & incẽdiũ vel ruina non fuerit: videamus, an hoc edictum locũ habeat. Et magis eſt, ne habeat: quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum eſt. Item ait Prætor, Si quid ex naufragio. Hic illud quæritur, vtrum, VLP.

ſi quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an verò, & ſi alio tempore tulerit, hoc eſt & poſt naufragium? nanque res ex naufragio etiam eæ eſſe dicuntur, quæ in littore poſt naufragium iacent. Et magis eſt, vt eo tempore

CAIVS ET LOCO

VLP. QVO NAVFRAGIVM fit vel factum eſt, ſi quis rapuerit, incidiſſe in hoc edictum videatur. Qui autem rem in littore iacentem, poſtquam naufragium factum ſit, abſtulerit: in ea cõditiõe eſt, vt magis fur ſit, quàm hoc edicto teneatur: quemadmodum is, qui quod de vehiculo exciderit, tulit. Nec rapere videtur, qui in littore rem iacẽtem tollit. Deinde ait Prætor, Rate naue expugnata. Expugnare videtur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna aduerſus nauem & ratẽ aliquid rapit: ſiue expugnet, ſiue prędonibus expugnantibus rapiat. Labeo ſcribit æquũ fuiſſe, vt, ſiue de domo ſiue de villa expugnatis aliquid rapiatur, huic edicto locus ſit. Nec enim minus quàm in mari in villa per latrunculos inquietamur, vel infeſtari poſſumus. Non tantum autem qui rapuit, verum is, quoque, qui recepit ex cauſis ſuprà ſcriptis, tenetur: quia RECEPTORES NON MINVS DELINQVVNT quàm aggreſſores. Sed enim additum eſt, dolo malo: quia nõ omnis, qui recepit, ſtatim etiam deliquit, ſed qui dolo malo recepit. Quid enim, ſi ignarus rem recepit? aut quid ſi ob hoc recepit, vt cuſtodiret, ſaluámque faceret ei, qui amiſerat? Vtique non debet teneri. Non ſolum autem, qui rapuit, ſed etiam, qui abſtulit, vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur. Aliud autem eſſe rapi, aliud amoueri, palàm eſt: ſiquidem amoueri aliquid etiam

ſine vi poteſt: rapi autem ſine vi non poteſt. Qui eie- »
cta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc »
eſt, quod Græci aiunt * Quod ait Prætor de damno
dato, ita demum locum habet, ſi dolo malo damnũ »
datum ſit. Nam, ſi dolus malus abſit, ceſſat edictum. »
Quemadmodum ergo procedit, quod Labeo ſcribit? »
ſi defendendi mei cauſa, vicini ædificium orto incen- »
dio diſſipauerim: & meo nomine & familiæ, iudiciũ
in me dandum. Cum enim defendendarum mearũ »
ædium cauſa fecerim: vtique dolo careo. Puto igitur »
non eſſe verum, quod Labeo ſcribit. An tamen lege »
Aquilia agi cum hoc poſſit? Et non puto agendum.
Nec enim iniuria hoc fecit, qui ſe tueri voluit, cum »
aliâs non poſſet. & ita Celſus ſcribit. Senatuſconſul- »
tum Claudiani temporibus factum eſt, vt, ſi quis ex »
naufragio clauos, vel vnũ ex his abſtulerit, omnium »
rerum nomine teneatur. Item alio Senatuſconſulto
cauetur eos, quorum fraude aut conſilio naufragi
ſuppreſſi per vim fuiſſent, ne naui ſibíve periclitanti-
bus opitulentur, legis Corneliæ, quæ de ſicarijs lata »
eſt, pœnis afficiendos. Eos autem, qui quid ex miſer- »
rima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratíue fuiſ-
ſent dolo malo: inquantum edicto Prætoris actio da-
retur, tantum & fiſco dare debere.

» PEDIVS POSSE etiam dici ex naufragio » PAVL.
rapere eum, qui, cum nondum naufragium fiat, in il-
la trepidatione rapiat. Diuus Pius Antoninus de »
ijs, qui prædam ex naufragio diripuiſſent, ita reſcri-
pſit, Quod de naufragijs nauis & ratis mihi ſcripſi- «
ſti, eo pertinet, vt explores qua pœna afficiendos eos «
putem, qui diripuiſſe aliqua ex illo naufragio probã- «
tur. Et facilè (vt opinor) conſtitui poteſt. Nam pluri- «
mum intereſt, peritura collegerint, an, quæ ſeruari «

„ poſſent, flagitioſè inuaſerint. Ideóque, ſi grauior præ
„ da vi appetita videbitur, liberos quidem fuſtibus cæ
„ ſos in triennium relegabis: aut ſi ſordidiores erũt, in
„ opus publicum eiuſdem tẽporis dabis: ſeruos flagel-
„ lis cæſos, in metallum damnabis. Si non magnæ pe-
„ cuniæ res fuerint, liberos fuſtibus: ſeruos flagellis cæ-
„ ſos dimittere poteris. Et omnino, vt in cæteris, ita & in huiuſmodi cauſis ex perſonarum conditione, & rerum qualitate, diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ: ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit. Hæ actiones hæredibus dantur: & in hæredes eatenus dandæ ſunt, quatenus ad eos peruenerit.

CAIVS SI QVIS EX naufragio vel ex incendio ruinâve ſeruatam rem, & alio loco poſitam, ſubtraxerit aut rapuerit: furti ſcilicet aut aliâs vi bonorũ raptorum iudicio tenetur: maxime ſi non intelligebat ex naufragio vel incendio ruinâve eam eſſe. Iacẽtẽ quo-
„ que rẽ ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, ſi quis
„ abſtulerit: plerique idẽ putant. quod ita verum eſt, ſi aliquod temp⁹ poſt naufragium interceſſerit: alioqui, ſi in ipſo naufragij tempore id acciderit, nihil intereſt, vtrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragio, an ex littore. De eo quoque, quod ex rate naue expugnata raptum ſit, eãdem interpretationem adhibere debemus.

CALL. „ EXPVGNATVR nauis, cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes eius præciduntur, aut vela conſcindũtur, aut anchoræ inuolantur de mari.

NE QVID ex naufragijs diripiatur, vel ne quis extraneus interueniat colligẽdis eis: multifariã
„ proſpectum eſt. Nam & diuus Adrianus edicto præ-

cepit, vt iſ, qui iuxta littora maris poſſident, ſcirent, quando nauis vel infixa vel fracta intra fines agri cuiuſcunque fuerit, ne naufragia diripiant, in ipſos iudicia Præſides iſs, qui res ſuas direptas quærũtur, red» dituros: vt, quicquid probauerint ademptũ ſibi nau» fragio, id à poſſeſſoribus recipiant. De iſs autem, quos » diripuiſſe probatũ ſit, Præſidẽ vt de latronibus grauem ſententiã dicere. Et, quo facilior ſit probatio huiuſmodi admiſſi, permiſit eis, qui quid paſſos ſe huiuſmodi queruntur, adire Præfectum, & apud eũ teſtari, reóſque petere, vt (pro modo culpæ) vel vincti, vel ſub fideiuſſoribus ad præſidẽ remittantur. À domino quoque poſſeſſionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, præcipitur. Sed nec interuenire naufragiis colligendis aut militẽ aut priuatum, aut libertum ſeruúmve Principis, placere » ſibi ait Senatus. »

RATIS vi fluminis in agrum meũ delatæ nõ aliter tibi poteſtatem faciendam, quàm ſi de præterito quoque damno mihi cauiſſes. NER.

QVI AEDES, aceruúmve frumenti iuxta domum poſitum combuſſerit, vinctus verberatus igni necari iubetur: ſi modò ſciens prudénſque id cõmiſerit. Si verò caſu, id eſt negligentia: aut noxam ſarcire iubetur: aut, ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigatur. Appellatione autem ædium omnis ſpecies ædificij » continetur. CAIVS

NE PISCATORES nocte lumine oſtenſo fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi: eóque modo in periculũ naues, &, qui in eis ſunt, deducant, ſibíque execrãdam prædam darent, Præſidis prouinciæ religioſa conſtantia efficiat. VLP.

SI FORTVITO incendium factum ſit, ve- MART.

» nia indiget:niſi tã lata culpa fuit,vt laſciuiæ aut do»
lo ſit proxima.

VLP. LICERE vnicuique naufragium ſuum impu» ne colligere conſtat·idque Imperator Antoninus cũ diuo patre ſuo reſcripſit. Qui data opera in ciuitate » incẽdium fecerint,ſi humiliore loco ſint, beſtijs ſub» » ijci ſolent:ſi in aliquo gradu exiſtentes id fecerint,ca» pite puniuntur,aut certè in inſulam deportantur.

DE INIVRIIS ET FAMOSIS LIBELLIS.

VLP. » INIVRIA EX eo dicta eſt, quòd » non iure fiat · Omne enim,quod non » iure fit, iniuria fieri dicitur. hoc gene» raliter. Specialiter autem iniuria dici» tur,contumelia.Interdum iniuriæ ap» pellatione damnum culpa datum ſignificatur : vt » in lege Aquilia dicere ſolemus. Interdum iniqui» tatem iniuriam dicimus,cum quis iniquè vel iniuſtè » ſententiam dixerit.ex eo iniuriam dictam,quòd iu» re & iuſtitia caret,quaſi non iuriam. Contumeliam » autem à contemnendo dicimus.Iniuriam autem fie» ri Labeo ait aut re,aut verbis. Re,quoties manꝰ in» feruntur.Verbis autem, quoties non inferuntur ma» nus:vt cum conuicium fit.Omnem autem iniuriam aut in corpus inferri:aut ad dignitatem,aut ad infamiam pertinere.In corpus fit,cum quis pulſatur. Ad dignitatem,cum comes matronæ abducitur. Ad infamiam,cum pudicitia attentatur.Itẽ aut per ſemet ipſum alicui fit iniuria,aut per alias perſonas.Per ſemetipſum,cum directò ipſi patrifamiliâs vel matrifamiliâs fit iniuria.Per alias,cum per conſequentiam

fit,cũ fit liberis meis , vel ſeruis meis,aut vxori, nu-
rui ve·Spectat enim ad nos iniuria,quæ iis fit,qui vel
poteſtati noſtræ,vel affectui ſubiecti ſunt. Et ſi forte
cadaueri defuncti fiat iniuria,cui hæredes bonorũ
ve poſſeſſores extitimus: iniuriarũ noſtro nomine a-
ctionẽ habebimus·Spectat enim ad exiſtimationem
noſtrã,ſiqua ei fiat iniuria.Idẽmq; eſt,& ſi fama eius,
cui hæredes extitimus,laceſſatur. Vſq; adeò autẽ in-
iuria,quæ fit liberis noſtris , noſtrũ pudorẽ perſtrin- »
git,vt etiã,ſi volẽtẽ filiũ quis vẽdiderit:patri,ſuo qui- »
dem nomine cõpetat iniuriarũ actio:filij verò nomi- »
ne nõ cõpetat·quia nulla iniuria eſt,quę in volentem »
fit.Quoties autẽ funeri teſtatoris vel cadaueri fit in-
iuria:ſi quidẽ poſt aditã hæreditatẽ fiat, dicendũ eſt
hæredi quodãmodo factã · ſemper enim hæredis in- »
tereſt defuncti exiſtimationẽ purgare. Quoties autẽ »
ante hæreditatẽ aditã,magis hæreditati:& ſic hære-
di per hæreditatẽ acquiri. Deniq; Iulianus ſcribit, ſi »
corpus teſtatoris ante aditã hæreditatẽ detentũ ſit, »
acquiri hæreditati actionẽ,dubiũ nõ eſſe. Idẽmq; pu- »
tat,& ſi ante hæreditatẽ aditã ſeruo hæreditario in-
iuria facta fuerit·Nã per hæreditatẽ actio hæredi ac-
quiritur. Labeo ſcribit,ſiquis ſeruũ hæreditarium te- »
ſtamẽto manumiſſum,ante aditã hæreditatẽ verbe- »
rauerit:iniuriarũ hæredẽ agere poſſe. At,ſi poſt aditã »
hæreditatẽ verberatꝰ ſit:ſiue ſcit ſe liberum eſſe,ſiue
ignorat,ipſum agere poſſe.Siue autẽ ſciat quis filium
meũ eſſe vel vxorẽ meã, ſiue ignorauerit:habere me
meo nomine actionẽ Neratiꝰ ſcripſit.Idẽ ait ex vna »
iniuria interdũ tribꝰ oriri iniuriarũ actionẽ:neq; vni- »
us actionẽ per aliũ cõſumi.vtputa vxori meæ filiæfa- »
mil.iniuria facta eſt & mihi, & patri eius, & ipſi,iniu- »
riarum actio incipiet competere.

PAVL. » QVOD, ſi viro iniuria facta ſit, vxor non agit:
» quia DEFENDI VXORES A VIRIS, non viros ab vxoribus, æquum eſt.

VLP. ILLVD relatum peræque eſt, eos, qui iniuriã pati poſſunt, & facere poſſe. Sanè ſunt quidam,
» qui facere non poſſunt: vtputa furioſus, & impubes,
» qui doli mali capax non eſt: nanque hi pati iniuriam ſolent, non facere. Cũ enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat: conſequens erit dicere hos, ſiue pulſent, ſiue conuicium dicant, iniuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam, etiam ſi nõ ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi, qui ſcit ſe iniuriã facere, etſi neſciat, cui faciat. Quare, ſi quis per iocum percutiat, aut, dũ certat, iniuriarum non tenetur. Siquis hominem liberum ceciderit, dum putat ſeruum ſuũ: in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur.

PAVL. SI, QVVM ſeruo meo pugnum ducere vellẽ,
» in próximo te ſtantem inuitus percuſſerim: iniuriarũ non teneor.

VLP. LEX CORNELIA de iniurijs competit ei, qui iniuriarum agere volet ob eam rem, quòd ſe pul
» ſatum verberatúmve, domúmve ſuam vi introitam eſſe dicat. Qua lege cauetur, vt non iudicet ei, qui a-
» git, gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinúsve, pro-
» piórve eorum, quique in ea cognatione affinitatéve
» attinget, quíve eorum cuius, parentísve, cuius eorũ, patronus erit. Lex itaque Cornelia ex tribus cauſis dedit actionẽ: quòd quis pulſatus, verberatúſve, do-
» múſve eius vi introita ſit. Apparet igitur omnẽ iniuriã, quę manu fiat, lege Cornelia contineri. Inter pul-
» ſationem & verberationem hoc intereſt, vt Offilius
» ſcribit: Verberare eſt cum dolore cędere: pulſare ſine
» dolore. Domum accipere debemus non proprietatẽ

domus, ſed domiciliũ. Quare, ſiue in propria domo quis habitauerit, ſiue in cõducta, vel gratis, ſiue hoſpitio receptus: hæc lex locũ habebit. Quòd ſiquis in villa habitet, vel in ortis: idem erit probãdũ. Et, ſi dominus fundum locauerit, inque eum impetus factus ſit: colonus aget, non dominus. Si tamen in fundum alienum qui domino colebatur, vi introitum ſit, Labeo negat eſſe actionem domino fundi ex lege Cornelia: quia nõ poſſit vbique domicilium habere, hoc eſt per omnes villas ſuas. Ego puto ad omnẽ habitationem, in qua paterfam. habitet, pertinere hanc legem, licet ibi quis domicilium non habeat. Ponamus enim ſtudiorum cauſa Romæ agere. Romæ vtique domicilium non habet: & tamen dicendum eſt, ſi vi domus eius introita fuerit, Corneliam locũ habere. Tantum igitur ad meritoria vel ſtabula non pertinebit. Cæterum ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti cauſa, ſed perpetuo, licet ibi domicilium nõ habeant. Illud quæritur, an paterfamiliâs, filio iniuriam paſſo, & lege Cornelia iniuriarum agere poſſit? Et placuit non poſſe: eâque res inter omnes conſtat. Sed patri quidem Prætoria iniuriarum actio competit, filio verò legis Corneliæ. In lege Cornelia filiuſfamiliâs agere poteſt ex omni cauſa: nec cauere debet rem ratam patrem habiturum. Nam nec aliâs agentem filium iniuriarum ad cautionem de rato cõpellendum Iulianus ſcribit. Hac lege permittitur actori iuſiurandum deferre, vt reus iuret iniuriam ſe non feciſſe. Sed Sabinus in aſſeſſorio etiam Prætores exemplum legis ſecutos ait. Et ita res ſe habet. Siquis librũ ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quò quid eorum fieret: etiãſi alteri⁹ nomine ediderit, vel ſine nomine:

vti de ea re agere liceret. & ſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe iubetur. Eadem pœna ex Senatuſcõſulto tenetur is, qui ἐϖίθεσιν, aliúdve quid, ſiue ſcripturam in notam aliquorũ produxerit. item, qui emendum vendendúmve curauerit. Et ei, qui indicaſſet, ſiue liber, ſiue ſeruus ſit: pro modo ſubſtãtiæ accuſatæ perſonæ, æſtimatione Iudicis præmium cõſtituitur, ſeruo forſitan etiã libertate preſtanda. Quid enim, ſi publica vtilitas ex hoc emergit?

PAVL. QVOD S. C. neceſſarium eſt, cum nomen adiectum non eſt eius, in quem factum eſt: tũc enim, quia difficilis probatio eſt, voluit Senatus publica quæſtione rem vindicare. Cæterum, ſi nomen adiectũ ſit: & iure communi iniuriarum agi poteſt. Nec enim prohibendus eſt priuato agere iudicio, quò publico iudicio præiudicatur: quia ad priuatam cauſam pertinet. Planè, ſi actum ſit publico iudicio, denegandum eſt priuatum. ſimiliter ex diuerſo.

VLP. PRAETOR edixit, Qui agit iniuriarum, certũ dicat, quid iniuriæ factũ ſit: quia, qui famoſam actionem intendit, non debet vagari cum diſcrimine alienę exiſtimationis, ſed deſignare certum, & ſpecialiter dicere, quam ſe iniuriam paſſum cõtendat. Si dicatur homo iniuria occiſus, nunquid nõ debeat permittere Prætor priuato iudicio legi Corneliæ pręiudicari? Idémque, & ſi ita quis agere velit, Quod tu venenum dediſti hominis occidendi cauſa. Rectius igitur fecerit, ſi huiuſmodi actionem non dederit. Atqui ſolemus dicere, Ex quibus cauſis publica ſunt iudicia, ex iis cauſis non eſſe nos prohibendos, quo minus & priuato agamus? & hoc eſt verum: ſed, vbi non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicã executionem. Quid ergo de lege Aquilia dicemus? Nam & ea

actio principaliter hoc cõtinet: hominem occiſum nõ principaliter. Nam ibi principaliter de damno agitur quod domino datum eſt: at in actione iniuriarum de ipſa cæde, vel veneno, vt vindicetur, nõ vt damnum ſartiatur. Quid ergo, ſiquis idcirco velit iniuriarũ agere, quòd gladio caput eius percuſſum eſt? Labeo ait nõ eſſe prohibẽdum. Neque enim vtique hoc (inquit) intenditur, quod publicam habet animaduerſionem. quod verũ non eſt. Cui enim dubium eſt, etiã hũc dici poſſe Cornelia conueniri? Præterea illò ſpectat, dici certum de iniuria, quam paſſus quis ſit: vt ex qualitate iniuriæ ſciamus, an in patronum liberto reddendum ſit iniuriarum iudiciũ. Etenim meminiſſe oportebit, liberto aduerſum patronũ, nõ quidem ſemper, verùm interdum iniuriarum dari iudicium: ſcilicet ſi atrox ſit iniuria, quam paſſus ſit: puta ſi ſeruilis eſt. Cæterum leuem coerctionem vtique patrono aduerſus libertum dabimus: nec patietur eũ Prætor quærentem, quaſi iniuriã paſſus ſit, niſi atrocitas eum mouerit. Nec enim ferre Prætor debet heri ſeruũ, hodie libertum, conquerentem, quòd dominus ei cõuicium dixerit, vel quòd leuiter pulſauerit, vel emendauerit. Sed, ſi flagris vel verberib9 vulnerauerit nõ mediocriter, æquiſſimum erit Prętorem ei ſubuenire. Sed, & ſi quis ex liberis, qui non ſunt in poteſtate, cum parente velit experiri: non temere iniuriarum actio danda eſt, niſi atrocitas ſuaſerit. Certè ijs, qui ſunt in poteſtate, non cõpetit, etiam ſi atrox fuerit. Quod autẽ Prætor ait, Quid iniuriæ factum ſit, certum dicat. quemadmodum accipiendum ſit? Certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomẽ iniuriæ, neqꝫ ſub alternatiõe, puta, Illud aut illud. ſed illam iniuriã ſe paſſum. Si mihi plures iniurias feceris, puta turba & cœtu facto do-

mum meã introieris, & hoc facto efficiatur, vt ſimul & cõuicium patiar, & verberer: an poſſim ſeparatim » tecum experiri de ſingulis iniurijs, quæritur? Et Mar» cellus ſecundum Neratij ſententiam hoc probat, co» gendum iniurias, quas ſimul paſſus eſt, coniungere. Poſſe hodie de omni iniuria, ſed & de atroci, ciuiliter » agi, Imperator noſter reſcripſit. Atrocem iniuriam quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam aut perſona, aut tempore, aut re » ipſa fieri Labeo ait. Perſona atrocior iniuria fit, cum Magiſtratui, cum parenti patronóve fiat. Tempore, ſi in ludis & in conſpectu. Nam in Prætoris conſpectu, an in ſolitudine iniuria facta fuerit, multũ intereſſe ait: quia atrocior eſt, quæ in cõſpectu fit. Re atro» cem iniuriam haberi Labeo ait, ſi puta vulnus illatũ, aut os alicui percuſſum ſit.

PAVL. VVLNERIS magnitudo atrocitatẽ facit. & nonnunquã locus vulneris, veluti oculo percuſſo.

VLP. » SED EST quæſtionis, quòd dicimus, Re iniuriam atrocem fieri. vtrum, ſi corpori inferatur, atrox » ſit: an, & ſi non corpori, vtputa veſtimentis ſciſſis, co» mite abducto, vel conuicio dicto. Et ait Pomponius » etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriã, perſona atrocitatem faciente. Sed, & ſi in theatro vel in foro cædit, & vulnerat, quanquam non atrociter: atrocem iniuriam facit. Parui autem refert, vtrum patrifamiliâs an filiofamiliâs iniuria talis facta ſit: nam & hæc atrox exiſtimabitur. Si atrocem iniuriam ſeruus fecerit: ſi quidem præſens ſit dominus, poteſt agi de eo. Quòd, ſi abfuerit, Præſidi offerendus eſt, qui eum flagris rumpat. Si quis tam fœminam quàm maſcu» lum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, impudicos facere » attẽtauerit: iniuriarũ tenebitur. Sed, & ſi ſerui pudici-

tia attentata fuerit, iniuriarũ actio locum habet. »

ATTENTARI pudicitia dicitur, cum id agitur, vt ex pudico impudicus quis fiat. PAVL.

NON ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt, qui percuſſit: verũ ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit, vt cui mala pugno percuteretur. Iniuriarũ actio ex bono & æquo eſt, & diſſimulatione aboletur. Siquis enim iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit: poſtea ex pœnitẽtia iniuriam remiſſam non poterit recolere. Secundum hoc ergo æquitas actionis omnem metũ eius abolere videtur, vbicunque quis contra æquum venit. Proinde, & ſi pactum de iniuria interceſſit, & ſi tranſactum ſit, & ſi iuſiurandum exactum erit: actio iniuriarum non tenebit. Agere quis iniuriarum & per ſe & per alium poteſt: vtputa per procuratorem, tutorem, cæteróſque, qui pro alijs ſolent interuenire. Si mandato meo facta ſit alicui iniuria: plerique aiũt tam me, qui mandaui, quàm eum, qui ſuſcepit, iniuriarum teneri. Proculus rectè ait, ſi in hoc te cõduxerim, vt iniuriã facias: cũ vtroque noſtrum iniuriarum agi poſſe: quia mea opera facta ſit iniuria. Idémque ait, & ſi filio meo mandauero, vt tibi iniuriam faciat. Attilicinus autem ait, & ſi perſuaſerim alicui aliâs nolenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obediret, poſſe iniuriarũ mecum agi. Quanquam aduerſus patronum liberto iniuriarum actio non datur, veruntamen marito libertæ nomine cũ patrono actio competit. Maritus enim vxore ſua iniuriã paſſa, ſuo nomine iniuriarũ agere videtur. quod & Marcellus admittit. Ego autem apud eum notaui, non de omni iniuria hoc eſſe dicendum, me putare. Leuis enim coërctio etiam in nuptã, vel VLP.

conuicium non impudicum, cur patrono denegetur? » Si autem cõliberto nupta eſſet, dicemus omnino iniuriarum marito aduerſus patronum ceſſare actionẽ. » & ita multi ſentiunt. Ex quibus apparet, libertos noſtros non tantum eas iniurias aduerſus nos iniuriarũ actione conſequi nõ poſſe, quæcunque fiunt ipſis: ſed ne eas quidem, quæ eis fiunt, quos eorum intereſt iniuriam non pati. Planè, ſi forte filius liberti vel vxor velint iniuriarũ experiri, quia patri maritóve non datur: denegandũ non erit: quia ſuo nomine experiuntur. Ei, qui ſeruus dicitur, ſéque aſſerit in libertatem: iniuriarum actionem aduerſus dicentem ſe ſeruum, cõpetere, nulla dubitatio eſt. Et hoc verum eſt, ſiue ex libertate in ſeruitutem petatur: ſiue ex ſeruitute in libertatem proclamet: nam hoc iure indiſtincte vtimur.

CAIVS SIQVIS DE libertate aliquem in ſeruitutem petat, quem ſciat liberum eſſe: neque id propter euictionem, vt eam ſibi conſeruet, faciat: iniuriarũ actione tenetur.

VLP. INIVRIARVM actio neque hæredi, neque in hæredem datur. Idem eſt, & ſi in ſeruum meũ iniuria facta ſit: nam nec hic hæredi meo iniuriarum actio datur. Semel autem lite cõteſtata, hanc actionẽ etiam aduerſus ſucceſſores pertinere. Is, qui iure publico vtitur, non videtur iniuriæ faciendæ cauſa hoc facere: Iuris enim executio non habet iniuriam. Siquis, quòd decreto Prætoris non obtemperauerit, ductus ſit: nõ eſt in ea cauſa, vt agat iniuriarum propter Prætoris præceptum. Siquis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit mei vexandi cauſa: potero iniuriarum experiri. Siquis in honoribus decernendis alicui paſſus nõ ſit decerni, vtputa imaginẽ alicui, vel

quid aliud tale: an iniuriarum teneatur? Et ait Labeo »
non teneri, quanuis hoc contumeliæ cauſa faciat. Et
enim multum intereſt (inquit) cõtumeliæ cauſa quid »
faciat: an verò fieri quid in honorem alicuius quis nõ
patiatur. Idem Labeo ſcribit, ſi cum alium continge- »
ret locatio, alij hoc onus Duumuiri iniunxerint: non »
poſſe agi iniuriarum ob laborẽ iniunctũ. Aliud enim
eſſe laborẽ iniungere: aliud iniuriam facere. Idem er-
go erit probandum & in cæteris muneribus & oneri-
bus, quæ per iniuriam iniungũtur. Ergo, ſiquis per in-
iuriam ſententiã dixerit, idem erit probãdum. Quæ
iure poteſtatis à Magiſtratu fiunt, ad iniuriarũ actio-
nem nõ pertinent. Siquis me prohibeat in mari piſca
ri, vel verriculum (quod græcè σαγήνη dicitur) duce- »
re: an iniuriarum iudicio poſſim eũ cõuenire? Sũt, qui
putant iniuriarũ me poſſe agere. Et ait Põponius, & »
plerique eſſe huic ſimilem eũ, qui in publico lauáre,
vel in cauea publica ſedere, vel in quo alio loco age-
re, ſedere, cõuerſari non patiatur: aut, ſiquis re mea vti
me non permittat. nam & hic iniuriarum agi poteſt.
Conductori autem veteres interdictum dederunt, ſi
forte publicum hic conduxerit. Nam vis ei prohiben-
da eſt fieri, quo minus conductione ſua fruatur. Si
quem tamẽ ante ædes meas vel ante prætorium me-
um piſcari prohibeam, quid dicendum eſt? me iniu-
riarum iudicio teneri: an non? Et quidem mare com- »
mune omnium eſt, & littora: ſicuti eſt aer. Et ſæpiſ-
ſime reſcriptum eſt non poſſe quem piſcari prohibe-
ri, ſed nec aucupari: niſi quòd ingredi quis agrum a-
lienum prohiberi poteſt. Vſurpatũ tamen & hoc eſt,
tametſi nullo iure, vt quis prohiberi poſſit ante ædes
meas vel prætorium meum piſcari. Quare, ſiquis pro-
hibeatur, adhuc etiã iniuriarũ agi poteſt. In lacu ta-

» men, qui mei dominij eſt, vtique piſcari aliquem pro-
hibere poſſum.

PAVL. SANE, SI maris proprium ius ad aliquē perti-
neat, Vti poſſidetis interdictum ei competit, ſi prohi-
beatur ius ſuum exercere: quoniam ad priuatam iam
cauſam pertinet non ad publicam hæc res: vtpote cū
de iure fruendi agatur, quod ex priuata cauſa contin
» git, non ex publica. Ad priuatas enim cauſas accōmo
data interdicta ſunt, non ad publicas.

VLP. » ITEM apud Labeonē quæritur, ſiquis mētem
alicuius medicamento, alióve quo modo alienauerit:
» an iniuriarum actio locū habebit. Et ait iniuriarū ad-
uerſus eum agi poſſe. Siquis pulſatus quidem nō eſt,
verùm manus aduerſus eum leuatæ, & ſæpe territus
eſt, quaſi vapulaturus, nō tamē percuſſit: vtili iniuria
» rū actione tenetur. Ait Prætor, Qui aduerſus bonos
» mores conuicium cui feciſſe, cuiúsve opera quid factū
» eſſe dicetur, quo aduerſus bonos mores cōuicium fie-
» ret: in eum iudicium dabo. Conuicium autem iniu-
» riam eſſe Labeo ait. Conuicium autem dicitur vel à
» concitatione, vel â conuentu, hoc eſt, â collatione vo-
» cum. Cum enim in vnum complures voces conferū-
» tur: conuicium, quaſi conuocium dicitur. Sed, quod
adijcitur à Prætore, aduerſus bonos mores, oſtendit
non omnem in vnum collatam vociferationem Præ-
torē notare: ſed eā, quæ bonis moribus improbatur,
quǽque ad infamiam, vel ad iniuriā, vel ad inuidiam
» alicuius ſpectat. Idem ait, aduerſus bonos mores ſic
» accipiendū nō vtique ei9, qui fecit, ſed generaliter ad-
uerſus bonos mores huius ciuitatis. Conuiciū autem
non tantū pręſenti, verùm abſenti quoque fieri poſſe
» Labeo ſcribit. Proinde, ſi quis ad domum tuā venerit
» te abſente: conuicium factum eſſe dicitur. Idem, & ſi

ad ſtationem, vel tabernam vẽtum ſit, probari oportere. Feciſſe conuicium non tantum is videtur, qui vociferatus eſt: verum is quoque, qui concitauit ad vociferationem alios, vel ſummiſit, qui vociferarẽtur. Cui, non ſine cauſa adiectum eſt. Nam, ſi incertæ perſonę conuicium fiat, nulla executio eſt. Si curauerit quis cõuicium alicui fieri, non tamen factum ſit, non tenebitur. Ex his apparet non omne maledictum conuicium eſſe: ſed illud ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt. Et, ſiue vnus, ſiue plures dixerint: conuicium eſt, quod in cœtu dictum eſt. Quod autem non in cœtu, nec cum vociferatione dicitur: conuicium non propriè dicitur, ſed infamandi cauſa dictum.

Siquis aſtrologus, vel, qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, conſultus aliquem furem dixiſſet, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non poteſt: ſed conſtitutiones eum tenent. Iniuriarum actio, quę ex conuicio naſcitur, in hæredes non eſt reddenda: ſed nec hæredi. Siquis virgines appellaſſet, ſi tamen ancillari veſte veſtitas, minus peccare videtur. multò minus, ſi meretricia veſte fœminæ, nõ matrũfamiliâs veſtitæ fuiſſent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauerit, vel ei comitem abduxerit: iniuriarum non tenetur. Comitem accipere debemus eum, qui comitetur eam & ſequatur: & (vt Labeo ait) ſiue liberum ſiue ſeruum, ſiue maſculum, ſiue fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiuſque cauſa, vt ſequeretur, deſtinatus, in publico priuatóve abductus fuerit. Inter comites vtique & pędagogi erunt. Abduxiſſe videtur (vt Labeo ait) non, qui abducere comitem cœperit: ſed qui perfecerit, vt comes cum ea nõ eſſet. Abduxiſſe autem nõ tantum is videtur, qui per vim ab-

duxit, verùm is quoquè, qui perſuaſit comiti, vt eam
» deſereret. Tenetur hoc edicto non tantum, qui comi-
» tem abduxit: verumetiam, ſi quis eorum quem appel-
lauiſſet, aſſectatúſve eſſet. Appellare eſt, blãda oratio-
» ne alterius pudicitiam attentare. Hoc enim nõ eſt con
uicium facere, ſed aduerſus bonos mores attentare.
Qui turpibus verbis vtitur, non tentat pudicitiam,
ſed iniuriarum tenetur. Aliud eſt appellare: aliud aſſe-
» ctari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiã attentat.
» Aſſectatur, qui tacitus frequenter inſequitur. aſſidua
» etenim frequentia quaſi præbet nonnullam infami-
am. Meminiſſe autem oportebit, non omnem, qui aſ-
ſectatus eſt, nec omnem, qui appellauit, hoc edicto
conueniri poſſe. Neque enim, ſi quis colendi, ſi quis of
ficij honeſtè faciendi gratia id fecit, ſtatim in edictum
incidit: ſed, qui contra bonos mores hoc facit. Spon-
ſum quoque ad iniuriarum actionem admittendum
puto. Etenim ſpectat ad contumeliã eius iniuria, quę-
» cunque ſponſæ eius fiat. Ait Prætor, Ne quid infamã
» di cauſa fiat. Si quis aduerſus ea fecerit: prout quęque
» res erit, animaduertam. Hoc edictum ſuperuacuum
» eſſe Labeo ait. quippe cum ex generali clauſula in-
» iuriarum agere poſſimus. Sed videtur & ipſi Labeo-
ni, & ita ſe habet, Prætorem eandem cauſam ſecu-
tum, voluiſſe etiam ſpecialiter de ea re loqui. Ea enim,
» quæ notabiliter fiunt: niſi ſpecialiter notentur, viden-
» tur quaſi neglecta. Generaliter autem vetuit Prætor
quid ad infamiam alicuius fieri. Proinde, quodcun-
» que quis fecerit vel dixerit, vt alium infamet, erit a-
ctio iniuriarum. Hęc autem ferè ſunt, quæ ad infamiã
alicuius fiunt: vtputa ſi quis ad inuidiam alicuius ve-
» ſte lugubri vtatur aut ſqualida, aut ſi barbam demit-
» tat, vel capillos ſummittat, aut ſi carmen conſcribat

vel proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat. Quod ait Prætor, Si quis aduerſus ea fecerit: prout quæque res erit, animaduertam. ſic intelligendum eſt, vt plenior eſſet Prętoris animaduerſio: id eſt, vt quodcunque eum mouerit vel in perſona eius, qui agit iniuriarum, vel eius, aduerſus quem agitur, vel etiam in re ipſa, id eſt in qualitate iniuriæ: nõ audiat eum, qui agit. Si quis libello dato vel Principi vel alij famam alienam inſectatus fuerit, iniuriarum erit agendum: vt Papinianus ait. Idem ait eum, qui euentum ſententiæ, veluti laturus, pecunia vẽdidit: fuſtibus à Præſide ob hoc caſtigatum, iniuriarum dãnatum videri. Vtique autem apparet hunc iniuriam ei feciſſe, cuius ſententiam vendidit. Si quis bona alicuius, vel rem vnã per iniuriã occupauerit: iniuriarũ actione tenetur. Item, ſi quis pignus proſcripſerit venditurus, tanquam à me acceperit, infamandi mei cauſa: Seruius ait iniuriarum agi poſſe. Si quis non debitorem quaſi debitorem appellauerit, iniuriæ faciendæ cauſa: iniuriarum tenetur. Prætor ait, Qui ſeruũ alienum aduerſus bonos mores verberaſſe, déque eo iniuſſu domini quæſtionem habuiſſe dicetur: in eum iudicium dabo. Item, ſi quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita iudicium dabo. Si quis ſic fecit iniuriam ſeruo, vt domino faceret: iudico dominum iniuriarum agere poſſe ſuo nomine. Si verò non ad ſugillationem domini id fecit: ipſi ſeruo facta iniuria inulta à Prætore relinqui non debuit: maxime ſi verberibus vel quęſtionibus affligeret· hoc enim & ſeruum ſentire, palàm eſt. Si communem quis ſeruum verberauerit, vtique hac actione non tenebitur: cum iure dominij id fecerit. Nec ſi fructuarius id fecerit, dominus cũ eo aget: vel ſi proprietarius fecerit, fructuarius

eũcõueniet. Adijcitur, Aduerſus bonos mores verberauerit. vt non omnis omnino,qui verberauerit, ſed,qui aduerſus bonos mores verberauerit, teneatur.Cæterum,ſiquis corrigendi animo verberauerit, „ aut ſi quis emendandi:non tenetur.Vnde quærit Labeo,ſi Magiſtratus municipalis ſeruum meum loris ruperit, an poſſim cum eo experiri, quaſi aduerſus „ bonos mores verberauerit. Et ait iudicem debere in„ quirere quid facientem ſeruum meum verberauerit.Nam,ſi honorem ornamentáque petulanter attẽ„ tantem ceciderit,abſoluendum eum.Verberaſſe dici„ tur abuſiue,& qui pugnis ceciderit. Quæſtionem in„ telligere debemus & tormenta & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio vel „ leuis territio non pertinet ad hoc edictum.Quęſtio„ nis verbo etiam ea,quam malam manſionem dicũt, continebitur.Cum igitur per vim & tormenta habita quæſtio eſt:tunc quæſtio intelligitur. Sed,& ſi iuſſu domini quis quęſtionem habeat, modum tamen ex„ ceſſerit:teneri eum debere Labeo ait. Prætor ait, Si quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita iudiciũ dabo. Proinde,ſi quidem verberatus ſit ſeruus, vel tormentis de eo quæſtio habita eſt: ſine cauſæ cognitione iudicium in eum competit. Si verò aliam iniuriam paſſus ſit,non aliter competit, quàm cauſa cognita:quia Prætor non ex omni cauſa, iniuriarum iudicium ſerui nomine permittit. Nam,ſi leuiter percuſſus ſit, vel maledictum ei leuiter:non dabit actionem.at,ſi infamatus ſit vel facto aliquo, vel carmine ſcripto:puto cauſæ cognitionem Prætori porrigendam,& ad ſerui qualitatem. Etenim multum intereſt,qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, ordinarius, diſpen„ ſator,an verò vulgaris vel mediaſtinus,an qualiſqua-

lis. & quid ſi compeditus, vel male notus, vel notæ extremæ? Habebit igitur Prætor rationem tam iniuriæ, quæ admiſſa dicitur, quàm perſonæ ſerui, in quem admiſſa dicitur, & ſic aut permittet aut denegabit actionem. Interdum iniuria ſeruo facta, ad dominum redundat, interdum non. Nam, ſi pro libero ſe gerentem, aut, cum eum alterius potius quàm meum exiſtimauit quis, ceciderit, non cæſurus eum, ſi meum ſciſſet: non poſſe eum, quaſi mihi iniuriam fecerit, ſic conueniri Mela ſcribit. Si quis ſeruo verberato iniuriarum egerit, deinde poſtea damni iniuriæ agat: Labeo ſcribit eandem rem non eſſe: quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum: altera ad cõtumeliam. Si vſumfructum in ſeruo habeam, túque proprietatem, & is verberatus ſit, vel quæſtio de eo habita: iniuriarum actio magis proprietario quàm mihi competit. Idémque probatur, & ſi ſeruum eum, quem bona fide poſſidebam, cecideris: domino enim magis competit iniuriarum actio. Item, ſi liberũ hominem, qui mihi bona fide ſeruiebat, quis ceciderit: diſtinguendum eſt: vt, ſi in meam contumeliam pulſatus ſit, competat mihi iniuriarum actio. Idem ergo & in ſeruo alieno bona fide mihi ſeruienti: vt toties admittamus iniuriarum actionem, quoties in meam contumeliam iniuria ei facta ſit. Nam ipſius quidem ſerui nomine domino dabimus iniuriarum actionẽ. Si autem me tangat & pulſet: iniuriarum mihi quoque actio eſt. Ergo & in fructuario idem diſtingui poteſt. Si ſeruum plurium cecidero, competere iniuriarum actionem omnibus, plus quàm manifeſtum eſt.

SED NON ESSE æquum pro maiore parte, quàm pro qua domin⁹ eſt, dãnationẽ fieri, Pædius ait: & ideò officio iudicis portiones æſtimandæ ſunt. PAVL.

VLP. SED, SI VNIVS permiſſu id fecero: ſi quidē ſolius eius eſſe putaui, nulli competit iniuriarum actio. Planè, ſi ſciui eſſe plurium: ei quidem, qui permiſit, iniuriarum actio non competit: cęteris competit. Si iuſſu tutoris aut procuratoris, vel curatoris quæſtio habita ſit: conſequens erit dicere ceſſare iniuriarum actionem. Seruus meus opera tua vel querela tua flagellis cæſus eſt à Magiſtratu noſtro. Mela putat mihi dandam iniuriarum actionem aduerſus te, in quantum ob eam rem æquum Iudici videbitur. Et, ſi ſeruus deceſſerit, dominum eius agere poſſe Labeo ait: quia de damno, quod per iniuriam factum eſt, agatur. & ita Trebatio placuit. Quædam iniuriæ à liberis hominib⁹ factæ, leues, & nullius momēti eſſe videntur, eædem tamen à ſeruis factæ, graues ſunt. Creſcit enim contumelia ex perſona eius, qui contumeliam facit. Cum ſeruus iniuriam facit, maleficium eum admittere, palàm eſt. Igitur meritò, ſicut ex cęteris delictis, ita & ex hoc iniuriarum noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini eſt, an velit eum verberandum exhibere, vt ita ſatiſfiat ei qui iniuriam paſſus eſt. Neque enim erit neceſſe domino vtique eum verberandum præſtare: ſed dabitur ei facultas præſtare ſeruum verberandum, aut, ſi de eo verberibus ſatis non fiat, noxæ dedendum, vel litis æſtimationem ſufferendam. Prætor ait, Arbitratu Iudicis. vtique quaſi viri boni, vt ille modum verberum imponat. Si ante iudicem dominus verberandum ſeruum ſuum exhibuerit, vt ſatis verberibus ei fieret, & erit factum arbitratu Iudicis: poſtea actor agere iniuriarum perſeueret: non eſt audiendus. Qui enim accepit ſatiſfactionem, iniuriam ſuam remiſit. Nam, & ſi nuda voluntate iniuriam remiſit,

Indubitate dicendum eſt extingui iniuriarum actio-nem: non minus, quàm ſi tempore iniuria fuerit abolita. Si iuſſu domini ſeruus iniuriam fecerit: vtique dominus conueniri poterit etiam ſuo nomine. Sed, ſi proponatur ſeruus manumiſſus, placet Labeoni in eum dandam actionem: quia & noxa caput ſequitur, nec in omnia ſeruus domino parere debet. Cæterum, ſi & occiderit iuſſu domini, Corneliæ eum eximemus. Planè, ſi defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare apparet: ínque eam rem aduerſus agentem exceptio obijcienda erit. Si ſeruus, in quo vſuſfructus meus eſt, iniuriam mihi fecerit: aduerſus dominum noxali iudicio experiri potero: neque debeo deterioris conditionis ob hoc eſſe, quòd vſumfructum in eo habeo, quàm ſi non haberem· aliter atque ſi communis eſſet· tunc enim non daremus ſocio actionem, eapropter, quia & ipſe iniuriarum actione tenetur. Ait Prætor, Si ei, qui in alterius poteſtate erit, iniuria facta eſſe dicetur, & neque is, cuius in poteſtate eſt, præſens erit: neque procurator quiſquam exiſtat, qui eo nomine agat: cauſa cognita ipſi, qui iniuriam accepiſſe dicetur, iudicium dabo. Filiofamiliâs iniuriam paſſo, ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſſit propter furorem, vel quem alium caſum dementiæ: puto competere iniuriarum actionem· Nam & hic pater eius, abſentis loco eſt. Planè, ſi præſens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque cōdonat iniuriā: magis eſt, vt filio actio non detur. Nam, & cū abeſt, idcirco datur actio filio, quia veriſimile eſt patrē, ſi præſens fuiſſet, acturum fuiſſe. Interdum tamē putamus, & ſi pater remittat, iniuriarum actionē filio dandā: vtpote ſi patris perſona vilis abiectáque ſit, filij honeſta· Neque

enim debet pater viliſſimus, filij ſui contumeliam
» ad ſuam vilitatem metiri. Ponamus eum eſſe patrẽ,
cui iure meritóque curator à Prætore conſtituatur.
Sed, & ſi pater lite conteſtata cœperit abeſſe, vel etiã
negligere executionem pater vilis: dicendum eſt cau-
ſa cognita tranſlationem filio competere. Idem eſt, &
ſi emancipatus filius eſſe proponatur. Procuratorem
patris prætulit Prætor ipſis perſonis, quæ iniuriam
paſſæ ſunt. Si tamen procurator aut negligat, aut
colludat, aut non ſufficiat aduerſus eas perſonas:
quæ iniuriam fecerint: ipſi potius, qui paſſus eſt iniu-
riam, actio iniuriarum competit. Procuratorem au-
» tem accipere debemus non vtique eum, cui ſpeciali-
ter data eſt procuratio actionis iniuriarum: verùm
ſufficit eſſe eum, cui omnium rerum adminiſtratio
mandata eſt. Quod autem ait Prætor, cauſa cognita
» ipſi, qui iniuriam accepiſſe dicetur, iudicium permit-
» ti: ita accipiendum eſt, vt in cognitione cauſæ hoc ver-
ſetur, quàm longe pater abſit, & quando ſit peruen-
turus: & nunquid is, qui iniuriarum vult actionem
mouere, ſegnior, vel inutilis admodum ſit, & qui nõ
ſufficiat ad rei alicuius adminiſtrationem, ac per hoc
» nec ad actionem. Quod deinde ait, Qui iniuriam
» acceperit. interdum ita accipiendum eſt, vt patri eius
competat actio: vtputa nepoti facta eſt iniuria, pater
» præſens eſt, auus abeſt. ſcribit Iulianus patri potius
» dandam iniuriarum actionem, quàm ipſi nepoti: ad
» cuius (inquit) officium pertinet etiam viuente auo fi-
» lium ſuum in omnibus tueri. Idem Iulianus ſcribit
» filium non tantum ipſum agere debere, verùm pro-
» curatorem quoque dare poſſe, alioqui (inquit) niſi ei
permiſerimus procuratorem dare poſſe, futurum eſt,
vt, ſi valetudine impediatur, neque ſit, qui iniuriarũ

actionem exequatur: impediatur actio. Idem ait, & ſi »
nepoti facta ſit iniuria, & nemo ſit, qui aui nomine »
agat, permittendum eſſe patri experiri: & is procura-
torem dabit· omnibus enim, qui ſuo nomine actionẽ
habent, procuratoris dandi eſſe facultatem. Intelligi-
tur autem filium (inquit) familiâs ſuo nomine agere, »
cum patre ceſſãte Prætor ei agere permittit. Si filiuſ-
familiâs iniuriarum egerit, patri actio non competit.

Idem ait filiofamiliâs iniuriarum nomine actio- »
nem dari, quoties nemo eſt, qui patris nomine expe-
riatur: & hoc caſu quaſi patrẽfamiliâs cõſtitui. Qua-
re, ſiue emancipatus ſit, ſiue ex parte hæres ſcriptus,
vel etiam exhæredatus, ſiue à paterna hęreditate ſe
abſtinuerit: executionem litis ei dandam· Eſſet enim
perabſurdum, quem Prætor manente patria pote- »
ſtate ad actionem admittendum putauerit, ei patri- »
familiâs vltionem iniuriarum ſuarum eripi, & tranſ-
ferri ad patrem, qui eam, quantum in ipſo eſt, omiſe-
rit: aut (quod eſt indignius) ad hæredes patris, ad quos
non pertinere iniuriam filiofamiliâs factam, procul-
dubio eſt.

EVM, QVI nocentem infamauit, non eſſe bo- PAVL.
num & æquum ob eam rem condemnari· Peccata e- »
nim nocentium nota eſſe, & oportere & expedire. Si »
ſeruus ſeruo fecerit iniuriam, perinde agendum eſt:
quaſi domino feciſſet. Si nupta filiafamiliâs iniuriam
acceperit: & vir & pater iniuriarum agant. Pompo- »
nius etiam rectè putat tanti patri condemnandũ eſ- »
ſe reum, quanti condemnaretur, ſi ea vidua eſſet. Vi-
ro tanti, quanti condemnaretur, ſi ea in nullius pote-
ſtate eſſet· quòd ſua cuiuſque iniuria propriam æſti-
mationem haberet. Et ideò, ſi nupta in nullius pote-
ſtate ſit, non ideo minus eam iniuriarum agere poſſe,

quòd & vir ſuo nomine agat. Si iniuria mihi fiat ab eo, cui ſim ignotus: aut ſiquis putet me L. Titium » eſſe, cum ſim C. Seius: præualet, quod principale eſt, » iniuriam eum mihi facere velle. nam certus ſum ego, » licet ille putet me alium eſſe, quàm ſim. & ideò iniuriarũ habeo actionẽ. Cum aliquis filiumfamiliâs patremfamiliâs putat, non poteſt videri iniuriã patri facere. nõ magis quàm viro, ſi mulierem viduã eſſe credat: quia neq; in perſonam eorũ cõfertur iniuria: nec » trãſferri perſonæ putatio ex perſona filiorum ad eos » poteſt: cum affectus iniuriam facientis in hunc tanquam in patremfamiliâs eſſet, qui ſciebat filiumfamiliâs eſſe. tamen, ſi neſciſſet, cuius filius eſſet, diceretur (inquit) patrem ſuo nomine iniuriarum agere poſſe. nec minus virum, ſi ille nuptam eſſe ſciret. Nam, qui hoc non ignorat: cuicũque patri, cuicunque marito, per filium per vxorem vult facere iniuriam.

CAIVS SI CREDITOR meus, cui parat⁹ ſum ſoluere, in iniuriam meam fideiuſſores meos interpellauerit, iniuriarum mihi tenetur.

SI INIVRIAE faciendæ gratia Seia domum abſentis debitoris ſignaſſet ſine authoritate eius, qui concedendi ius poteſtatẽmve habuit: iniuriarũ actio» nem intendi poſſe reſponſum eſt.

IAB. INIVRIARVM æſtimatio non ad id temp⁹, quo iudicatur, ſed ad id, quo facta eſt, referri debet.

VLP. SI LIBER pro fugitiuo apprehenſus erit, iniuriarum cum eo agit.

PAVL. IS, QVI in domum alienam inuito domino introierit: quanuis eum in ius vocat, actionem iniuria» rum in eum competere Ofilius ait.

VLP. SIQVIS proprium ſeruum diſtrahere prohibeatur à quolibet, iniuriarum experiri poteſt.

SI STVPRVM ſerua paſſa ſit, iniuriarum a» »
ctio domino dabitur. at, ſi celauerit mancipium, vel
quid aliud furandi animo fecerit, etiã furti. vel ſi vir»
ginem immaturam ſtuprauerit, etiam legis Aquiliæ »
competere quidam putant.

SI QVIS ſeruum meum vel filium meum lu» CAIVS
dibrio habeat, licet conſentientem: tamen ego iniuriã
iam videor accipere: veluti ſi in popinam duxerit il»
lum: ſi alea luſerit. Sed hoc vbicunque locum habere
poteſt, quoties ille, qui ſuadet, animum iniuriæ faciẽ»
dæ habet. Atqui poteſt malum conſilium dare, & qui
dominũ ignorat: & ideò incipit ſerui corrupti actio»
neceſſaria eſſe.

SI STATVA patris tui in monumento poſi»
ta ſaxis cæſa eſt, ſepulchri violati agi non poſſe, iniu»
riarum poſſe, Labeo ſcribit. »

INIVRIARVM actio in bonis noſtris non VLP.
computatur antè, quàm litem conteſtemur.

SI SERVVM, cuius nomine iniuriarum actio PAVL.
tibi competit, manumiſeris, aut alienaueris: ſupereſt
tibi iniuriarum actio.

SERVO autem manumiſſo non competere a» VLP.
ctionem ob iniuriã, quam in ſeruitute paſſus eſt, quis
dubitet? Filio ſi iniuria facta ſit: cum vtrique tã filio
quàm patri acquiſita actio ſit, non eadem vtrique fa»
cienda æſtimatio eſt.

CVM POSSIT propter filij dignitatẽ maior PAVL.
ipſi, quàm patri, iniuria facta eſſe.

NEC MAGISTRATIBVS licet aliquid in» VLP.
iurioſè facere. ſi quid igitur per iniuriã fecerit Magi» »
ſtratus, vel quaſi priuat⁹, vel fiducia magiſtrat⁹: iniu»
riarũ poteſt cõueniri. Sed, vtrũ depoſito magiſtratu?
an verò, & quãdiu eſt in magiſtratu? Sed veri⁹ eſt, ſi is

Magiſtratus eſt, qui ſine fraude in ius vocari nõ po-
» teſt: expectandum eſſe, quoad magiſtratu abeat.
Quòd,ſi ex minoribus Magiſtratibus erit, id eſt,qui
» ſine imperio aut ſine poteſtate ſunt Magiſtrat⁹, etiã
» in ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri.

PAVL. QVOD Reip. vindicandæ cauſa ſecundum bonos mores fit:etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet,quia tamẽ non ea mẽte Magiſtratus facit,vt iniuriam faciat,ſed ad vindictam maieſtatis publice reſpiciat:actione iniuriarum non tenetur.

CAIVS SI PLVRES ſerui aliquem ſimul ceciderint, aut conuicium alicui fecerint:ſingulorum proprium
» eſt maleficium: & tanto maior eſt iniuria, quanto à
» plurib⁹ admiſſa eſt.imò etiam tot iniuriæ ſunt, quot
» & perſonæ iniuriam facientium.

VLP. SI QVIS iniuriam atrocem fecerit,qui cõtemnere iniuriarum iudicium poſſit ob infamiam ſuã & egeſtatem:Prætor acriter exequi hanc rem debet: & eos,qui iniuriam fecerunt,coërcere.

IVL. SI FILII nomine cum patre iniuriarum agere velim,& is procuratorem det:non intelligitur fili⁹
» defendi,niſi iudicatum ſolui ſatiſdetur: & ideò actio
» aduerſus filium, tanquam à patre non defendatur, danda erit.

MART. CONSTITVTIONIBVS principalib⁹ ca-
» uetur,ea,quæ infamandi alterius cauſa in monumẽ-
» ta publica poſita ſunt: tolli de medio.Etiam ex lege
» Cornelia iniuriarũ actio ciuiliter moueri poteſt,con-
demnatione æſtimatione Iudicis facienda.

SCAEV. SENATVSCONSVLTO cauetur,ne quis
» imaginem Imperatoris in iniuriam vel inuidiam al-
» terius portet:&,qui contrà fecerit, in vincula publica mittatur.

VESTEM ſordidã Rei nomine in publico habere, capillúmve ſummittere, nulli licet: niſi ita coniunctus eſt affinitate, vt inuitus in reum teſtimoniũ dicere cogi non poſſit. VEN.

DIVVS Seuerus Dionyſio Diogeni ita reſcripſit, Atrocis iniuriæ damnatus, in ordine Decurionũ eſſe non potes: nec prodeſſe tibi debet error Præſidũ aut eius, qui de te aliud pronuntiauit, aut eorum, qui contra formam iuris manſiſſe te in ordine Decurionum putauerunt. MART.

PATER cuius filio facta eſt iniuria, non eſt impediendus, quo minus duobus iudicijs & ſuam iniuriam perſequatur & filij. NER.

IVDICI ab appellatoribus conuiciũ fieri non oportet: alioqui infamia notantur. PAVL.

QVI INIVRIARVM actionem per calũniam inſtituit, extra ordinẽ damnatur: id eſt exiliũ, aut relegationem, aut ordinis amotionem patitur. CAIVS

SI INFERIORVM dominus ædium, ſuperioris vicini fumigandi cauſa fumum fecerit, aut ſuperior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit aut infuderit: negat Labeo iniuriarũ agi poſſe: quod falſum puto: ſi tamen iniuriæ faciendæ cauſa immittitur. IAB.

DE INIVRIA nunc extra ordinem ex cauſa & ex perſona ſtatui ſolet. Et ſerui quidem flagellis cæſi, dominis reſtitũntur. liberi verò humilioris quidem loci, fuſtibus ſubijciuntur: cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur. HERM.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBVS.

PAVL. » SOLLICITATORES alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis, extra ordinem puniuntur. Fit iniuria contra bonos mores veluti ſi quis fumo corrupto aliquẽ perfuderit: cœno, luto oblinierit: aquas ſpurcauerit: fiſtulas, lacus, quidve aliud ad iniuriã publicam cõtaminauerit. in quos grauiter animaduerti ſolet. Qui puero ſtuprũ, abducto ab eo vel corrupto comite, perſuaſerit: aut mulierem puellámve interpellauerit: quidve impudicitię gratia fecerit: domum præbuerit: pretiúmve, quò id perſuaderet, dederit: perfecto flagitio punitur capite: imperfecto in inſulã deportatur. Corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur.

VLP. SVB PRAETEXTV religionis, vel ſub ſpecie ſoluendi voti, cœtus illicitos nec à veteranis tentari oportet.

STELLIONATVS, vel expilatæ hæreditatis iudicia accuſationẽ q̃dẽ habẽt: ſed nõ ſũt publica.

MART. » DIVVS Verus & Antoninus reſcripſerunt eã, quæ data opera partum abegerit, à Præſide in tẽporale exilium dandam. Indignum enim videri poteſt, impune eam maritum liberis fraudaſſe.

VLP. IN EVM, cuius inſtinctu ad infamandum dominum ſeruus ad ſtatuam confugiſſe compertus erit: præter corrupti ſerui actionem, quæ ex edicto perpetuo competit, ſeuerè animaduertetur.

ANNONAM attentare & vexare vel maxime

Dardanarij ſolēt: quorum auaritiæ obuiam itum eſt tam mandatis,quàm cōſtitutionibus. Mandatis deniq; ita cauetur,Præterea debebis cuſtodire,ne Dardanarij vllius mercis ſint: ne aut ab ijs,qui coemptas merces ſupprimūt, aut à locupletioribus,qui fructus ſuos æquis pretijs vendere nolunt,dum minus vberes prouentus expectāt:annona oneretur. Pœna autem in hos variè ſtatuitur· Nam plærunque,ſi negotiantes ſunt,negotiatione tātum eis interdicitur: interdum & relegari ſolent:humiliores ad opus publicum dari.Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ.de quibus diuus Adrianus edictū propoſuit:quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit, perinde, ac ſi lege teſtamentaria , quòd teſtamentum falſum ſcripſiſſet,ſignaſſet,recitaſſet,damnatus eſſet.Sed & diuus Adrianus eum,qui falſas menſuras habuit, in inſulam relegauit.

SACCVLARII,qui vetitas artes exercētes, in ſacculos partem ſubducunt, partem ſubtrahunt: item,qui dietarij appellantur, hoc eſt ij,qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus,quàm fures,puniendi ſunt.idcircòque aut ad tempus in opus dantur publicum:aut fuſtibus caſtigantur,& dimittuntur:aut ad tempus relegantur. Sunt præterea crimina,quæ ad executionē Præſidis pertinent: vtputa ſi quis inſtrumēta ſua prodita eſſe dicat· Nam huius rei executio Præfecto vrbis à diuis Fratribꝰ data eſt. Sunt quædam,quæ morè prouinciarū coërctionē ſolent admittere.vt in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimē appellant, cuius rei admiſſum tale eſt: pleriq; inimicorum ſolent in prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt lapides ponere, indicio futuros,quòd is,qui eū agrū coluiſſet, malo letho periturꝰ eſſet inſidijs eorū,

qui ſcopulos poſuiſſent. Quæ res tãtum habet timoris, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui ſcopeliſmon fecerunt. Hãc rem Præſides exequi ſolent grauiter, vſque ad pœnã capitis: quia & ipſa res mortem comminatur. In Ægypto qui chomata rumpit vel diſſoluit (hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere) æquè plectitur extra ordinem. Sed & pro conditione ſua, & pro admiſſi menſura quidã opere publico aut metallo plectũtur: & metallo quidem ſecundum ſuã dignitatem. Si quis arborem ſycomorum exciderit. Nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco, quòd hæ arbores colligant aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur, & diminutiones aquæ coërcentur. Commata etiã & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt, qui quid in his admiſerint.

PAVL. IN CIRCVLATORES, qui ſerpentes circunferunt & proponunt, ſicui ob eorum metum dãnum datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

VLP. SEPVLCHRI violati actio infamiã irrogat.

SI SEPVLCHRA quis diruat, ceſſat Aquilia, Quod vi tamen aut clãm agendum erit. Et ita de ſtatua de monumẽto euulſa Celſus ſcribit. Idem quærit, ſi neque applumbata fuerit, neque affixa: an pars monumenti effecta ſit: an verò maneat in bonis noſtris. Et ſcribit ſic eſſe monumenti, vt oſſuariã: & ideò Quod vi aut clãm interdicto locum fore.

PRAETOR ait, Cuius dolo malo ſepulchrum violatum eſſe dicetur, in eum in factum iudiciũ dabo: vt ei, ad quem pertineat, quãti ob eam rem æquũ eſſe videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, ſiue agere nolet: quicunque agere volet, ei c aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cuius iuſtiſſima cauſa eſſe videbitur, ei agendi poteſtatem faciã. Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit, ædificiúmve aliud, quám quod ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit: in eum, ſi quis agere eo nomine volet, c c aureorum iudicium dabo. Prima verba oſtendunt eum demum ex hoc edicto plecti, qui dolo malo violauit. ſi igitur dolus abſit, ceſſabit eiuſdẽ pœna. Igitur doli non capaces, quemadmodum impuberes, item omnes, qui non animo violandi accedũt: excuſati ſunt. Sepulchri autem appellatiõe omnem ſepulturæ locum contineri exiſtimãdum eſt. Si quis in hæreditarium ſepulchrum inferat, quãuis hæres, tamen poteſt ſepulchri violati teneri, ſi forte contra voluntatem teſtatoris intulit. Licet enim cauere teſtatori, ne quis eò inferatur: vt reſcripto Imp. Antonini cauetur. ſeruari etenim voluntatem eius oportere. Ergo, & ſi cauit, vt vnus tantum hæredũ inferat, ſeruabitur, vt ſolus inferat. Non perpetuæ ſepulturæ tradita corpora poſſe tranſferri, edicto diui Seueri cõtinetur: quo mandatur ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberẽtur per territoria oppidorum tranſferri. Diuus tamen Marcus reſcripſit nullam pœnam meruiſſe eos, qui corpus defuncti in itinere per vicos aut oppida tranſuexerunt: quanuis talia fieri ſine permiſſu eorum, quibus permittendi ius eſt, non debeant. Diuus Adrianus reſcripſit, & pœnam ſtatuit x l aureorum in eos, qui in ciuitate

» ſepulchrum faciũt.quam fiſco inferri iuſſit:& in Magiſtratus eandem ſtatuit pœnam,qui paſſi ſint: & locum publicari iuſſit:& inde corpus tranſferri. Quid
» tamen,ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepe-
» liri poſt prĩcipalia reſcripta?an ab hoc diſceſſum ſit, videbimus:quia generalia ſunt reſcripta, & oportet imperialia ſtatuta ſuam vim obtinere,& in omni lo-
» co valere.Si quis in ſepulchro habitaſſet,ædificiúmve
» habuiſſet:ei,qui velit, agendi poteſtas ſit. Aduerſus eos,qui cadauera ſpoliãt, Præſides ſeuerius interuenire ſolent:maximè ſi manu armata aggrediantur:
» vt,ſi armati more latronum id egerint,etiam capite
» plectãtur:vt Diuus Seuerus reſcripſit. ſi ſine armis, vſque ad pœnam metalli procedat.Qui de ſepulchri violati actione iudicant,æſtimabunt,quatenus interſit:ſcilicet ex iniuria,quæ facta eſt:item ex lucro eius, qui violauit:vel ex damno,quod cõtigit:vel ex temeritate eius,qui fecit.Nunquam tamen minoris debẽt condemnare ijs,quorum intereſt,quàm ſolent extraneo agente.Si ad plures ius ſepulchri pertineat,vtrũ omnibus damus actionem?an ei,qui occupauit?La-
» beo omnibus dãdam dicit,rectè:quia in id,quod intereſt vniuſcuiuſq;,agitur.Si is,cuius intereſt, ſepulchri violati agere nolit:poteſt pœnitentia acta,antè, quàm lis ab alio conteſtetur,dicere ſe velle agere: &
» audietur.Si ſeru⁹ in ſepulchro habitet vel ædificauerit,noxalis actio ceſſat: & in eum Prętor hãc actionẽ pollicetur. Si tamen non habitet, ſed domunculam
» ibi habeat ſeruus:noxale iudicium erit dandũ:ſi mo do habitare poſſe videatur.Hæc actio popularis eſt.

CAIVS SEPVLCHRA HOSTIVM, religioſa no-
» bis non ſunt: ideóque lapides inde ſublatos in quẽlibet
» bet vſum conuertere poſſumus:nec ſepulchri viola-

ti actio competit.

VTIMVR eo iure, vt dominis fundorum, in quibus ſepulchra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorum ſepulchrorum ſit ius. Legibus nãque prædiorum vendendorum cauetur, vt ad ſepulchra, quæ in fundis ſunt: iter eis, aditus, abitus funeris faciendi cauſa ſit. POMP.

SEPVLCHRI violati actio in primis datur ei, ad quem res pertinet. quo ceſſante, ſi alius egerit, quãuis Reip. cauſa abſuerit dominus, nõ debebit ex integro aduerſus eum, qui litis æſtimationem ſuſtulerit, dari. Nec poteſt videri deterior fieri conditio eius: qui reip. cauſa abſuerit: cum hæc actio non ad rẽ familiarem eius, ſed magis ad vltionem pertineat. IVL.

SEPVLCHRI deteriorem conditionem fieri prohibitum eſt: ſed corruptum & lapſum monumẽtum corporibus nõ cõtrectatis licet reficere. MART.

SEPVLCHRI violati crimẽ poteſt dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quo minus aliquis funeretur ſepeliatúrve: quia &, qui ſepulchrum violat, facit, quo minus quis ſepultus ſit. MARC.

DE SEPVLCHRO violato actio quoque pecuniaria datur.

QVAESITVM EST, an ad hæredem neceſſarium, cum ſe bonis non immiſcuiſſet, actio ſepulchri violati pertineret. Dixi rectè eum ea actione experiri, quæ in bonum & æquum cõcepta eſt. Nec tamen, ſi egerit, hæreditarios creditores timebit: cum, etſi per hæreditatem obtingit hæc actio, nihil tamẽ ex defuncti capitur voluntate: neque id capitur: quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta ſit cõſtitutum. PAP.

PAVL. REI ſepulchrorum violatorum, ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint: humilioris quidem fortunæ, ſummo ſupplicio afficiũtur: honeſtiores in inſulam deportantur: aliâs aut relegãtur, aut in metallum damnantur.

DE CONCVSSIONIBVS.

VLP. SI SIMVLATO Præſidis iuſſu, cõcuſſio interuenerit: ablatum eiuſmodi terrore, reſtitui Præſes prouinciæ iubet, & delictum coercet.

MART. CONCVSSIONIS iudicium publicum nõ eſt. Sed, ſi ideo pecuniã quis acceperit, quòd crimen minatus ſit: poteſt publicum iudicium eſſe, ex S S C C. quib9 pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint, quíve ob accuſandum vel etiam non accuſandum, denuntiandum vel non denuntiandum teſtimoniũ pecuniam acceperint.

DE ABIGEIS.

VLP. DE ABIGEIS puniendis ita diu9 Adrianus Conſuli Beticæ reſcripſit, Abigei, cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſime non vbique, ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij: alioqui & in opus nonnunquam temporarium dantur. Abigei autem proprie ij habentur, qui pecora ex paſcuis vel armẽtis ſubtrahunt, & quodammodo deprędantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de ar-

mentis, vel oues de gregibus abducentes. Cæterum, ſiquis ouem oberrantem, vel equos in ſolitudine relictos abduxerit: nõ eſt abigeus, ſed fur potius. Sed &, » qui porcum vel capram vel veruecẽ abduxerint, nõ » tam grauiter quàm, qui maiora animalia abigũt, plecti debent. Quanquam autem D. Adrianus metalli » pœnam, item operis vel etiam gladij præſtituerit: attamen, qui honeſtiore loco nati ſunt, non debent ad hanc pœnam pertinere: ſed aut relegandi erunt, aut ordine amouendi. Sanè quicunque gladio abigunt, » non inique beſtijs obijciuntur. Qui pecora, de quorũ » proprietate faciebat controuerſiam, abegit: vt Saturninus quidem ſcribit, ad examinationem ciuilem remittendus eſt. ſed hoc ita demum probandum eſt, ſi non color abigeat⁹ quęſitus eſt, ſed verè putauit ſua, » iuſtis rationibus ductus.

ABIGEATVS crimẽ publici iudicij nõ eſt: » MARC. quia furtum magis eſt. Sed quia plerunque abigei & » ferro vtuntur, ſi deprehendantur, ideò grauiter pu- » niri eorum admiſſum ſolet. »

OVES, pro numero abactarum, aut abigeum CALL. aut furem faciunt. Quidam decem oues gregem eſſe putauerunt. porcos etiã quinq; vel quatuor abactos: » equũ vnũ vel bouem abigeatus crimen facere. Eum » quoque plenius coercẽdum, qui à ſtabulo abegit domitum pecus, non à ſilua vel grege. Qui ſæpius abegerunt, licet ſemper vnum vel alterum pecus ſurripuerint, tamẽ abigei ſunt. Receptatores abigeorum » qua pœna plecti debeant, epiſtola diui Adriani ita » cauetur, vt extra terram Italiam x annis relegẽtur. »

DE PRAEVARICATORIBVS.

VLP. PRAEVARICATOR eſt, quaſi varicator, qui diuerſam partẽ adiũat prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractũ ait·nam, qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit: quinimò ex altera. Is autẽ præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Cęterum aduocatus non proprie præuaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet? ſiue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus eſt, hoc eſt prodiderit cauſam, hic extra ordinem ſolet puniri.

SCIENDVM eſt, quòd hodie ijs, qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria.

MARC. PRAEVARICATIONIS iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum eſt. Nam, ſi reus accuſatori publico iudicio ideò præſcribat, quòd dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatum, & abſolutũ: cauetur lege Iulia publicorum iudiciorũ, vt non pri⁹ accuſetur, quàm de prioris accuſatoris præuaricatione conſtiterit, & pronũtiatũ fuerit. Huius ergo præuaricationis pronũtiatio, publici iudicij intelligitur. Quòd, ſi aduocato præuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium nõ eſt·nec intereſt, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur. Si ideo quis accuſetur, quòd dicatur crimen iudicij publici deſtituiſſe, iudicium publicum non eſt: quia neq; lege aliqua de hac re cautum eſt: neq; per Senatuſconſultũ, quo pœna .v. librarum auri in deſiſtentem ſtatuitur: publica accuſatio inducta eſt.

SI IS, de cui⁹ calũnia agi prohibetur, pręuaricator in cauſa iudicij publici pronũtiat⁹ ſit, īfamis erit.

ACCVSATOR de prævaricatione conuictus, poſtea ex lege non accuſat. VEN.

AB IMPERATORE noſtro & patre eius reſcriptum eſt, vt in criminibus, quæ extra ordinem obijciuntur, prævaricatores eadem pœna afficiātur, qua tenerētur, ſi ipſi in legem commiſiſſent, qua reus propter prævaricationem abſolutus eſt. PAVL.

IN OMNIBVS cauſis, preterquàm in ſanguine: qui delatorem corruperit, ex Senatuſconſulto pro victo habetur. VLP.

DE RECEPTATORIBVS.

PESSIMVM genus eſt receptatorū: ſine quibus latere nemo diu poteſt. & præcipitur, vt perinde puniantur, atque latrones. In pari cauſa habendi ſunt, qui, cum apprehendere latrones poſſent, pecunia accepta, vel ſutreptorum parte, dimiſerunt. MART.

EOS, APVD quos affinis vel cognatus latro conſeruatus eſt: neque abſoluēdos, neque ſeuere admodum puniendos. Non enim par eſt eorum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt. PAVL.

DE FVRIBVS BALNEARIIS.

FVRES nocturni extra ordinem audiendi ſunt, & cauſa cognita puniendi. dummodo ſciamus in pœna eorū, operis publici tēporarij modū nō egrediēdū. Idē eſt, & in balnearijs furibus. VLP.

Sed, ſi ſe telo fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his ſimiles, nec quenquam percuſſerunt: metalli pœna: vel honeſtiores, relegationis afficiendi erunt.

MART. SED, SI interdiu furtum fecerint, ad ius ordinarium remittendi ſunt.

PAVL. MILES, qui in furto balneario deprehēſus eſt, ignominia mitti debet.

DE EFFRACTORIBVS ET EXPILATORIBVS.

VLP. De iis, qui carcere effracto euaſerũt: ſumēdum ſupplicium diui fratres Æmilio Tyroni reſcripſerunt. Saturnin⁹ etiam probat eos, qui de carcere erumperunt ſiue effractis foribus, ſiue con ſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia erant, capite puniendos. quòd, ſi per negligentiam cuſtodũ euaſerint, mitius puniendos. Expilatores, qui ſunt atrociores fures (hoc enim eſt συλαγωγοὶ vel συλῆται) in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari ſolent: honeſtiores autem ordine ad tēpus moueri, vel patriæ fines iuberi excedere: quibus nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalibus īpoſita eſt. Idcirco cauſa cognita liberum erit arbitrium ſtatuendi, ei, qui cognoſcit. Simili modo & ſaccularij, & directarij erunt puniendi, item & effractores. Sed enim Diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Africa, vnde erat, & Vrbe & Italia. Oportebit autem ęquè & in effractores, & in cæteros ſuprà ſcriptos cauſa cognita ſta-

tui,prout admiſſum ſuggerit:dùm ne quis in plebeio operis publici pœnam,vel in honeſtiore relegationis excedat.

IN EFFRACTORES variè animaduerti- tur. Atrociores enim ſũt nocturni effractores:& ideò hi fuſtibus cæſi in metallũ damnari ſolent.diurni verò effractores poſt fuſtium caſtigationẽ in opus perpetuum vel temporarium dandi ſunt. PAVL.

EXPILATAE HAERAEDITATIS.

SI QVIS alienam hæreditatem expilauerit, extra ordinẽ ſolet cöerceri per accuſationẽ expilatę hæreditatis:ſicut oratione diui Marci cauetur. MART.

SI EXPILATAE hæreditatis crimen intendatur, Præſes prouinciæ cognitionem ſuã accõmodare debet.Cum enim furti agi nõ poteſt,ſolùm ſupereſt auxilium Præſidis. Apparet autem expilatæ hæreditatis crimen eo caſu intendi poſſe, quo caſu furti agi non poteſt, ſcilicet ante aditã hæreditatẽ,vel poſt aditã, antè, quàm res ab hærede poſſeſſæ ſint. Nam hoc caſu furti actionẽ non cõpetere palàm eſt: quanuis ad exhibendum agere poſſe eum,qui vẽdicaturus exhiberi deſyderet,palàm ſit. VLP.

DIVVS Verus & Antoninus reſcripſerunt electionem eſſe,vtrum quis velit crimen expilatæ hæreditatis extra ordinẽ apud Præfectum vrbi vel apud Præſidem agere,an hæreditatem à poſſeſſoribus iure ordinario vendicare MART.

RES HAEREDITARIAS, omnium hæredum fuiſſe communes. & ideo eum,qui expilatæ hæreditatis crimen obiecit, & obtinuit, etiam cohæ- PAVL.

redi profuiſſe videri.

HERM. VXOR expilatæ hæreditatis crimine idcirco nõ
» accuſatur, quia nec furti cum ea agitur.

SI REM hæreditariã, ignorans in ea cauſa eſſe,
» ſurripuiſti: furtum te facere reſpõdit. Paulus. Rei hæ-
» reditariæ furtum non fit, ſicut nec eius, quæ ſine do-
mino eſt: & nihil mutat exiſtimatio ſurripientis.

DE CRIMINE STELLIONATTVS.

PAP. ACTIO ſtellionatus neque publicis iu-
dicijs, neque priuatis actionibus conti-
netur.

VLP. STELLIONATVS iudiciũ fa-
moſum quidem non eſt, ſed coercitionẽ
extraordinariam habet.

STELLIONATVS accuſatio ad Præſidis
» cognitionem ſpectat. Stellionatum autẽ obijci poſſe
» ijs, qui dolo quid fecerint, ſciendum eſt: ſcilicet ſi aliud
» crimen non ſit, quod obijciatur· quod enim in priua-
» tis iudicijs eſt de dolo actio: hoc in criminibus, ſtellio-
» natus perſecutio. Vbicunque igitur titulus criminis
» deficit, illic ſtellionat⁹ obijciemus. Maxime autẽ in his
» locũ habet, ſi quis forte rem alij obligatã, diſſimulata
» obligatione, per calliditatẽ alij diſtraxerit, vel permu
» tauerit, vel in ſolutũ dederit· Nam hæ omnes ſpecies
» ſtellionatũ continẽt. Sed, & ſi quis merces ſuppoſue-
» rit, vel obligatas auerterit, vel corruperit: æquè ſtel
» lionatus reus erit. Item, ſi quis impoſturam fecerit, vel
» colluſionem in necẽ alterius: ſtellionatus poteſt poſtu
lari. Et generaliter dixerim; deficiente titulo criminis,
hoc crimen locum habet: nec opus eſt ſpecies enume
rare. Pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt, cum

nec legitimum crimen ſit. Solent autem ex hoc crimi »
ne extra ordinem plecti: dummodo nõ debeat opus
metalli hæc pœna in plebeijs egredi. in ijs autem, qui
ſunt in aliquo honore poſiti: ad tempus relegatio, aut
ab ordine motio remittenda eſt. Qui merces ſuppreſ
ſerit, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt.

DE PERIVRIO, ſi ſua pignora eſſe quis in- MOD.
ſtrumẽto iurauerit, crimen ſtellionatus fit, & ideò ad »
tempus exulat.

DE TERMINO MOTO.

TERMINORVM auulſorum non mul- MOD.
ta pecuniaria eſt, ſed pro conditione ad-
mittentium coercitione tranſigendũ eſt.

DIVVS Adrian⁹ in hæc verba re- CALL.
ſcripſit. Quin peſſimum factũ ſit eorũ, «
qui terminos finium cauſa poſitos protulerint, dubi- «
tari non poteſt. de pœna tamen eorũ modus ex cõdi- «
tione perſonæ, & mente facientis magis ſtatui poteſt. «
Nam, ſi ſplendidiores perſonæ ſunt, quæ cõuincũtur, «
non dubiè, ſi occupandorum alienorum finium cauſa «
id admiſerint: poſſunt ad tempus, vt cuiuſque patia- «
tur ætas, relegari. id eſt, ſi iunior, in longius: ſi ſenior, «
in reciſius. ſi verò alij negotium geſſerint, & miniſte- «
rio functi ſint: caſtigari, & ad opus publicum biẽnio «
dari. Quòd ſi per ignorãtiam aut fortuitu lapides fu- «
rati ſunt, ſufficiet eos verberibus cædere. «

AGRARIA lege, quam C. Cæſar tulit, aduer- »
ſus eos, qui terminos ſtatutos extra ſuum agrũ fines-
ve mouerint dolo malo, pecuniaria pœna conſtituta
eſt. Nam in terminos ſingulos, quos eiecerint, locóve »
mouerint, L aureos in publicũ dare iubentur: & eius »

actionis petitionem ei, qui volet, eſſe iubet. Alia quo-
» que lege agraria, quam diuus Nerua tulit, cauetur, ſi
» ſeruus ſeruâve neſciente domino dominâve dolo ma
» lo fecerit: ei capitale eſſe: niſi domin9 dominâve mul-
tam ſufferre maluerit. Ij quoque, qui finaliũ quæſtio-
num obſcurandarum cauſa faciem locorum conuer-
» tunt, vt ex arbore arbuſtũ, aut ex ſilua cædua noua-
» le, aut aliquid eiuſmodi faciunt: pœna plectendi ſunt
pro perſona, & condictione, & factorum violentia.

DE COLLEGIIS, ET ILLICITIS CORPORIBVS.

MART. MANDATIS Principalib9 præcipitur Præſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe collegia ſodalitia: néve milites collegia in caſtris habeant. ſed permittitur tenuioribus ſtipem menſtruam conferre, dum tantum ſemel in mẽſe coeant: ne ſub prætextu
» huiuſmodi, illicitum collegium coeãt. quod non tan-
» tum in Vrbe, ſed & in Italia, & in prouincijs locũ ha-
» here diuus quoque Seuerus reſcripſit. Sed religionis
cauſa coire non prohibentur: dum tamen per hoc nõ
fiat cõtra Senatuſcõſultum, quo illicita collegia coer-
centur. Non licet autem amplius quàm vnum colle-
» gium licitum habere: vt eſt cõſtitutum etiam à diuis
» Fratribus. Et ſiquis in duobus collegijs fuerit: reſcri-
» ptũ eſt eligere eũ oportere, in quo magis eſſe velit, ac-
» cepturum ex eo collegio, à quo recedit, id, quod ei cõ-
petit ex ratione, quæ communis fuerit.

VLP. QVI ILLICITVM collegium vſurpauerit, ea pœna tenetur, qua tenentur ij, qui hominibus armatis loca publica vel tẽpla occupaſſe iudicati ſunt.

COLLEGIA, ſiqua fuerint illicita, mãdatis & conſtitutionibus & Senatuſcõſultis diſſoluuntur, ſed permittitur eis, cum diſſoluuntur, pecunias communes, ſiquas habent, diuidere, pecuniãmque inter ſe partiri. In ſumma autẽ, niſi ex Senatuſcõſulti authoritate vel Cæſaris, Collegium vel quodcũque tale corpus coierit: contra Senatuſconſulta & mandata & cõſtitutiones collegium celebratur. Seruos quoque licet in collegium tenuiorum recipi, volentibus tamen dominis: vt curatores horum corporum ſciant, ne inuito aut ignorante domino in collegium tenuiorem recipiant, & in futurum pœna teneantur in ſingulos homines aureorum centum. MART.

SODALES ſunt, qui eiuſdẽ collegij ſunt: quos græci ἑταιρείαν vocant. His autem poteſtatẽ facit lex pactionẽ, quã velint, ſibi ferre, dũ ne quid ex publica lege corrũpãt. Sed hęc lex videtur ex lege Solonis trãſlata eſſe: nam illic ita eſt. Εαν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ συσσίτοι ἢ ὁμοτάφιοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λέαν ἰκομονοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ἢ τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. CAIVS

DE POPVLARIBVS ACTIONIBVS.

POPVLAREM actionẽ dicimus, quæ ſuum ius populi tuetur. PAVL.

SI PLVRES ſimul agant populari actione, Prætor eligat idoneiorem.

SED, SI EX eadem cauſa ſæpius agatur, cum idem factum ſit: exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur. In popularibus actionibus is, cuius intereſt, præfertur. VLP.

PAVL. POPVLAAIS actio integræ perſonæ permittitur: hoc eſt, cui per edictum poſtulare licet.

QVI POPVLARI actione conuenitur ad defendendum, procuratorem dare poteſt. Is autem, qui eam mouet, procuratorem dare non poteſt.

VLP. MVLIERI & pupillo populares actiones nō dantur: niſi cum ad eos pertineat.

PAVL. POPVLARES actiones non tranſeunt ad eum, cui reſtiuta eſt hæreditas ex Trebelliano SEN. COS. Item, qui habet has actiones, non intelligitur eſſe locupletior.

VLP. OMNES populares actiones neque in hæredes dantur, neque ſupra annum extenduntur.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

N ON OMNIA IVDICIA, IN QVIbus crimen vertitur, publica ſunt: ſed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorũ publicorum veniunt: vt Iulia maieſtatis. Iulia de adulterijs. Cornelia de ſicarijs & veneficis. Pompeia de parricidis. Iulia peculatus. Cornelia de teſtamẽtis. Iulia de vi publica. Iulia de vi priuata. Iulia ambit⁹. Iulia repetũdarũ. Iulia de annona. VLP.

PVBLICORVM iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia ſunt, ex quib⁹ pœna mors aut exiliũ eſt, hoc eſt aquę & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera, nõ exilia, ſed relegationes propriè dicuntur. tunc enim ciuitas retinetur. Nõ capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio pœna eſt. PAVL.

PVBLICA accuſatio, reo vel rea antè defunctis, perimitur. VLP.

INTERDVM euenit, vt præiudicium iudicio publico fiat: ſicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & vi bonorũ raptorũ, & interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamẽti exhibẽdis. Nã in his de re familiari agit̃. PAVL.

IS QVI reus factus eſt, purgare ſe debet: nec antè poteſt accuſare quàm fuerit excuſatus. Cõſtitutionibus enim obſeruatur, vt nõ relatione criminum, ſed innocẽtia reus purgetur. Illud incertũ eſt, vtrũ ita demũ accuſare poteſt, ſi fuerit liberatus, an, & ſi pœnã ſubierit. Eſt enim cõſtitutũ ab Imperatore noſtro & diuo patre eius poſt damnationem accuſationem VLP.

inchoare non poſſe.ſed hoc puto ad eos demum pertinere,qui vel ciuitatem vel libertatem amiſerũt. Inchoatas planè delationes ante damnationẽ, implere eis & poſt damnationem permiſſum eſt.

MART. DEFVNCTO eo,qui reus fuit criminis,eſt poena extincta.In quacũque cauſa criminis extincti debet is cognoſcere,cuius de pecuniaria re eſt cognitio.

MARC. INFAMEM non ex omni crimine ſentẽtia fa» cit;ſed ex eo,quod iudicij publici cauſam habuit.Ita» que ex eo crimine,quod iudicij publici non fuit,dam» natũ infamia nõ ſequitur: niſi id crimẽ ex ea actione» fuit,quæ etiam in priuato iudicio infamiam condem» nato importat:veluti furti,vi bonorum raptorum,& iniuriarum.

PAVL. ORDO exercendorum publicorum iudiciorum capitalium in vſu eſſe deſijt, durante tamen pœna legum,cum extra ordinem crimina probantur.

MARC. SCIENDVM eſt,ſi in capitali cauſa ſuum ſeruum reum crimine factum quis non defenderit, non eum pro derelicto haberi: & ideò,ſi abſolutus fuerit, non liberum fieri,ſed manere domini.

PAP. INTER accuſatorẽ & reum cognitione ſuſcepta,excuſatio pro abſente iuſtis rationibus, admittitur,ne per triduum per ſingulos dies ter citatus reus damnetur,vel de accuſatoris abſentis, præſente reo, calumnia pronuntietur.

MART. SERVVS etiam per procuratorẽ domini æquè ac per dominum defendi poteſt.

MOD. CVSTODIAS auditurus tam clariſſimos viros,quàm patronos cauſarũ, ſi omnes in ciuitate vel in prouincia,quam regit,agunt,adhibere debet.Et feriatis diebus cuſtodias audiri poſſe reſcriptũ eſt;ita,vt innoxios dimittat: & nocentes,qui duriore animad-

uerſione indigent, differat.

ACCVSATORE defũcto, res ab alio, iudicã te Præſide prouinciæ, peragi poteſt. Ad crimen iudicij publici perſequendum fruſtra procurator interuenit: multóque magis ad defendẽdum. Sed excuſationes abſentium ex Senatuſconſulto Iudicibus allegantur: &, ſi iuſtam rationem habent, ſententia differtur. PAP.

GENERI ſeruis à ſocero ueneficij accuſatis, Præſes prouinciæ patrem calumniam intuliſſe pronuntiauerat. Inter infames patrẽ defunctæ non habendum reſpondi: quoniam, & ſi publicum iudiciũ inter liberos de morte filiæ conſtitiſſet, citra periculũ pater vindicaret.

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS.

NON EST PERMISSVM mulieri publico iudicio quenquam reum facere: niſi ſcilicet parentum liberorúmque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve, nepotis neptíſve mortem exequatur. POMP.

CERTIS ex cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: veluti ſi mortem exequantur eorum earúmque, in quos ex lege teſtimonium publicorum iudiciorum inuitæ non dicunt. Idem & in lege Cornelia teſtamẽtaria Senatus ſtatuit. Sed & de teſtamẽto paterni liberti vel materni, mulieribus publico iudicio dicere permiſſum eſt. Pupillis, ex conſilio tutorum, patris mortem: item pupillæ, aui ſui mortẽ exequi conceſſum eſt lege teſtamentaria. Nam de patris PAP.

» quidē teſtamento pupillis agere diuus Veſpaſianus permiſit. Sed, & ſi non exhibeantur tabulę, per interdictum poſſunt experiri.

PAVL. LIBELLORVM inſcriptionis cōceptio talis » eſt, Conſul & dies. Apud illū Prætorē vel Proconſulē L. Titius profeſſus eſt ſe Meuiā lege Iulia de adulterijs ream deferre, quòd dicat eā cum C. Seio in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, COSS. illis adulteriū cōmiſiſſe. Vtique enim & locus deſignādus eſt, in quo adulteriū cōmiſſum eſt, & perſona, cū qua admiſſum » dicitur, & mēſis. Hoc enim lege Iulia publicorū iudi» ciorū cauetur, & generaliter pręcipitur omnibus, qui reum aliquē deferunt. Neque autē diē neque horam inuit⁹ comprehēdet. Quòd, ſi libelli inſcriptionū legitime ordinati nō fuerint, rei nomē aboletur, & ex integro repetēdi reū poteſtas fiet. Itē ſubſcribere debebit is, qui dat libellū, ſe profeſſū eſſe: vel alius pro eo, » ſi literas neſciat. Sed, & ſi aliud crimen obijciat, veluti quod domū ſuā præbuit, vt ſtuprū materfam. pateretur: quòd adulterū deprehenſū dimiſerit: quòd pretiū pro comperto ſtupro acceperit: & ſi quid ſimile: idipſum libellis comprehendendū erit. Si accuſator deceſſerit, aliáve quædā cauſa eū impedierit, quo minus accuſare poſſit, & ſi quid ſimile eſt: nomē rei aboletur poſtulāte reo: idque & lege Iulia de vi & Senatuſcōſulto cautū eſt; ita, vt liceat alij ex integro repetere reum. ſed intra quod tempus, videbimus. & » vtique XXX dies vtiles obſeruandi ſunt.

VLP. QVI iudicio publico dānatus eſt, ius accuſandi » nō habet, niſi liberorū vel patronorū ſuorū mortē eo » iudicio, vel rē ſuā exequatur. Sed & calūnia notatis ius accuſandi ademptū eſt. item ijs, qui cū beſtijs de» pugnādi cauſa in arenā intromiſſi ſunt: quive artē lu-

dicıam vel lenocinium fecerint: quíve prævaricationis calũniǽve cauſa quid feciſſe, iudicio publico pronuntiatus erit: quive ob accuſandũ, negotiúmve cui faciendum, pecuniã accepiſſe iudicatus erit.

SERVOS quoque adulterij poſſe accuſari nulla dubitatio eſt. Sed, qui prohibẽtur adulterij liberos homines accuſare, ijdem ſeruos quoque prohibẽtur. Ex reſcripto diui Marci etiã aduerſ⁹ propriũ ſeruũ accuſationẽ inſtituere domin⁹ poteſt. Poſt hoc igitur reſcriptũ accuſãdi neceſſitas incũbet domino ſeruũ ſuũ. Cæterum iuſtè mulier nupta præſcriptione vtetur.

LEVIA crimina audire & diſcutere de plano Procõſulẽ oportet, & vel liberare eos, quibus obijciũtur, vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis cæſos liberare.

SI CVI crimen obijciatur, præcedere debet in crimine ſubſcriptio. quæ res ad id inuenta eſt, ne facile quis proſiliat ad accuſationẽ: cum ſciat inultã ſibi accuſationẽ nõ futurã. Caueãt itaque ſinguli, quod crimẽ obijciãt, & præterea perſeueraturos ſe in crimine vſque ad ſententiã. Iiſdem criminibus, quibus quis liberat⁹ eſt, nõ debet Præſes pati eundẽ iterũ accuſari. Et ita diuus Pius Saluio Valenti reſcripſit. Sed hoc vtrum ab eodẽ, an nec ab alio accuſari poſſit, videndum eſt. Et putem, quia res inter alios iudicatæ alijs non præiudicãt: ſi is, qui nũc accuſator extitit, ſuũ dolorem perſequatur, doceátque ſe ignoraſſe accuſationẽ ab alio inſtitutã: magna ex cauſa admitti eum ad accuſationẽ debere. Si tamẽ alio crimine poſtuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calũniatus ſit, puto nõ facile admittendum eum, qui ſemel calumniatus ſit: quãuis filium accuſatoris admitti oportere aliã accuſationẽ inſtituentẽ aduerſus eũ, quẽ pater accuſauerat, diuus Pius I. Cãdido reſcripſit. Idem

» Imperator reſcripſit ſeruos ibi puniendos, vbi deli-
quiſſe arguantur: dominúmque eorum, ſi velit eos
defendere, non poſſe reuocare in prouinciam ſuam:
» ſed ibi oportere defendere, vbi deliquerunt. Cũ
ſacrilegium admiſſum eſſet in aliqua prouincia, de-
» inde in alia minus crimen: diuus Pius Pontio Procõ-
» ſuli reſcripſit, poſtquam cognouerit de crimine in ſua
» prouincia admiſſo, vt reum in eam prouinciã remit-
teret, vbi ſacrilegium admiſit.

MARC. QVI ACCVSARE poſſunt, intelligemus, ſi
ſcierimus, qui non poſſunt. Itáque prohibentur accu
» ſare alij propter ſexum, vel ętatem: vt mulier, vel pu-
» pillus. Alij propter ſacramẽtum: vt qui ſtipendia me
» rent. Alij propter magiſtratum, poteſtatémve, in qua
» agentes, ſine fraude in ius euocari non poſſunt. Alij
» propter delictum proprium: vt infames. Alij propter
» turpem quæſtum: vt, qui duo iudicia aduerſus duos
» reos ſubſcripta habent, numóſve ob accuſandum vel
» non accuſandum acceperunt. Alij propter conditio-
nem ſuam: vt filij contra parentes, & liberti contra
patronos.

PAVL. ALII propter ſuſpicionem calumniæ: vt illi, qui
» falſum teſtimonium ſubornati dixerunt.

HERM. NONNVLLI propter paupertatem: vt ſunt,
qui minus, quàm L aureos habent.

MARC. HI TAMEN omnes, ſi ſuam iniuriã exequã-
tur, mortémve propinquorum defendant, ab accuſa
tione non excluduntur. Liberi libertíque non ſunt
prohibendi ſuarum rerum defendendarũ gratia, de
facto parentum patronorúmve queri: veluti ſi dicãt
vi ſe à poſſeſſione ab his expulſos: ſcilicet nõ vt crimẽ
» vis eis intendant, ſed vt poſſeſſionẽ recipiãt. Nam &
» filius nõ quidem prohibitus eſt de facto matris que-

ri, ſi dicat ſuppoſitũ ab ea partũ, quò magis cohære- dem habeat: ſed eam reã lege Cornelia facere, permiſ- » ſum ei non eſt. Ab alio delatum alius deferre non po- teſt: ſed eum, qui abolitione publica vel priuata inter- ueniente, aut deſiſtente accuſatore, ex reis exemptus eſt: alius deferre non prohibetur.

HOS ACCVSARE non licet, Legatũ Impe- VEN. ratoris, id eſt Præſidem prouinciæ, ex ſententia Len- » tuli dicta Sylla & Tyrone COSS. Item legatum pro- » uincialem, eius dũtaxat criminis, quod ante cõmiſe rit, quàm in legationem veniret. Item Magiſtratuũ populi Rom. eũmve, qui Reip. cauſa abfuerit: dum non retractandi leges cauſa abeſt. Hoc beneficio etiã inter eos recepti vti poſſunt, ſi abolitione interueniẽ- te repeti ſe non debere cõtendant: ſecundũ epiſtolã » diui Adriani ad Glabrionem Cõſulem ſcriptam. Le- » ge Iulia iudiciorũ publicorũ cauetur, ne eodem tem- pore de duobus reis quis queratur, niſi ſuarũ iniuria- rum cauſa. Si ſeruus reus poſtulabitur, eadem obſer- uanda ſunt, quæ, ſi liber eſſet: ex Senatuſconſulto » Cotta & Meſſala COSS. Omnibus autem legi- » bus ſerui rei fiunt, excepta lege Iulia de vi priuata: » quia ea lege damnati, partis tertiæ bonorum publica- » tione puniuntur: quæ pœna in ſeruũ nõ cadit. Idém- » que dicẽdũ eſt in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur, vel etiã capitis, quæ ſeruorũ pœnis » nõ conuenit, ſicut relegatio. Item nec lex Pompeia » parricidij: quoniam caput primum eos apprehendit, qui parẽtes cognatóſve aut patronos occiderint: quæ » in ſeruos, quantum ad hæc verba pertinet, nõ cadũt. » Sed, cũ natura cõmunis eſt: ſimiliter & in eos anim- aduertitur. Item Cornelia iniuriarum ſeruum non » debere recipi reum, Cornelius Sylla author fuit: ſed »

durior ei pœna extra ordinem imminebit.

MART. MVLIEREM propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem, audiri à Præfecto anno- » næ deferentem diui Verus & Antoninus reſcripſe- » runt. Famoſi quoque accuſantes, ſine vlla dubitatio- » ne admittuntur. Milites quoque, qui cauſas alienas » deferre non poſſunt, qui pro pace excubant, vel maxi » me ad hanc accuſationem admittẽdi ſunt. Serui quo- que deferentes audiuntur.

PAVL. SENATVS cenſuit, ne quis ob idem crimen » pluribus legibus reus fieret.

VLP. IN EVM, cuius dolo malo hominibus coactis damni quid datum eſſe dicatur, nõ debet cogi actor, omiſſa actione ciuili, crimen intendere.

SI PLVRES exiſtant, qui eundem publici iudicij accuſare volunt, Iudex eligere debet eum, qui accuſet: cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis vel de dignitate, vel ex eo, quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa.

MOD. SI SERVVM dominus in crimine capitali de- » fendat, ſiſtendum ſatiſdato promittere iubetur.

TITIA CVM teſtamentum Caij fratris ſui falſum arguere minaretur, & ſolennia accuſationis non impleuerit intra tempus à Præſide definitum, Præſes prouinciæ iterum pronuntiauit non poſſe illam amplius de falſo teſtamento dicere. aduerſus » quam ſententiam Titia non prouocauit: ſed dixit ſe poſſe poſt finitum tempus, de irrito teſtamento dicere. Quæro, an Titia, quæ non appellauit aduerſus ſententiam Præſidis, poſſit ad falſi accuſationem » poſtea reuerti? Reſpondi, nihil aperte proponi, propter quod aduerſus ſententiæ authoritatem de falſo agens audienda ſit.

DIVI Fratres reſcripſerunt non debere cogi hęredes accuſatorum exequi crimina. Item non oporte re compelli accuſatorem plures reos facere, diuus Adrianus reſcripſit. CALL. » »

EX IVDICIORVM publicorum admiſſis non aliâs tranſeunt aduerſus hæredes poenæ bonorum ademptionis, quâm ſi lis cõteſtata, & cõdemnatio fuerit ſecuta. excepto repetundarum & maieſtatis iudicio: quæ etiam mortuis reis, quibus cũ nihil actũ eſt, adhuc exerceri placuit: vt bona eorum fiſco vendicentur: adeò vt diui Verus & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare aut mutare eũ poſſe. Ex cæteris verò delictis poena incipere ab hærede ita demum poteſt, ſi viuo reo accuſatio mota eſt, licet nõ fuerit condemnatio ſecuta. MOD. »

CAPITIS reus ſuſpenſo crimine cauſam fiſco deferre non prohibetur. PAP.

ALTERIVS prouinciæ reus apud eos accuſatur & condemnatur, apud quos crimen cõtractum oſtenditur. quod etiam in militibus eſſe obſeruandũ, optimi Principes noſtri generaliter reſcripſerunt. »

DE CVSTODIA ET EXHIBITIONE REORVM.

DE CVSTODIA REORVM Proconſul æſtimare ſolet vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem vel pro criminis, quod obijcitur, qualitate, vel propter honorem, vel propter ampliſſimas facultates, VLP.

» vel pro innocẽtia perſonæ, vel pro dignitate eius, qui accuſatur, facere ſolet.

PAP. SI QVIS ſeruus capitali crimine poſtuletur, le» ge Iulia publicorum iudiciorum cauetur, vt ſiſtendũ vel ab extero ſatiſdato promittatur. Quòd, ſi nõ de» fendatur, in vincula publica cõijci iubetur, vt ex vinculis cauſam dicat. Solet itaque tractari, an poſtea domino permittendum ſit oblata ſatiſdatione ſeruum ſuum vinculis liberare. dubitationem auget edictum » Domitiani: quo cautum eſt abolitiones ex Senatuſconſulto factas, ad huiuſmodi ſeruos non pertinere. Nam & ibi lex ipſa prohibet eũ abſolui prius, quàm de eo iudicetur. Sed hæc interpretatio prædura & per nimium ſeuera eſt in eo, cuius dominus abſens fuit, vel qui per inopiam illo momento temporis ſatiſdationem implere non potuit. Neque enim pro indefenſo derelictus rectè dici poteſt, qui dominũ præſentem non habuit: vel habuit paratum defendere, pauperem tamen. Quod vtique facilius admitti poterit, ſi non poſt longum temporis ſpatium hoc deſyderetur. Qui exhibendi ſunt, propter aliam cauſam alterius criminis, quod antè admiſſum eſt, rei non recipiuntur ex Senatuſconſulto. Quod in priuatis quoque cauſis & nominibus ſub fideiuſſore factis obſeruatur: niſi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.

VLP. DIVVS PIVS AD epiſtolam Antiochenſi» um Græcè reſcripſit, non eſſe in vincula conijcien» dum eum, qui fideiuſſores dare paratus ſit: niſi tam graue ſcelus ipſum admiſiſſe conſtet, vt neque fideiuſſoribus, neque militibus committi debeat: verùm hanc ipſam carceris pœnam antè ſupplicium ſuſtinere.

SI QVIS reum criminis, pro quo ſatiſdedit, nõ exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur, puto tamẽ ſi dolo non exhibeat, etiam extra ordinem eſſe damnandum. Sed, ſi neque cautione, neque decreto Præſidis quantitas certa comprehenſa eſt, ac nec conſuetudo oſtenditur, quæ certam formam habeat: Præſes de modo pecuniæ, quam inferri oporteat, ſtatuet.

SI CONFESSVS fuerit re⁹, donec de eo pronuntietur, in vincula publica conijciendus eſt. VEN.

DIVVS Adrianus I. Secundo ita reſcripſit, & » aliâs reſcriptum eſt, non eſſe vtique epiſtolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad Præſidem remiſerũt. Idem & de ærenarchis præceptum eſt: quia nõ » omnes ex fide bona elogia conſcribere compertum eſt. Sed & caput mãdatorum extat, quod diuus Pius, » cum prouinciæ Aſiæ præerat, ſub edicto propoſuit, vt ærenarchæ, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſocijs & receptatoribus: & interrogationes literis incluſas atq; obſignatas, ad cognitionem Magiſtratus mittant. Igitur, qui cũ eo elogio mittuntur, ex integro audiẽdi ſunt, etſi per literas miſſi fuerint, vel etiam per ærenarchas perducti. Sic & diuus » Pius & alij Principes reſcripſerũt, vt etiam de ijs, qui » requirendi annotati ſunt: nõ quaſi pro damnatis, ſed quaſi re integra quæratur, ſi quis erit, qui eũ arguat. Et ideò, cum quis ἀνάκρισιν faceret: iuberi oportet » venire ærenarchã, &, quod ſcripſerit, exequi. Et, ſi diligenter ac fideliter hoc fecerit, collaudandum eum. ſi verò parum prudenter, non exquiſitis argumentis: ſimpliciter denotare, ærenarcham min⁹ retuliſſe. Sed, ſi quid malignè interrogaſſe, aut non dicta retuliſſe pro dictis, eum compererit: vindicet in exemplũ, ne quis alius poſtea tale facere moliatur. MART.

MARC. SOLENT etiam Præſides prouinciarũ, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur, & deſyderare, vt cum perſecutoribus ad ſe remittantur. Et id quibuſdã quoque reſcriptis declaratur.

VEN. DE MILITIBVS ita ſeruatur, vt ad eũ remittantur, ſi quid deliquerint, ſub quo militabãt. Is autem, qui exercitum acceperit, etiã ius animaduer» tendi in milites caligatos habet.

PAVL. CARCERI præpoſitus, ſi pretio corruptus ſi» ne vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum venenúmve » in carcerẽ inferri paſſus eſt: officio Iudicis puniẽdus » eſt: ſi neſcit, ob negligentiã remouẽdus eſt ab officio.

NE QVIS receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat, mãdatis ita cauetur, Si quos ex ijs, qui in carcerib⁹ ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à Magiſtratibus cognoueris, eos vinciri iubebis: & ijs, qui ſoluerint, multã dices. Nam, cum ſcierint tibi quoq; moleſtiæ futurum Magiſtratus, ſi facilè ſoluerint vinctos: non indifferenter de cætero facient.

CELS. NON DVBIVM eſt, quin, cuiuſcunq; prouinciæ eſt homo, qui ex cuſtodia producitur, cognoſcere debeat is, qui ei prouinciæ præeſt, in qua prouincia agitur. Illud à quibuſdam obſeruari ſolet, vt, cũ cogno» uerit & conſtituerit, remittat illum cum elogio ad eũ qui ei prouinciæ præeſt, vnde is homo eſt. Quod quidem ex cauſa faciendum eſt.

CALL. MILITES ſi amiſerint cuſtodias, ipſi in peri» culum adducuntur. Nã diuus Adrianus Statilio Secundo Legato reſcripſit, quoties quis cuſtodiam militum euaſerit, exquiri oportere, vtrum nimia negligẽtia militum euaſerit, an caſu: & vtrum vnus ex pluri» bus, an vnà plures, & ita demum afficiendos ſuppli»

cio milites,quorum cuſtodiam euaſerit, ſi culpa eorũ nimia deprehẽdatur· alioqui pro modo culpæ in eos ſtatuendum eſſe. Saluioquoque Legato Aquitaniæ » ĩdem Princeps reſcripſit, in eum,qui cuſtodiã dimi- » ſit,aut ita ſciẽs habuit,vt poſſet cuſtodiam euadere: animaduertendum.Si tamẽ per vitium aut deſidiam cuſtodis id euenerit,caſtigãdum eum,& in deteriorẽ militiam dandum. Si vero fortuitò id admiſerit, nihil in eum ſtatuẽdum.Si pagani euaſerit cuſtodiam, idem puto exquirendum,quod circa militum perſonas explorandum retuli.

IN EOS,qui,cum recepti eſſent in carcerẽ, cõſpirauerint,vt ruptis vinculis & effracto carcere euadant:amplius,quâm cauſa,ex qua recepti ſunt,repoſcit,conſtituendum eſt. &,quanuis innocentes ex eo crimine inueniantur,propter quod impacti ſunt in » carcerem,tamen puniendi ſunt.Eos verò,qui conſpirationem eorum detexerint,releuandos.

NON EST FACILE tyroni cuſtodia credẽda·Nam ea prodita,is culpę reus eſt,qui eam ei com- » miſerit. Nec vni,ſed duobus cuſtodia committenda eſt.qui,ſi negligentiam commiſerint,pro modo culpæ vel caſtigantur,vel militiam mutant.Quòd,ſi leuis perſona cuſtodiæ fuerit, caſtigati reſtituuntur. Nam,& ſi miſeratione cuſtodiam quis dimiſerit,militiam mutat. Fraudulenter autem ſi fuerit verſatus in dimittenda cuſtodia:vel capite punitur,vel in extremum gradum militiæ datur. Interdum ei venia datur· Nã,quum cuſtodia cum altero cuſtode ſimul fugiſſet,alteri venia data eſt. Sed,ſi cuſtodia ſe interfecerit vel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur, id eſt caſtigabitur.Quòd,ſi ipſe cuſtos cuſtodiam interfecerit vel præcipitauerit,homicidij reus eſt.Ergo,

» ſi caſu cuſtodia defuncta fuiſſe dicatur, teſtationibus id probandum eſt, & ſic venia dabitur. Solet præterea ſi amiſſa culpa cuſtodia eſt: ſi tamen interſit eam apprehẽdi: tempus cauſa cognita militi dari ad eam requirendam, applicato ei alio milite. Quòd, ſi fugitiuum domino reddendum perdiderit: ſi facultates » habeat, domino pretium reddere iuberi Saturninus probat.

AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS.

VLP. PROXIMVM ſacrilegio crimen eſt quod maieſtatis dicitur. Maieſtatis au» tem crimen eſt illud, quod aduerſus » Pop. Ro. vel aduerſus ſecuritatem eius committitur. quo tenetur is, cuius opera, dolo malo conſilium initum erit, quò obſides iniuſſu Principis interciderent. quo armati homines cũ telis lapidibúsve in Vrbe ſint, conueniántve aduerſus Remp. locáve occupẽtur vel templa. quóve cœtus, conuentúſve fiat: hominéſve ad ſeditionẽ conuocentur. cuiúſve opera & conſilio, dolo malo conſiliũ initum fuerit, quo quis Magiſtratus Populi Romani, quíve imperiũ poteſtatémve habeat, occidatur. quóve quis contra Remp. arma ferat. quíve hoſtib9 Pop. Ro. nuntium literásve miſerit, ſignûmve dederit, feceríτve dolo malo, quò hoſtes Pop. Ro. conſilio iuuẽtur aduerſus Remp. quíve milites ſollicitauerit concitaueritve, quo ſeditio tumultúsve aduerſus Rempub. fiat.

QVIVE è prouincia, cum ei ſucceſſum eſſet, nõ deceſſerit. aut qui exercitum deſeruerit. aut priuatus

ad hoſtes profugerit. quíve ſciens falſum conſcripſe- » rit vel recitauerit in tabulis publicis. nam & hoc, ca- » pite primo legis maieſtatis enumeratur.

LEX XII Tabularũ iubet eũ, qui hoſtem con- » MART. citauerit, quíve opem hoſti tradiderit, capite puniri. » Lex autem Iulia maieſtatis præcipit eum, qui maie- » ſtatem publicam læſerit, teneri: qualis eſt ille, qui im- bellis ceſſerit, aut arcem non tenuerit, aut caſtra con- ceſſerit. Eadẽ lege tenetur &, qui iniuſſu Principis bel- » lum geſſerit, delectûmve habuerit, exercitúmve cõ- parauerit. quíve, cum ei in prouincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non tradiderit. quíve imperium exercitúmve Pop. Ro. deſeruerit. quíve priuatus pro poteſtate magiſtratúve quid ſciens dolo malo geſſe- rit. quíve quid eorum, quæ ſupraſcripta ſunt, facere curauerit.

CVIVSQVE dolo malo iureiurando quid a- SCAEV. ctum eſt, quod aduerſus Remp. faciat. cuiúsve dolo malo exercitus Pop. Ro. in inſidias deductus, hoſti- búsve proditus erit. factúmve dolo malo cuius dice- tur, quo minus hoſtes in poteſtatem Po. Ro. veniant: cuiúſve opera dolo malo hoſtes Populi Romani cõ- meatu, armis, telis, equis, pecunia, aliâve aliqua re adiuti erũt: vtve ex amicis, hoſtes Po. Ro. fiãt. cuiúſ- ve dolo malo opera factum erit, quo Rex exterę na- tionis Po. Ro. minus obtemperet: cuiúſve, dolo ma- lo, opera factum erit, quo magis obſides, pecunia, iu- menta, hoſtibus Po. Ro. dentur aduerſus Remp. itẽ qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vin- cula coniectum, emiſerit. Hoc crimine liberatus eſt » à Senatu, qui ſtatuas Imperatoris reprobatas con- » flauerit.

NON CONTRAHIT crimẽ maieſtatis, qui MART.

» ſtatuas Cæſaris vetuſtate corruptas reficit. Nec qui la
» pide iactato incerto, fortuito ſtatuā attigerit: crimen
» maieſtatis cōmiſit. & ita Verus & Antoninus I. Caſ-
» ſio reſcripſerunt. Iidem Pompeio reſcripſerunt nō vi-
» deri contra maieſtatē fieri, ob imagines Cæſaris non
dum conſecratas, venditas.

VENV. QVI STATVAS aut imagines Imperatoris
» iam cōſecratas conflauerint, aliúdve quid ſimile ad-
» miſerint: lège Iulia maieſtatis tenentur.

MOD. FAMOSI, qui ius accuſandi nō habent, ſine vl-
la dubitatione admittuntur ad hanc accuſationē. ſed
& milites, qui cauſas alias defendere nō poſſunt. Nā,
» qui pro pace excubant, magis magíſque ad hanc ac-
» cuſationem admittendi ſunt. Serui quoque deferētes
» audiuntur, & quidem dominos ſuos, & liberti patro
nos. Hoc tamen crimen à Iudicibus non in occaſio-
ne, ob Principalis maieſtatis venerationem, haben-
» dum eſt: ſed in veritate rei. Nam & perſona ſpectan-
» da eſt, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, &
an cogitauerit, & an ſanæ mentis fuerit? Nec lubri-
cum linguæ, ad pœnam facilè trahendum eſt. quan-
» quam enim temerarij digni pœna ſint, vt inſanis ta-
» men illis parcendum eſt, ſi non tale ſit delictum.
quod vel ex ſcriptura legis deſcendit, vel ad exemplū
legis vindicandum eſt. Crimine maieſtatis facto vio-
latis vel ſtatuis vel imaginibus, maxime exacerbatur
in milites.

PAP. IN QVAESTIONIBVS læſæ maieſtatis e-
» tiam mulieres audiuntur. Cōiurationem denique L.
» Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tulliū COS.
» in iudicium eius inſtruxit.

HERM. EORVM, qui maieſtatis crimine damnati ſunt,
» libertorum bona, liberis damnatorū cōſeruari diuus

Seuerus decreuit:& tunc demũ fiſco vendicari,ſi nemo damnati liberorum exiſtat.

MAIESTATIS crimine accuſari poteſt,cui⁹ ope conſilio dolo malo prouincia vel ciuitas hoſtibus prodita eſt.

IS, QVI in reatu decedit, integri ſtat⁹ decedit· VLP.
Extinguitur enim crimen mortalitate: niſi quis forte maieſtatis crimine reus fuerit· nam,niſi hoc crimẽ »
à ſucceſſoribus purgetur, hæreditas fiſco vendicatur. »
Planè non,quiſquis legis Iuliæ maieſtatis reus eſt, in
eadem conditione eſt:ſed,qui perduellionis reus eſt, »
hoſtili animo aduerſus Remp.vel Principem animatus. »
Cæterum,ſiquis ex alia cauſa legis Iuliæ maieſtatis reus ſit:morte,crimine liberatur. »

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS ET STVPRO.

HAEC LEX LATA EST à diuo Auguſto. VLP.

EX LEGE Iulia ſeruatur,vt,cui neceſſe eſt ab adulterio incipere, quia mulier ante denuntiationem nupſit: non aliâs ad mulierem poſſit peruenire,niſi reũ peregerit.Peregiſſe autem non aliâs quis videtur,niſi & »
condẽnauerit.Marito iure mariti accuſanti,illa præſcriptio obijcitur.Si nõ legẽ prodidiſſe dicatur,ob hoc, quòd aggreſſus accuſationẽ adulterij, accuſare deſtitit.Lenocinij quidem crimini lege Iulia de adulterijs »
præſcriptum eſt :cũ ſit eadem in eum maritũ pœna »
ſtatuta, qui de adulterio vxoris ſuæ quid acceperit: »
item in eum,qui in adulterio deprehẽſam retinuerit. »

TTT.iiij.

Cæterum, qui patitur vxorem ſuam delinquere, ma»
» trimoniúmque ſuum contemnit: quique contamina»
» tione non indignatur: pœna adulterij in eum infligi»
tur. Qui hoc dicit, lenocinio mariti ſe feciſſe: releuare quidem vult crimen ſuum: ſed non eſt huiuſmodi cõ pēſatio admiſſa. Ideo, ſi maritum velit reus adulterij, lenocinij reum facere, ſemel delatus, non audietur.

Si publico iudicio maritus ſuam vxorem ream faciat: an lenocinij allegatio repellat maritum ab ac»
» cuſatione? Et putem nõ repellere. Lenocinium igitur
» mariti ipſum onerat: nõ mulierē excuſat. Vnde quæ»
ri poteſt, an is, qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in
» maritum ob lenocinium poſſit. Et puto poſſe. Nã Cl.
» Gorgonius vir clariſſ. vxorem accuſans, cum detect9 eſſet vxorem in adulterio deprehenſam retinuiſſe:
» etiam ſine accuſatore lenocinij damnatus eſt à diuo Seuero. Extraneus autem nequaquam lenocinium obijciens poſtea, quàm reus factus eſt criminis, ſe releuabit, nec maritum pœnæ ſubijciet. Si ſimul ad accuſationem veniant maritus & pater mulieris: quē præferri oporteat, quæritur? Et magis eſt, vt ma»
» ritus præferatur. Nam & propenſiore iure, & maio»
» re dolore executurum eum accuſationem credendũ
» eſt: in tantum, vt etiam, ſi pater præuenerit, & libellos inſcriptionum depoſuerit, marito non negligente nec retardante, ſed accuſationem parante, & probationibus inſtante atque imminente, vt facilius iudicantibus de adulterio probetur: idem ſit dicēdum. Sed, & quoties alij, qui poſt maritum & patrem accuſare poſſunt, ad accuſandum proſilierint: lege expreſſum eſt, vt is, cuius de ea re notio eſt, de iuſto accuſatore conſtituat.

NISI igitur pater maritum infamem aut ar»

guat, aut doceat colludere magis cũ vxore, quàm ex animo accuſare: poſtponetur marito.

SI MARITVS præuenerit, accuſaréque inſtituerit: tempora non cedunt patri: quia accuſationẽ inſtituere non poteſt. ſic tamen, vt, quoad vnus occupet, vtrique tempora cedant. vbi verò maritus occupauit: reſidua tempora ei, qui occupare non poteſt, non cedant. quod & in eo dici poteſt, qui ab adultero vel ab adultera cœpit. Nam aduerſus eum, aduerſus quem non cœperit, deſinunt ei tempora cedere. Hæc in maritis & patribus dicta ſint. Extraneis autem, qui accuſare poſſunt, accuſandi facultas poſt maritum & pátrem cõceditur. Nam & poſt ſexaginta vtiles dies, quatuor mẽſes extraneis dantur, & ipſi vtiles. Si antè extraneus inſtituerit accuſationem, an ſuperuenienti marito permittatur accuſatio, quæritur? Et magis arbitror hoc quoque caſu maritum audiendum, ſi » non negligentia præuentus eſt. Et ideò, ſi accuſatione inſtituta, abſoluta ſit mulier extraneo accuſante: ta» men marito debet permitti inſtaurare accuſationẽ, » ſi idoneas cauſas allegare poſſit, quibus impeditus nõ » inſtituit actionem.

NVPTAM mihi, adulterij ream poſtulari poſſe in priore matrimonio commiſſi, dubium non eſt: IVL. cum aperte lege Iulia de adulterijs coercendis caueatur, vt, ſi quidem vidua ſit, de cuius adulterio agitur: accuſator liberum arbitrium habeat, adulterum, an adulteram prius accuſare malit. ſi verò nupta ſit, vt prius adulterum peragat, & tunc mulierem.

INTER liberas tantum perſonas adulterium PAP. ſtuprúm ve paſſas, lex Iulia locum habet. Quod autẽ » ad ſeruas pertinet, & legis Aquiliæ actio facilè tene» bit, & iniuriarum quoque competet: nec erit dene-

ganda Prætoria quoque actio de ſeruo corrupto:nec
propter actiones plures parcendum erit in huiuſmo
» di crimine reo. Lex Iulia ſtuprum & adulteriũ pro-
» miſcue & καταχρηστικῶς φθορὰν appellat. Sed pro-
» priè adulterium in nuptam cõmittitur, propter par-
» tum ex altero cõceptum, compoſito nomine. ſtuprũ
» verò in virginem viduámve committitur: quod Græ
» ci φθορὰν appellant. Filiusfamiliâs igitur mari-
tus, ab eo, qui ſui iuris eſt, in ea lege nõ ſperatur. Di-
» uus quoque Adrianus Roſiano Gemino reſcripſit,
& inuito patre filium hac lege reſi facere poſſe. Ma-
rit⁹, & ſi duos reos ex alio crimine habeat, poterit iu
re viri tertium accuſare: quoniam ea cauſa non cedit
in numerum cæterarum accuſationum.

MARC. QVI PVPILLAM ſuam duxit vxorem cõ
» tra Senatusconſultum, nec matrimonium hoc eſt, &
» poteſt adulterij accuſari, qui tutor vel curator fuerit,
» & intra XXVI annum duxerit vxorem non à pa-
» tre deſponſatam vel deſtinatam vel teſtamento de-
» nominatam. In lib. II de adulterijs Papiniani
» Martian⁹ notat, Inceſti commune aduerſus duos ſi-
mul intentari poteſt.

PAP. QVI domũ ſuã prębuerit, vt ſtuprũ adulteriũm
» ve cũ aliena matrefamiliâs vel cũ maſculo fieret, ſci-
» ens: vel quæſtũ ex adulterio vxoris ſuæ fecerit: cuiuſ-
» cunq; ſit cõditionis, quaſi adulter punitur. Appella-
» tione domus habitationẽ quãq; ſignificari palàm eſt.

VLP. ET ſi amicis quis domũ prębuiſſet, tenetur. Sed
& ſiquis in agro ſuo alienóve ſtuprũ fieri prębuiſſet,
cõprehẽdi debet. Sed, & ſi in domũ aliquã ſoliti fue-
rint cõuenire ad tractandũ de adulterio: etſi eo loco
nihil admiſſum fuerit: verũtamen videtur is domum
ſuã, vt ſtuprũ adulteriũmve cõmitteretur, præbuiſſe-

quia ſine colloquio illo adulterium nõ cõmitteretur.

MATER autem familiâs ſignificatur nõ tantũ nupta, ſed etiam vidua. Mulier quoq; hoc capite legis, quòd domum ſuam præbuerit, vel pro comperto ſtupro aliquid acceperit, tenetur. Mulier, quæ euitandę pœnæ adulterij gratia lenociniũ fecerit, aut operas ſuas in ſcenã locauerit: adulterij accuſari damnarique ex Senatuſconſulto poteſt. PAP.

MILES, qui cũ adultero vxoris ſuæ pactus eſt, ſolui ſacramẽto, deportariq; debet. Militẽ, qui ſororis filiã in cõtubernio habuerit, licet nõ in matrimoniũ; adulterij pœna teneri, rectius dicetur. Ea, quæ inter reas adulterij recepta eſt, abſens defendi nõ poteſt.

Socer, cũ nurum adulterij accuſaturum ſe libellis Præſidi datis teſtatus fuiſſet, maluit ab accuſatione deſiſtere, & lucrũ ex dote magis petere. Quęritur, an huiuſmodi commentum eius admitti exiſtimemus? Reſpõdi, Turpiſſimo exẽplo is, qui nurũ ſuã accuſare inſtituiſſet, poſtea deſiſtere maluit, cõtentus lucrũ ex dote retinere, tãquã culpa mulieris dirẽpto matrimonio. Quare nõ inique repellitur, qui cõmodũ dotis, vindictę dom⁹ ſuæ pręponere nõ erubuit. Adulterij reũ intra V annos continuos à die criminis admiſſi, defuncta quoq; muliere poſtulari poſſe, palàm eſt. Quidam accuſare volebat adulterij mulierẽ: & poſtulabat, ne ſibi computarentur dies, quos in cuſtodia fuiſſet. me autẽ hoc admittente, extitit, qui mihi contradiceret: cuius opinionẽ an tu probes, rogo maturius mihi ſcribas. Reſpondi, Opinionẽ quidem tuã & verba legis & ſentẽtia adiuuãt, cui placuit vtiles dies accuſatori cõputãdos eſſe, id eſt, quibus potuit accuſationis ſolẽnia implere. Quare ſine dubio dies, quib⁹ quis in cuſtodia fuerit, extra cõputationẽ

vtilium dierum exiſtimanti tibi conſtitutos, cōtradi-
» ci nō debuit. Sexaginta dies, qui marito accuſanti vti-
» les computantur: feriatis quoque diebus (ſi modo fa-
cultatem Præſidis adeūdi accuſator habuerit) nume-
rari certum eſt: quoniam de plano quoq; libellus da-
ri poteſt. Quod priuilegium ſi amiſerit, non prohibe-
» tur intra alios quatuor mēſes querelam ſuam apud
Iudicem deferre. Quærebatur, an iure mariti poſſet
accuſare vir eam fœminam, quæ, cum ei deſponſata
fuiſſet, alij in matrimonium à patre tradita fuiſſet.
» Reſpōdi, Nouam rem inſtituere huiuſmodi accuſa-
torem exiſtimo, qui adulterij crimen obijcere deſy-
derat propter hoc tantum, quòd priori ſibi deſpōſa-
ta puella à patre in matrimonium alij fuerit tradita.
Defuncto marito, adulterij rea mulier poſtulatur:
quæ propter impuberem filium vult dilationem ab
» accuſatore impetrare. an debeat audiri? Reſpondi,
» Non videtur mihi confugere ea mulier ad iuſtā de-
» fenſionem, quæ ætatem filij prætendit ad eludendā
legitimam accuſationem. Nam non vtique crimē a-
dulterij, quod mulieri obijcitur, infanti prẹiudicat: cū
poſſit & illa adultera eſſe, & impubes defunctū pa-
trem habuiſſe. Volenti mihi ream adulterij po-
ſtulare eam, quæ poſt commiſſum adulterium in eo-
dem matrimonio perſeuerauerat, contradictum eſt.
» Quæro an iuſte reſponſum ſit? Reſpondi, Ignorare
non debuiſti durante eo matrimonio, in quo adulte-
rium dicitur eſſe commiſſum, nō poſſe mulierem reā
adulterij fieri, ſed nec adulterū interim accuſari poſ-
ſe. Licet mulier ei, qui in ſuſpicionem adulterij
» incidit, nupſiſſe dicatur: non antè accuſari poterit,
» quàm adulter fuerit conuictus. Alioqui ad hoc ma-
xime viri confugerent, volentes bene concordatum

ſequens matrimonium dirimere, vt dicãt cum adulatero mulierem nuptias contraxiſſe. Mulier cum abſentem virum audiſſet vita functum eſſe, alij ſe iũxit mox maritus reuerſus eſt. Quæro quid aduerſus eam mulierem ſtatuendum ſit? Reſpondi tam iuris quàm facti quæſtionem moueri. Nam, ſi longo tempore tranſacto ſine vllius ſtupri probatione, falſis rumoribus inducta, quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nuptijs ſecũdis iũcta eſt: quòd veriſimile eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri poteſt. Quòd, ſi ficta mariti mors argumentum faciendis nuptijs probabitur præſtitiſſe: quũ hoc facto pudicitia laboret, vindicari debet pro admiſſi criminis qualitate. Ream adulterij vxorem duxi: eã dãnatã mox repudiaui. Quæro, an cauſam diſſidij præſtitiſſe videar? Reſpondi, Cũ per legem Iuliam huiuſmodi vxorem retinere prohibearis: non videri cauſam te diſſidij præſtitiſſe palàm eſt. Quare ita ius tractabitur, quaſi culpa mulieris facto diuortio.

HAEC VERBA legis, Ne quis poſthac ſtuprũ adulterium facito ſciens dolo malo. & ad eũ, qui ſuaſit, & ad eum, qui ſtuprum vel adulterium intulit, pertinent. VLP.

SI VXOR non fuerit in adulterio, concubina tamen fuerit: iure quidem mariti accuſare eã nõ poterit, quæ vxor non fuerit: iure tamen extranei accuſationem inſtituere non prohibetur: ſi modo ea ſit quæ in cõcubinatum ſe dando, matronæ nomen nõ amiſit: vtputa quæ patroni concubina fuit. Planè, ſiue iuſta vxor fuerit, ſiue iniuſta, accuſationem inſtituere vir poteſt. Nã, vt Sextus Cęcilius ait, hęc lex ad omnia matrimonia ptinẽt. & illud Homericũ affert, Neque enim ſoli, inquit, Atridæ vxores ſuas amãt.

ἢ μοῦνοι φιλέους ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων ἀτρεΐδαι.
Sed & in ea vxore poteſt maritus adulterium vindi-
» care,quæ vulgaris fuerit:quanuis,ſi vidua eſſet,impu
» ne in eam ſtuprum committeretur. Diuus Verus &
Antoninus reſcripſerunt etiam in ſpõſam hoc idem
vindicandum: quia neque matrimonium qualecun-
que,neq; ſpem matrimonij violare permittitur. Sed
ſi ea ſit mulier, cum qua inceſtum cõmiſſum eſt: vel
ea,quæ,quanuis vxoris animo haberetur,vxor tamẽ
» eſſe non poteſt:dicendum eſt iure mariti accuſari eã
» non poſſe: iure extranei poſſe. Iudex adulterij ante
» oculos habere debet & inquirere,an maritus pudicè
» viuens mulieri quoque bonos mores colendi author
» fuerit·Periniquum enim videtur eſſe,vt pudicitiam
» vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat. Quæ
» res etiam poteſt virum damnare: non rem,ob com-
» penſationem mutui criminis,inter vtroſque commu
nicare. Siquis vxorem ſuam velit accuſare, dicâtque
eam adulterium cõmiſiſſe antè,quâm ſibi nuberet:
» iure mariti accuſationem inſtituere nõ poterit: quia
» non,cum ei nupta eſt,adulterium cõmiſit. Quod &
in concubina dici poteſt,quam vxorẽ quis poſtea ha
buit:vel in filiafamiliâs,cuius cõiunctioni pater poſt-
ea conſenſit.Siquis planè vxorem ſuam,cũ apud ho-
ſtes eſſet,adulterium commiſiſſe arguat:benignius di-
» cetur poſſe eam accuſare iure viri: ſed ita demum a-
» dulterium maritus vindicabit, ſi vim hoſtium paſſa
non eſſet·cæterum,quæ vim patitur,nõ eſt in ea cau
ſa,vt adulterij vel ſtupri damnetur. Si minor XII
» annis in domum deducta, adulterium commiſerit:
» mox apud eũ ætatẽ exceſſerit,cœperítque eſſe vxor:
» non poterit iure viri accuſari ex eo adulterio,quod

in minori ætate antè, quàm nupta eſſet, cōmiſit: ſed »
vel quaſi ſponſa poterit accuſari ex reſcripto Diui Se »
ueri, quod ſuprà relatum eſt. Sed, & ſiqua repudia-
ta, mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio
durante, ſed quaſi alio interpoſito: videndum eſt, an
ex delicto, quod in priore matrimonio admiſit, accu-
ſari poſſit. Et puto non poſſe. Aboleuit enim prioris »
matrimonij delicta, reducendo eā. Idem dicēdū eſt, ſi »
ſtupri velit accuſare eā, quam poſtea duxit vxorem. »
Sero enī accuſat mores, quos vxorē ducēdo ꝓbauerit. »

IS, CVIVS OPE & cōſilio, dolo malo, factū SCAEV.
eſt, vt vir fœminàve in adulterio deprehēſi, pecunia,
aliâve qua pactione ſe redimerent: eadem pœna dā- »
nantur, quæ conſtituta eſt in eos, qui lenocinij dam- »
nantur. Si vir infamandæ vxoris ſuæ cauſa adulterū
ſubiecerit, vt ipſe deprehenderet: & mulier & vir a- »
dulterij crimine tenentur. Ex Senatuſconſulto de ea »
re facto, marito primùm vel patri eam filiam, quam
in poteſtate habet, intra dies ſexaginta diuortij accu »
ſare permittitur: nec vlli alij intra id tempus agen- »
di poteſtas datur. vltra eos dies neutrius volūtas ex- »
pectatur. Iure mariti qui accuſant, calumniæ pericu- »
lum non euitant.

SI MARITVS ſit in magiſtratu, poteſt prçue VLP.
niri à patre. atqui nō oportet. Et putat Pōp. debere »
dici, quoad maritus magiſtratum gerit, patris quoq;
accuſationē impediendam: ne ſurripiatur marito ius,
quod cum eo æquale habet. Igitur nō cedēt ſexagin
ta dies patri, cū accuſare non poteſt. Legis Iuliȩ
de adulterijs capite VII ita cauetur, Ne quis inter »
reos referat eum, qui tunc ſine detrectatione, Reip.
cauſa aberit. Neque enim æquum viſum eſt abſen-
tes Reipub. cauſa, inter reos referri, dū Reipub. ope-

rantur. Neceſſario dicitur ſine detrectatione. Cæterũ, ſiquis, euitandi criminis ſui cauſa, id egerit, vt Reip. cauſa abeſſet: nihil illi commentum hoc proficiet. Quòd ſi quis præſens ſit, vice tamen abſentis habetur, vtputa, qui in villis vel vrbanis caſtris militat: dicendum eſt deferri hunc poſſe. Neque enim laborare habet vt ſe repræſentet. Et generaliter dicendum eſt eorum demum abſentiam excuſatam eſſe, qui in alia prouincia Reipub. cauſa abſunt, quàm in ea, in qua deferũtur. Proinde, ſiquis in ea prouincia, in qua agit, adulterium cõmiſerit: vindicari & accuſari poterit: niſi ſit ea perſona, quæ ad Præſidis cognitionẽ non pertinet. Si negauerint ſe pater & maritus accuſaturos intra diem ſexageſimum: an ſtatim incipiant ipſa tempora extraneo cedere? Et primum Pomponius putat admitti ad accuſationem extraneũ poſſe ſtatim, atque negauerit. cui aſſentiẽdum puto. Fortius enim dicitur eum, qui ſe negauerit acturũ, poſtea non audiendum. Lex Iulia de adulterijs ſpecialiter quoſdam adulterij accuſare prohibet: vt minores annis XXV. Nec enim viſus eſt idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ ætatis eſt. Quod ita verum eſt, ſi non matrimonij ſui iniuriam exequatur. Cæterum, ſi ſuum matrimonium vindicare velit: quanuis iure extranei ad accuſationem veniat, tamen audietur. Nec enim vlla præſcriptio obijcitur ſuam iniuriã vindicanti. Sanè, ſi iuuenili facilitate ductus, vel etiã feruore ætatis accenſus ad accuſationem proſilijt: accuſanti ei non facilè calũniæ pœna irrogabitur. Minorem XXV annis etiam eum accipimus, qui annum vigeſimumquintum ætatis agit. Præſcriptiones, quæ obijci ſolent accuſantibus adulterij, ante ſolẽt tractari, quàm quis inter reos recipiatur. Cæterum, poſtea

quàm ſemel receptus eſt, nõ poteſt præſcriptionẽ obijcere. Si in viduitate mulier perſeuerat: in accuſatoris eſt arbitrio, à quo velit incipere, vtrũ ab adultero, an ab adultera. Si quis adulterũ & adulterã ſimul detulerit, nihil agit: poteritque, quaſi neutrum detulerit, rurſus, à quo velit, initium facere: quia nihil prima delatione agit.

QVI VXORI repudium miſerit, poteſt denũtiare, ne Seio nubat. & ſi denuntiauerit, & ab ea incipere poteſt.

DENVNTIASSE qualiter accipiamus? vtrũ ad Iudicem? an verò ſimpliciter? Ego, & ſi non denũtiauit ad Iudicem: ſufficere credo, ſi adulterij ſe acturum denuntiauerit. Quid ergo, ſi non quidem denuntiauerit, verũ libellos accuſatorios dederit antè, quàm nuberet: eáque, cum id cognouiſſet, nupſit, vel ignorans? Puto non videri ei denuntiatum: & idcirco non poſſe accuſatorem ab ea incipere. Quid ergò, ſi tantũ denuntiauit, ne nuberet, ſed nõ addidit, quare? num rectè nupſiſſe videatur? Sed melius eſt illud ſequi, vt eius denuntiatio videatur electionem accuſatori reſeruare, qui crimen denuntiauit. Omnino igitur, ſi fecerit adulterij criminis commemorationem in denũtiatione, etſi Iudicem non monſtrauerit: magis putamus mulierem, quaſi denuntiatio præceſſerit, poſſe accuſari. Quid tamen ſi ſpecialiter eũ, cum quo adulterium fecerit, denuntiatione cõplexus eſt? mox velit eam ex alterius perſona accuſare? Magis eſt, vt non debeat audiri: neque enim crimen, quod denũtiauit, obijcit. Sed, & ſi per procuratorem denũtiauerit, puto poſſe eum, ſi velit, accuſationem inſtituere: ſufficeréque procuratoris denũtiationẽ. Ergo, & ſi per actorem denũtiauerit, id eſt, per ſeruum dominus denũ-

tiauerit:rata erit denuntiatio. Quæritur,an alius adulterum poſtulare poſſit?vt,quãuis ab eodem ambo ſimul poſtulari non poſſint, à diuerſis tamen ſinguli poſſint.Sed non abs re eſt hoc probare,diuerſos accuſatores admitti poſſe:dum, ſi ante denuntiationẽ nupſerit,prior mulier accuſari nõ poſſit. Expectabit igitur mulier ſentẽtiam de adultero latam. Si abſolutus fuerit,mulier per eũ vincet,nec vltra accuſari poteſt.ſi condemnatus fuerit: mulier per eum nõ eſt condemnata,ſed aget cauſam ſuã,vt fortaſſis obtinere vel gratia vel iuſtitia vel legis auxilio poſſit. Quid enim,ſi adulter inimicitijs oppreſſus eſt? vel falſis argumẽtis,teſtibúſque ſubornatis apud Præſidem grauatus, qui aut noluit,aut non potuit prouocare?mulier verò iudicem religioſum ſortita,pudicitiam ſuam defendat?Sed,& ſi antè,quàm condemnetur,

MARC. VEL antè,quàm cum eo agi potuerit,

VLP. ADVLTER diem ſuum obierit: conſtitutum
» eſt etiam mortuo adultero,ſine præſcriptione mulierem poſſe accuſari.Sed,& ſi non mors, ſed pœna alia reum ſubtraxerit,adhuc dicemus poſſe mulierem cõueniri.Si eo tẽpore,quo eligebatur reus, adultera nupta non fuerit:quo autem abſoluatur,nupta inuenitur:dicẽdum eſt hanc abſoluto quoque adultero poſſe accuſari:quia eo tempore,quo adulter eligebatur, nupta non fuerit.Nupta non poteſt accuſari,nõ tan-
» tum ab eo,qui adulterum accuſauit,nec obtinuit,ſed
» nec ab alio quidem, ſi adulter abſolutus eſt. Proinde, ſi per colluſionem cum adultero conſtiterit,fueritque abſolutus:dedit mulieri nuptæ aduerſus omnes ſecuritatem.Planè,ſi nupta eſſe deſierit,accuſari poterit:
» neque enim aliam lex tuetur, quàm eam,quæ nupta
» eſt,quandiu nupta erit.

PATRI datur ius occidendi adulterum ſimul ,, POMP.
cũ filia, quam in poteſtate habet. Itaque nemo alius ,,
ex parẽtibus idem iure faciet: ſed nec filiuſfam. pater.

SIC EVENIET, vt nec pater nec auus poſ- VLP.
ſint occidere: nec immeritò: in ſua enim poteſtate nõ ,,
videtur habere, qui non eſt ſuæ poteſtatis.

NEC IN ea lege naturalis pater ab adoptiuo PAP.
ſeparatur. In accuſatione viduæ filiæ non habet pater
ius præcipuum. Ius occidendi patri cõceditur domui ,,
ſuæ, licet ibi filia non habitet: vel in domo generi. Sed ,,
domus & pro domicilio accipiẽda eſt, vt in lege Cor- ,,
nelia de iniurijs. Sed, qui occidere poteſt adulterum,
multò magis contumelia poterit eum iure afficere.
Ideò autem patri non marito mulierem & omnem
adulterum permiſſum eſt occidere, quòd plerunque
pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: cæ
terum mariti & calor & impetus facilè ſæuientis fuit ,,
refrenandus.

QVOD ait lex, Cum filia adulterum deprehen- ,, VLP.
derit: non ocioſum videtur. Voluit enim ita demum
hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitu-
dine filiam deprehẽdat. Labeo quoque ita probat. & ,,
Põponius ſcribit in ipſis rebus Veneris deprehẽſum ,,
occidi. Et hoc eſt, quod Solon & Draco dicũt ἄρθρα ,,
ἐν ἄρθροις ἔχοντα. Sufficit patri, ſi eo tempore ha- ,,
beat in poteſtate, quo occidit: non, quo in matrimo-
nium collocauit. Finge enim poſtea redactam in pote-
ſtatem. Quare non, vbicunque deprehenderit pater, ,,
permittitur ei occidere, ſed domui ſuæ, generiſve ſui ,,
tantum. Illa ratio redditur, quia maiorem iniuriam ,,
putauit legiſlator, quòd in domum patris aut mariti ,,
auſa fuerit filia adulterum inducere. Sed, ſi pater alibi
habitet, habeat autẽ & aliã domũ, in qua nõ habitet:

» deprehenſam illic filiam, vbi nõ habitat, occidere nõ » poterit. Quod ait lex Iulia, Incontinenti filiam occidat. ſic erit accipiendum, ne, occiſo hodie adultero, reſeruet, & poſt diem filiam occidat, vel contrà: debet enim propè vno ictu & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduerſus vtrũque ſumpta. Quòd, ſi non affectauit, ſed, dum adulterum occidit, profugit filia, & interpoſitis horis apprehẽſa eſt à patre, qui » perſequebatur: incontinenti videbitur occidiſſe.

MART. MARITO quoque adulterum vxoris ſuæ occi» dere permittitur, ſed non quenlibet, vt patri. Nã hac » lege cauetur, vt liceat viro deprehenſum domui ſuæ, » non etiam ſoceri, in adulterio vxoris ſuæ, occidere eũ, » qui leno fuerit: qui artem ludicram fecerit, aut in ſce» nã ſaltandi cantandíve cauſa prodierit: iudicióve pu» blico damnatus neque in integrũ reſtitutus erit: quíve libertus eius mariti, vxorísve, patris, matris, filij, filiæ vtriuſque eorum fuerit. nec intereſt, proprius cuius eorum, an cum alio cõmunis fuerit. quíve ſeruus erit. Et præcipitur, vt is maritus, qui horum quẽ occiderit, vxorem ſine mora dimittat. Cæterum ſui iuris, an filiuſfamiliâs ſit marit9, nihil intereſſe, à pleriſque dictum eſt. Illud in vtroque ex ſententia legis quæritur, an patri Magiſtratum occidere liceat? item ſi filia ignominioſa ſit, aut vxor cõtra leges nupta, an id ius nihilominus pater maritúsve habeat? & quid ſi pater maritúsve, leno, vel aliqua ignominia notatus eſt? Et rectius dicetur eos ius occidendi habere, qui iure patris maritíve accuſare poſſunt.

VLP. CAPITE V legis Iuliæ ita cauetur, vt viro adulterum cũ vxore ſua deprehẽſum, quẽ aut nolit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas no» cturnáſque continuas non plus quàm viginti, teſtan-

dæ eius rei cauſa, vt vti ſine fraude ſuo iure poſſit, li» ceat. Ego arbitror etiam in patre id ſeruādum, quod » in marito expreſſum eſt. Sed, & ſi nō in domo ſua de» prehenderit maritus, poterit retinere. Sed ſemel re» » miſſus adulter reduci non poteſt. Quid ergo, ſi euaſe» » rit? an reductus cuſtodiri viginti horis poſſit? Et pu» » tem, hæc magis dicendum reductū retineri poſſe te» » ſtandæ eius rei gratia. Quod adijcitur, Teſtādæ eius rei gratia. ad hoc pertinet, vt teſtes inducat teſtimo» nio futuros accuſatori deprehēſum reū in adulterio.

CONSTANTE matrimonio, ab eo, qui extra maritum ad accuſationē admittitur, accuſari mulier » adulterij non poteſt. Probatam enim à marito vxorē, » & quieſcens matrimonium non debet alius turbare » atque inquietare, niſi prius lenocinij maritum accu» » ſauerit. Derelictam verò à marito accuſationē, etiam » ab alio exerceri vtile eſt.

SI POSTVLAVERIT accuſator, vt quæ» ſtio habeatur de ſeruo adulterij accuſati: ſiue adeſſe dominus voluerit, ſiue intereſſe noluerit: iubent Iudi» ces eum ſeruum æſtimari: &, vbi æſtimauerint, tātam pecuniam adulterum, quantam eū, qui nomē eius ſer » ui detulerit, ei, ad quē ea res pertinet, dare iubebunt. Sed diſpiciamus, cui iſta pœna præſtanda ſit: quia lex eum nominauit, ad quem ea res pertinebit. Igitur bo næ fidei emptorē, quāuis ab eo emerit, qui dominus non eſt, rectè dicemus eum eſſe, ad quem ea res per» tinet. Eū quoque, qui pignori acceperit, magis admit» timus in eadem cauſa eſſe: ſcilicet quia intererat eius, quæſtionem non haberi. Sed, & ſi vſuſfructus in ſer» uo alien⁹ ſit: inter dominū & fructuariū diuidi debet æſtimatio. Et ſi cōmunis plurium erit ſeruus, vtique inter eos quoque erit æſtimatio diuidēda. Si liber ho»

mo, dum ſeruus exiſtimatur, tortus ſit, quia & ipſe cõ
» ditionem ſuã ignoret: magis admittit Cæcilius actio-
nem vtilem ipſi dandam aduerſus eum, qui per calũ-
niam appetit: ne impunita ſit calumnia eius, ob hoc
quòd liberum hominem quaſi ſeruum deduxerit in
» quæſtionem. Haberi quæſtionẽ lex Iulia iubet de ſer-
» uis ancillisve eius, de quo vel de qua quæritur, paren-
tisve vtriuſque eorum, ſi ea mãcipia ad vſum ei à pa-
» rentibus data ſint. Diuus autem Adrianus Cor. La-
» tiniano reſcripſit & de exteris ſeruis quæſtionem ha-
beri. Quæſtioni intereſſe iubentur reus reâve, & pa-
troni eorum, & qui crimen detulerit: interrogãdique
facultas datur patronis. De eo quoque ſeruo, in quo
vſumfructum reus habuerit, magis eſt, vt quæſtio ha
beri poſſit. Licet enim ſeruus eius non fuerit, in ſerui-
tute tamen fuiſſe videtur. Nec tam proprietatis cau-
ſa ad quæſtionem, quàm miniſterij pertinet. Ergo, &
ſi bona fide ſeruiat reo ſeruus alienus, admittit quis
interrogari eum per quæſtionem poſſe. Sed, & ſi ſer-
uus is ſit, cui fideicõmiſſaria debetur libertas, vel ſta-
» tuta ſperatur, torqueri eum poſſe magis eſt. Iubet lex
» eos homines, de quibus quæſtio ita habita eſt, publi-
cos eſſe. Proinde in communi partem publicamus: in
proprio, cui⁹ vſuſfructus alienus eſt, nudàm proprie-
tatem: in quo tantum vſumfructũ habuerit reus, ma-
gis eſt, vt perceptio vſuſfructus ad publicũ incipiat
pertinere. Alienum ſeruum vtique non publicamus.
Ratio autem publicandorum ſeruorum ea eſt, vt ſi-
» ne vllo metu verum dicant, & ne, dum timeãt ſe in
» reorum poteſtatem regreſſuros, obdurẽt in quæſtio-
ne. Non tamen prius publicantur, quàm quæſtio de
illis habita fuerit. Sed, & ſi negauerint, nihilomin⁹ pu
blicantur. Ratio enim adhuc eadẽ eſt: ne, dum hi ſpe-

rant ſe in poteſtatem dominorũ reuerſuros: ſi negauerint, ſpe meriti collocandi, in mēdacio perſeuerēt. Sed, & ſerui accuſatoris, ſi de ijs quæſtio ſit habita, publicentur. Eius enim ſerui, ne mētiãtur, meritò à dominio eius recedũt: extranei verò nõ habent, cui gratificētur. Si reus vel rea abſoluti fuerint, æſtimari per Iudices lex damnũ voluit: ſiue mortui fuerint, quantæ pecuniæ, ante quæſtionem fuerint: ſiue viuerent, quãtæ pecuniæ in his damnũ datum fuerit, factúmve eſſet. Notãdum eſt quod hoc capite quidem nõ cauetur: Si ſeruus adulterij accuſetur, & accuſator quæſtionem in eo haberi velit, duplum pretium domino præſtari lex iubet: at hic ſimplum.

QVOD ex his cauſis debetur, per condictionẽ, quæ ex lege deſcendit, petitur. MARC.

MARITI lenocinium lex coercuit, qui depreh enſam vxorem in adulterio, retinuit, adulterúmque dimiſit. debuit enim vxori quoq; iraſci, quæ matrimonium eius violauit. Tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prętextu incredulitatis. Idcirco enim lex ita locuta eſt, Qui adulterũ in domo deprehenſum dimiſerit, quòd voluerit in ipſa turpitudine deprehendentem maritũ coercere. Quod ait lex, Damnatam adulterij ſiquis duxerit vxorem. an & ad ſtuprum referatur videamus. quod magis eſt. Certè ſi ob aliã cauſam ea lege ſit condemnata, impune vxor ducetur. Plectitur &, qui pretium pro comperto ſtupro acceperit: nec intereſt vtrum maritus ſit, qui acceperit, an alius quilibet. quicũque enim ob cõſciẽtiã ſtupri acceperit aliquid, pœna erit plectendus. Cæterum, ſi gratis quis remiſerit, ad legem non pertinet. Qui quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit,

» plectitur·Nec enim mediocriter deliquit, qui lenocinium in vxorē exercuit. Quæſtum autē ex adulterio vxoris ſuæ facere videtur, qui quid acceperit, vt adul- » teretur vxor·Siue enim ſæpius, ſiue ſemel acceperit: nō eſt eximendus. Quæſtum enim de adulterio vxoris facere proprie ille exiſtimandus eſt, qui aliquid ac- » ceperit, vt vxorē pateretur adulterari meretricio quodam genere. Quòd, ſi patiatur vxorem delinquere nō ob quæſtū, ſed ob negligentiam vel culpam, vel quā- » tancunque patientiam, vel nimiam credulitatem: ex- » tra legem poſitus eſt. Sex mēſium, hæc ſit ſeparatio: vt in nupta quidem ex die diuortij ſex menſes computentur: in vidua verò ex die cōmiſſi criminis. quod ſignificari videtur reſcripto ad Tertulum & Maximum Coſs. Præterea ſi ex die diuortij L X dies ſint, ex die verò commiſſi criminis quinquennium præterierit: debuit dici nec mulierem poſſe accuſari: vt, quod » dicitur, Dātur ſex menſes vtiles. ſic ſit accipiendum, » ne crimen quinquennio continuo ſopitum excite- » tur. Hoc quinquennium obſeruari legiſlator voluit, ſi reo vel reæ ſtuprum vel adulterium vel lenocinium obijciatur. Quid ergo, ſi aliud crimen ſit, quod obijcia- » tur, quod ex lege Iulia deſcēdit? vt ſunt, qui domum ſuam ſtupri cauſa præbuerint, & alij ſimiles. Et me- » lius eſt dicere omnibus admiſſis ex lege Iulia venien- » tibus quinquennium eſſe præſtitutum. Quinquennium autem ex eo die accipiendum eſt, quo quid admiſſum eſt: & ad eum diem, quo quis poſtulatus poſtulatáve eſt: & non ad eum diem, quo iudicium de adulterijs exercetur. Hoc amplius Senatuſconſulto » adiectum eſt, vt, ſi plures eundem poſtulauerint: eius, qui perſeuerauerit reum reámve facere, poſtulationis dies prima exigatur: ſcilicet, vt qui accuſat, ſuos li-

bellos accuſatorios ſpectet, non alienos. Eum autem qui per vim ſtuprum intulerit vel mari vel fœminæ: ſine præfinitione huius temporis accuſari poſſe dubium non eſt: cum eum publicam vim committere nulla dubitatio eſt.

PAVL.

PATER ſine periculo calũniæ agere non poteſt. Sexaginta dies à diuortio numerãtur. In diebus autem ſexaginta & ipſe ſexageſimus dies eſt.

QVINQVENNIVM non vtile, ſed continuũ numerandum eſt. Quid ergo, ſi prior mulier rea facta ſit, & ideò adulter eodem tẽpore reus fieri nõ potuit, & diu tracta lite quinquennium tranſierit? Quid, ſi is, qui intra quinquẽnium quem poſtulauerat, non peregerit, aut præuaricatus eſt, & alius eundem repetere velit: & quinquennium tranſactũ ſit? Æquum eſt computationi quinquennij eximi id tẽpus, quod per poſtulationem præcedentem conſumptum ſit.

MARC.

NIHIL INTEREST, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum vtrunq; occidat. Nam, ſi alterum occidat, lege Cornelia reus erit. Quòd, ſi, altero occiſo, alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis non liberatur: ſed Diui Marcus & Cõmodus reſcripſerũt impunitatẽ ei concedi: quia, licet interempto adultero mulier ſuperuixerit poſt tã grauia vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato quàm voluntate eius ſeruata eſt: quia lex parem in eos, qui deprehenſi ſunt, indignationem exigit, & ſeueritatẽ requirit. Cum alterum ex adulteris elegerit maritus, alterum non antè accuſare poteſt, quàm prius iudicium finiatur: quia duos ſimul ab eodem accuſari non licet. Non tamen prohibetur accuſator ſimul cũ adultero vel adultera eũ quoq; accuſare, qui domũ

ſuã præbuit, vel cõſilio fuit, vt crimen cõmitteretur.

MARC. SI QVIS adulterũ à ſeruo ſuo cõmiſſum eſſe » dicat in eam, quam vxorem habuit: diuus Pius reſcripſit accuſare potius mulierem eum debere, quàm in præiudicium eius ſeruum torquere. Si quis adulterũ non dimiſerit, ſed retinuerit, forſitan filium in nouercam, vel etiam libertum vel ſeruum ſuum in vxorẽ: ex ſentẽtia legis tenetur: quanuis verbis nõ continetur. quæ autem retinetur, punitur. Sed, & ſi dimiſſam reduxerit, verbis non tenetur: ſed tamen dicendum eſt, vt teneatur, ne fraus fiat. Si vxor ex adulterio » viri, præmium acceperit, lege Iulia quaſi adultera tenetur.

MOD. » STVPRVM committit, qui liberam mulierem » conſuetudinis cauſa non matrimonij retinet, exce» pta videlicet concubina. Adulterium in nupta ad» mittitur: ſtuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur.

ACCVSATVRVS adulterij, ſi quidem circa inſcriptionem errauerit: ſi tempora largiantur, emẽdare non prohibetur: ne cauſa criminis aboleatur.

PAP. SI MINOR annis adulterium commiſerit, » lege Iulia tenetur: quoniam tale crimen poſt pubertatem incipit.

FILIVMFAMILIAS publico iudicio adulterium in vxore, ſine voluntate patris arguere » poſſe, conſtitutum eſt: vindictam enim proprij doloris conſequitur.

SI ADVLTERIVM cum inceſtu committatur: vt puta cum priuigna, nuru, nouerca: mulier quoque ſimiliter punietur: id enim remoto etiã adul» terio eueniret. Stuprum in ſororis filiam ſi committa» tur, an adulterij pœna ſufficiat, merito cõſyderandũ

eſt. Occurrit, quod hic duplex admiſſum eſt: quia multum intereſt, errore iuris matrimonium illicite cõtrahatur: an contumacia iuris, & ſanguinis cõtumelia concurrant. quare mulier tunc demum eam pœnam, quam mares, ſuſtinebit, cum inceſtum iure gẽtium prohibitum admiſerit. Nam, ſi ſola iuris noſtri obſeruatio interueniat, mulier ab inceſti crimine erit excuſata. Nonnunquam tamen & in maribus inceſti crimina (quanquam natura ſunt grauiora) humanius quàm adulterij tractari ſolent: ſi modo inceſtum per matrimonium illicitum contractum ſit. Fratres denique Imperatores Claudiæ crimen inceſti propter ætatem remiſerunt: ſed diſtrahi coniunctionem illicitam iuſſerunt: cum aliâs adulterij crimen, quod poſt pubertatem delinquitur, non excuſetur ætate. Nam & mulieres in iure errantes, inceſti crimine nõ teneri ſuprà dictum eſt: cũ in adulterio commiſſo nullam habere poſſint excuſationẽ. Iidem Imperatores reſcripſerũt poſt diuortiũ, quod cũ nouerca bona fide priuignus fecerit, nõ eſſe crimen inceſti admittendũ. Iidem Pollioni in hæc verba reſcripſerunt, Inceſtæ nuptiæ cõfirmari non ſolent. & ideò abſtinẽti à tali matrimonio, pœnam præteriti delicti ei, qui nondum reus poſtulatus eſt, remittimus. Inceſtum autem, quod per illicitã matrimonij coniunctionem admittitur, excuſari ſolet ſexu vel ætate, vel etiã puniendi correctione, quæ bona fide interuenit: vtique, ſi error allegatur: & facilius, ſi nemo reum poſtulauerit. Imperatores Marcus & Antoninus & Commodus filius reſcripſerunt, Si maritus vxorem in adulterio deprehenſam, impetu tactus doloris interfecerit: non vtique legis Corneliȩ de ſiccarijs pœnam accipiet. Nam & diuus Pius in hæc verba reſcripſit Apollonio,

cluditur. Duos quidem adulterij, marem & fœminã propter commune crimen, ſimul non iure nec à viro poſtulari conuenit. Cum tamen duobus denuntiatũ fuiſſet ab eo, qui poſtea deſiſtere volebat, abolitionem eſſe neceſſariam in vtriuſque perſona reſpondi. Inceſti commune crimen aduerſus duos ſimul intentari poteſt. De ſeruis quæſtionem in dominos inceſti poſtulatos ita demum habendam reſpondi, ſi per adulterium, inceſtum eſſe contractum dicatur.

QVAESITVM eſt, an ea, quã maritus adulterij crimine ſe accuſaturum minatus eſt, nec quicquã egit vel iure mariti, vel iure publico: nubere poſſit ei, quẽ in eã reum adulterij deſtinauerit. Paulus reſpondi nihil impedire, quo minus ei, quẽ ſuſpectũ maritus habuit, ea, de qua quæritur, nubere poſſit. Item quæritur, an idem marit⁹ deſtitiſſe videatur, vel lenocinium cõmiſiſſe, qui eandem reduxit vxorem. Paul⁹ reſpondi eum, qui poſt crimen adulterij intentatum eandẽ vxorem reduxerit, deſtitiſſe videri: & ideò ex eadem lege poſtea ius accuſandi ei non ſupereſſe. PAVL.

IN CRIMINE adulterij nulla danda dilatio eſt, niſi vt perſonæ exhibeantur: aut Iudex ex qualitate negotij motus, hoc cauſa cognita permiſerit.

SI IS, QVI ius aureorum annulorũ impetrauit, adulterium commiſerit in patroni vxorem, aut in patronam ſuam, aut in eius, eâmve, cuius libertus patris aut matris filij filiæve fuit: an vt libertus puniri debeat? & ſi deprehenſus fuerit in adulterio, an impugne occidatur? Et magis probo pœnę ſubijciendũ libertinorum: quoniam lege Iulia de adulterijs coërcendis, ad tuenda matrimonia, pro libertinis eos haberi placuit: & deteriorem eorum cauſam per iſtud beneficium patronorum haberi non oportet. TRYP.

CAVS. SI EX LEGE repudium miſſum non ſit, & idcirco mulier adhuc nupta eſſe videatur: tamen, ſi » quis eam vxorem duxerit, adulter nō erit· ídque Sal» uius Iulianus reſpōdit: quia adulterium (inquit) ſine » dolo malo non committitur: quanquam dicendum » eſt, ne is, qui ſciret eam ex lege repudiatam non eſſe, dolo malo committat.

PAVL. DEFVNCTA quoque ſocru gener inceſti poſtulabitur, vt adulteri poſt mortem mulieris.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA.

MART. » LEGE IVLIA de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi ſuæ, in agróve, in villâve præter vſum venationis vel itineris vel nauigationis coëgerit.

VLP. EXCIPIVNTVR autem arma, quæ quis commercij cauſa habuerit, hæreditatéve ei obuenerint.

MART. IN EADEM cauſa ſūt, qui turbæ ſeditioníſve faciendæ conſiliū inierint, ſeruoſve aut liberos homines in armis habuerint. Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit. In eadem cauſa ſunt, qui peſſimo exemplo, conuocata ſeditione villas expugnauerint, & cum telis & armis bona rapuerint. Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam. Preterea punitur huius legis pœna, qui puerum vel fœminā vel quēnquam per vim ſtuprauerit. Sed &, qui incendio cum gladio aut telo rapiēdi cauſa fuerit, vel prohibendi dominum res ſuas ſeruare: eadem pœna tenetur. Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis poſſeſſorem domo agróve ſuo aut

naui ſua deiecerit, concuſſerit, expugnauerit,

VTIVE id fieret, homines accommodauerit: VLP.

QVI cœtu, concurſu, turba, ſeditione incendiũ MART.
fecerit. quiſque hominem dolo malo incluſerit, obſederit. quive fecerit, quo minus ſepeliatur, quo magis funus diripiatur, diſtrahatur. quive per vim ſibi aliquẽ obligauerit. Nam eam obligationem lex reſcindit. Si de vi & poſſeſſione vel dominio quęratur: antè cognoſcendum eſſe de vi, quàm de proprietate rei, diuus Pius τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν Græcè reſcripſit. Sed & decreuit, vt prius de vi quæratur, quàm de iure dominij ſiue poſſeſſionis. Qui vacantem mulierẽ rapuerit, vel nuptam: vltimo ſupplicio punitur. Et ſi pater iniuriam ſuam precibus exoratus remiſerit, tamẽ extraneus ſine quinquennij præſcriptione reum poſtulare poterit: cum raptus crimen, legis Iuliæ de adulterijs poteſtatem excedat.

ET EVM, qui puerum ingenuũ rapuit, puniẽ- VLP.
dum diuus Pius reſcripſit, in hæc verba, Exemplum libelli dati mihi â Domitio Saluiano, nomine Domitij Saluiani patrui, ſubijci iuſſi, mot⁹ querela eius, qua ſignificauit filium ſuum ingenuum, iuuenem admodum, raptum atque concluſum, verberibus ac tormẽtis vſque ad ſummum periculum afflictum. Germane chariſſime velim audias eum: &, ſi compereris hęc ita admiſſa, rem ſeuere exequaris.

LEGE IVLIA DE vi publica tenetur, qui cum imperium poteſtatémve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem necauerit, verberauerit, iuſſerit ve quid fieri, aut quid in collum iniecerit, vt torqueatur. Item, quod ad legatos oratores, comitéſve attinebit: ſi quiſquam eorum pulſaſſe ſiue iniuriam feciſſe arguetur,

AD LEGEM IVLIAM DE VI PRIVATA.

DE VI priuata damnati, pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum eſt, ne Senator ſit aut Decurio, aut vllum honorem capiat, néve in eum ordinẽ ſedeat: néve Iudex ſit: & videlicet omni honore quaſi infamis ex Senatuſconſulto carebit. Eadem pœna afficiuntur, qui ad pœnam legis Iuliæ de vi priuata rediguntur: & ſi quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit. Sed ex cõſtitutionibus Principum extra ordinem, qui de naufragijs aliquid diripuerint, puniũtur. Nam & diuus Pius reſcripſit nullam vim nautis fieri debere: &, ſi quis fecerit, vt ſeueriſſimè puniatur. MART.

HAC LEGE tenetur, qui cõuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberaretur, pulſaretur, neque homo occiſus erit. SCAEV.

NEC intereſt, liberos an ſeruos, ſuos an alienos quis ad vim faciendam cõuocauerit. Nec minus ij, qui cõuocati ſunt, eadem lege Iulia tenẽtur. Sed, & ſi nulli conuocati, nullique pulſati ſunt, per iniuriam tamẽ ex bonis alienis quid ablatum ſit: hac lege teneri eum, qui id fecerit. MART.

LEGIS Iuliæ de vi priuata crimẽ committitur, cum cœtum aliquis & concurſum feciſſe dicitur, quo minus quis in ius produceretur: & ſi quis quæſtionẽ de alterius ſeruo habuiſſet, & ideò moderatius edicto Prætoris de iniurijs vtendum eſſe Labeo ait. PAVL.

SI QVIS aliquẽ deiecerit ex agro ſuo, hominibus cõgregatis ſine armis: vis priuatę poſtulari poſſit. VLP.

EX SENATVSCONSVLTO Voluſiano, XXX.j. MOD.

qui improbè coeũt in alienam litem, vt,quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit, inter » eos communicetur:lege Iulia de vi priuata tenentur.

CALL. CREDITORES ſi aduerſus debitores ſuos agant,per Iudicem id,quod deberi ſibi putant,repoſcere debẽt·alioqui,ſi in rem debitoris ſui intrauerint, id nullo concedente, diuus Marcus decreuit ius cre- » diti eos non habere.Verba decreti hæc ſunt,Optimũ » eſt,vt,ſi quas putas te habere petitiones, actionibus » experiaris.interim ille in poſſeſſione debet morari:tu » petitor eſſe.Cum Martianus diceret,Vim nullam fe- » ci. Cæſar dixit, Tu vim putas eſſe ſolum,ſi homines » vulnerentur?Vis enim eſt & tũc,quoties quis id,quod » deberi ſibi putat,non per Iudicem repoſcit. Non pu » to autem nec verecundiæ nec dignitati nec pietati cõ » uenire,quicquam nõ iure facere.Quiſquis igitur pro- » batus mihi fuerit rem vllam debitoris,nõ ab ipſo ſibi » traditam,ſine vllo Iudice,temerè poſſidere, eúmque » ſibi ius in eam rem dixiſſe: ius crediti non habebit.

MOD. SI CREDITOR ſine authoritate Iudicis res » debitoris occupet,hac lege tenetur,& tertia parte bo » norum multatur,& infamis fit.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

MART. LEGE CORNELIA de ſicarijs & veneficis tenetur,qui hominem occiderit, cuiúsve dolo malo incendium factũ erit: quíve hominis occidendi, furtive facien di cauſa cum telo ambulauerit:quíve,cũ » Magiſtratus eſſet,publicóve iudicio præeſſet,operam

dederit, quò quis falſum indiciũ profiteretur, vt quis innocens circunueniretur, condemnaretur. Præterea tenetur, qui hominis necandi cauſa venenum confecerit, dederit: quíve falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: quíve Magiſtratus Iudéxve quæſtionis, ob capitalem cauſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. Et, qui hominem occiderit, punitur, nõ habita differentia, cuius cõditionis hominẽ interemerit.

Diuus Adrianus reſcripſit, eum, qui hominem occiderit, ſi non occidendi animo hoc admiſerit, abſolui poſſe: & qui hominem non occiderit, ſed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida damnandum. & ex re conſtituendum hoc. Nam, ſi gladium ſtrinxerit, & in eo percuſſerit: indubitate occidendi animo id eũ admiſiſſe. Sed, ſi claua percuſſerit aut cucuma in rixa, quãuis ferro percuſſerit non occidendi animo, veniẽdam eius pœnam, qui rixa caſu magis, quàm voluntate homicidium admiſerit. Item diuus Adrianus reſcripſit eũ, qui ſtuprum ſibi vel ſuis per vim inferentẽ occidit, dimittendum. Sed & in eum, qui vxorem deprehenſam in adulterio occiderat, diuus Pius leuiorẽ pœnã irrogandam eſſe reſcripſit: & humiliori loco poſitum, in exilium perpetuũ dari iuſſit: in aliqua dignitate poſitum, ad tempus relegari.

INAVDITVM filium pater occidere non poteſt: ſed accuſare eum apud Præfectum Præſidémve prouinciæ debet. VLP.

EIVSDEM legis Corneliæ de ſicarijs & veneficis capite V, qui malũ venenũ necandi hominis cauſa fecerit vel vendiderit vel habuerit, plectitur. Eiuſdẽ legis Cornelię pœna afficitur, qui in publicũ mala medicamẽta vẽdiderit, vel hominis necãdi cauſa habuerit. MARC.

„ Adiectio autem iſta veneni mali, oſtendit eſſe quædã „ & non mala venena. ergo nomẽ medium eſt, & tam id, quod ad ſanãdum, quàm id, quod ad occidendum paratum eſt, continet: ſed & id, quod amatorium appellatur. ſed hoc ſolum notatur in ea lege, quòd hominis necandi cauſam habet. Sed ex Senatuſcõſulto re„ legari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed „ malo exemplo medicamentum ad cõceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſit. Alio Senatuſcõ„ ſulto effectum eſt, vt pigmentarij ſicui temere cicutã, „ ſalamandram, aconitum, pituocampas, bupreſtim, „ mandragoram, & id, quod luſtramẽti cauſa dederint, „ cantharidas: pœna teneantur huius legis. Item is, cuius familia ſciẽte eo adipiſcẽdæ & recuperandæ poſſeſſionis cauſa arma ſumpſerit. Item, qui author ſeditionis fuerit: & qui naufragiũ ſuppreſſerit: quíve falſa indicia confeſſus fuerit, cõfitendâve curauerit, quò „ quis innocens circunueniretur. Qui hominem, libidi„ nis vel commercij cauſa caſtrauerit, ex Senatuſconſul„ to pœna legis Corneliæ punitur. Legis Corneliæ de ſicarijs & veneficis pœna, in inſulam deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio. ſed ſolent hodie ca„ pite puniri: niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, vt pœ„ nam legis ſuſtineant. humiliores enim ſolent vel be„ ſtijs ſubijci: altiores verò deportãtur in inſulã. Tranſ„ fugas ſcilicet, vbicunque inuenti fuerint, quaſi hoſtes interficere licet.

VLP. LEGE Cornelia de ſicarijs tenetur, qui, cũ Ma„ giſtratus eſſet, eorum quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit. Cum quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comproba„ tum eſt factum Ignatij Taurini Proconſulis Betycę, à „ diuo Adriano, quòd eum in quinquenniũ relegaſſet.

Idem diuus Adrianus reſcripſit, Conſtitutũ quidem ‹‹
eſt, ne ſpadones fierent: eos autem, qui hoc crimine ar ‹‹
guerentur, legis Corneliæ pœna teneri: eorúmque bo- ‹‹
na meritò fiſco meo vendicari debere. Sed in ſeruos, ‹‹
qui ſpadones fecerint, vltimo ſupplicio animaduertẽ- ‹‹
dum eſſe: &, qui hoc crimine tenẽtur, ſi abſuerint: de ‹‹
abſentibus quoque, tãquam lege Cornelia teneãtur, ‹‹
pronuntiandum eſſe. Planè, ſi ipſi, qui hanc iniuriam ‹‹
paſſi ſunt, proclamauerint: audire eos Præſes prouin- ‹‹
ciæ debet, qui virilitatẽ amiſerũt. Nemo enim liberũ, ‹‹
ſeruúmve inuitum, ſinentémve caſtrare debet: nec ‹‹
quis ſe ſponte caſtrandum præbere debet. At, ſi quis ‹‹
aduerſus edictum meum fecerit: medico quidem, qui ‹‹
exciderit, capitale erit: item ipſi, qui ſe ſponte excidẽ- ‹‹
dum præbuerit. ‹‹

II QVOQVE, qui thlibias faciũt, ex conſtitu- PAVL.
tione diui Adriani ad Iun. Haſtam, in eadem cauſa »
ſunt, qua ij, qui caſtrant. »

IS, QVI ſeruum caſtrandum tradiderit, parte VENV.
bonorũ dimidia multabitur ex Senatuſcõſulto, quod »
Neratio & Annio Vero Coſs. factum eſt.

IN LEGE Cornelia dolus pro facto accipitur· PAVL.
nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare
ſi quis ex alto ſe præcipitauerit, & ſuper aliũ venerit,
eúmque occiderit· aut putator ex arbore, cum ramum
deijceret, non proclamauerit, & prætereuntẽ occide-
rit: ad huius legis coercitionem non pertinet.

SI MVLIEREM viſceribus ſuis vim intuliſſe, VLP.
quo partum abigeret, cõſtiterit: eam in exilium Præ- »
ſes prouinciæ exiget.

FVREM nocturnum ſi quis occiderit, ita de-
mum impune feret, ſi parcere ei ſine ſuo periculo nõ
potuit.

SI QVIS dolo malo inſulam meã exuſſerit, ca
» pitis pœna plectetur, quaſi incendiarius.

MOD. „ CIRCVNCIDERE Iudæis filios ſuos tantũ,
„ reſcripto diui pij permittitur: at in nõ eiuſdẽ religio-
nis, qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur. Seruo
ſine Iudice ad beſtias dato: non ſolum, qui vẽdiderit,
pœna, verùm &, qui comparauerit, tenebitur. Poſt le
gem Petroniam & Senatuſconſulta ad eam legẽ per-
tinentia, dominis poteſtas ablata eſt ad beſtias depu-
gnandas ſuo arbitrio ſeruos tradere. oblato tamẽ Iu-
dici ſeruo, ſi iuſta ſit domini querela, ſic pœnæ tra-
detur.

INFANS vel furioſus, ſi hominem occiderit, le
» ge Cornelia non tenetur: cum alterum innocentia cõ
» ſilij tueatur: alterum fati infelicitas excuſet.

EX SENATVSCONSVLTO ei⁹ legis pœ
na damnari iubetur, qui mala ſacrificia fecerit, ha-
buerit.

CAL. „ DIVVS Adrian⁹ in hæc verba reſcripſit, In ma
„ leficijs voluntas ſpectatur, non exitus.

VLP. » NIHIL intereſt occidat quis, an cauſam mor-
tis præbeat.

MOD. QVI CAEDEM admiſerint ſpõte, dolóve ma-
» lo, in honore aliquo poſiti deportari ſolent. qui ſecun
» do gradu ſunt capite puniũtur. Facilius hoc in Decu-
riones fieri poteſt: ſic tamẽ, vt & cõſulto prius Princi
pe & iubente id fiat: niſi ſi forte tumultus aliter ſeda
ri non poſſit.

PAVL. SI IN rixa percuſſus homo perierit, ictus vniuſ
» cuiuſque in hoc collectorum contemplari oportet.

AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIS.

LEGE POMPEIA de parricidis cauetur, vt, ſi quis patrem matrem, auum auiam, fratrem ſororem, patruelem matruelem, patruum auunculum, amitam materteram, conſobrinum cõſobrinam, vxorem, nurum, generũ, ſocerũ, vitricum, priuignũ priuignã, patronum patronam occiderit, cuiusve dolo malo id factũ erit, vt pœna ea teneatur, quæ eſt legis Corneliæ de ſicarijs. Sed, ſi mater quoque filium filiámve occiderit, huius legis pœna afficitur: & auus, qui nepotem occiderit: & præterea, qui emerit venenum, vt patri daret, quanuis non potuerit dare. MARC.

FRATER autem eius, qui cognouerat tantum, nec patri indicauerat, relegatus eſt, & medicus ſupplicio affectus. SCAEV.

SED ſciendũ eſt lege Pompeia de conſobrino cõprehenſum eſſe, non eos etiam pariter complecti, qui pari prioréve gradu fuerint. Sed & nouercæ & ſpõſę perſonæ omiſſæ ſunt: ſentẽtia tamen legis cõtinẽtur. MART.

CVM PATER & mater ſponſi & ſponſæ, ſocerorum (vt liberorum ſponſi, generorum appellatione) contineantur.

DIVVS Adrianus fertur, cũ in venatione filiũ ſuum quidam necauerat, qui nouercam ſuam adulterabat, in inſulam eũ deportaſſe: quòd latronis magis quàm patris iure eum interfeciſſet. nam patria poteſtas in pietate debet non in atrocitate conſiſtere.

VTRVM qui occiderint parẽtes, an etiã cõſcij, pœna parricidij afficiãtur, quæri poteſt. Et ait Metianus etiam cõſcios eadem pœna afficiẽdos: non ſolùm VLP.

parricidas. Proinde conſcij etiam extranei eadem pœna afficiendi ſunt.

SI SCIENTE creditore, ad ſcelus committēdū pecunia ſit ſubminiſtrata: vtputa ſi ad veneni mali comparationem, vel etiam vt latronibus aggreſſoribúſque daretur, qui patrem interficerent: parricidij pœna tenebitur, quíque quæſierit pecuniam, quique eorū ita crediderint, aut à quo ita cauerint.

PARRICIDII poſtulatus, ſi interim deceſſerit, ſi quidem ſibi mortem conſciuerit, ſucceſſorem ſibi fiſcum habere debebit. ſi minus, eū, quem voluit, ſi modò teſtamentum fecerit. ſi verò inteſtatus deceſſerit, eos hæredes habebit, qui lege vocantur.

MOD. POENA parricidij more maiorū hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde » culleo inſuatur cum cane & gallo gallinaceo & vipe» ra & ſimia: deinde in mare profundum culleus iacte» tur. hoc ita, ſi mare proximū ſit • alioqui beſtijs ſubij» ciatur, ſecundum diui Adriani conſtitutionem. Qui alias perſonas occiderint præter patrem & matrem & auum & auiam, quos more maiorū puniri ſuprà » diximus, capitis pœna plectantur, aut vltimo ſuppli» cio mactentur. Sanè ſi per furorem aliquis parē» tē occiderit, impunitus erit, vt diui Fratres reſcripſerunt ſuper eo, qui per furorem matrem necauerat• nā ſufficere furore ipſo eum puniri. diligentiúſque cuſtodiendum eſſe, aut etiam vinculis coercendum.

PAVL. EORVM, qui parricidij pœna teneri poſſūt, ſemper accuſatio permittitur.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS ET DE SENATVSCONSVLTO LIBONIANO.

POENA LEGIS Corneliæ irrogatur in eum, qui in falſas teſtationes faciendas teſtimoniáve falſa inuicem dicẽda dolo malo coierit. Item, qui ob inſtruẽdam aduocationem, teſtimoniáve pecuniam acceperit, pactúſve fuerit, ſocietatẽ coierit ad obligationẽ innocentiũ: ex Senatuſcõſulto coërcetur. Sed, & ſi quis ob denũtiãdũ remittẽdúmve teſtimonium, dicendũvel nõ dicendũ, pecuniã acceperit: pœna legis Corneliæ afficitur. &, qui Iudicem corruperit, corrumpẽdúmve curauerit. Sed, & ſi Iudex conſtitutiones Principũ neglexerit, punitur. Qui in rationib⁹, tabulis, ceríſve, vel alia qua re ſiue conſignatione falſum fecerint, vel rem amouerint: perinde ex his cauſis, atque ſi eſſent falſarij, puniuntur. Sic diuus Seuerus lege Cornelia de falſis damnauit Præfectũ Ægypti, quòd inſtrumẽtis ſuis, cũ præerat prouinciæ, falſum fecit. Is, qui peruerterit viui teſtamẽtũ, legis Corneliæ pœna tenetur. Is, qui depoſita inſtrumẽta apud aliũ, ab eo prodita eſſe aduerſarijs ſuis, dicit: accuſare eũ falſi poteſt. Ad teſtamẽta militũ Senatuſcõſultũ pertinet, quo lege Cornelia tenẽtur, qui ſibi legatũ fideíve cõmiſſum aſſcripſerint. Inter filiũ & ſeruũ & extraneũ teſtamẽtum ſcribẽtes hoc intereſt, quòd in extraneo, ſi ſpecialiter ſubſcriptio facta eſt, Quod illi dictaui, & recognoui. pœna ceſſat, & capi poteſt. in filio vel ſeruo, vel generalis ſubſcriptio ſufficit & ad pœnam euitandã, & ad capiendũ. Ex illa quoque cauſa falſi pœnæ quís ſubijcitur, (vt diui quoque Verus &

MART.

Antoninus conſtituerunt.) Tutores & curatores, & ij, qui officio depoſito nõ reſtituerunt tutelam vel curationem: cum fiſco cõtrahere non poſſunt. at, ſi quis » aduerſus hanc legem Pręfecto ærario obrepſerit, per» inde puniatur, ac ſi falſum commiſiſſet. Sed ad illos » hoc non pertinet (vt ijdem Principes reſcripſerunt) qui antè, quâm tutelam ſuſciperẽt, hoc geſſerũt· nec enim excuſationes admiſiſſe, ſed fraudẽ excluſiſſe. Ij» dem Principes reſcripſerunt, ita demum eum, qui rationem tutelæ vel curæ nondũ reddiderit, cũ fiſco cõtrahere non debère, ſi viuat is, cuius tutela adminiſtrata eſt: nam, ſi deceſſerit, licet nondum hæredi eius rationem reddiderit: iure eum contrahere. Sed, & ſi » iure hæreditario ſucceſſerũt in fiſcalem contractũ tutor vel curator, licet ante rationem redditam: nõ puto pœnam locum habere: licet adhuc viuat is, cuius tutela vel cura adminiſtrata eſt. Pœna falſi » vel quaſi falſi, deportatio eſt, & omnium bonorũ pu» blicatio. Et, ſi ſeruus eorũ quid admiſerit, vltimo ſupplicio affici iubetur.

VLP. » QVI teſtamentũ amouerit, celauerit, rapuerit, » deleuerit, interleuerit, ſubiecerit, reſignauerit: quiue » teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignauerit. recitauerit, » mutauerit dolo malo: cuiúſve dolo malo id fa» ctum erit, legis Corneliæ pœna damnatur.

PAVL. QVI IGNORANS falſum eſſe teſtamentũ, vel hæreditatem adijt, vel legatum accepit, vel quoquo modo agnouit: falſum eſſe teſtamentum dicere non prohibetur.

SI QVIS, cum falsò ſibi legatum aſſcribi curaſſet, deceſſerit, id hæredi quoque extorquendum eſſe » D. Marcus reſcripſit. Idem quoque, cũ quidã à patre hęres inſtitutus codicillos intercidiſſet, & deceſſiſſet:

fiſco tantũ eſſe putauit vendicandũ, quãtũ per codicillos erogari poſſet: id eſt vſque ad dodrantem. »

SENATVS pœnam falſi remiſit ei, qui legata à ſe teſtamento data, codicillis ſua manu ſcriptis ademerat. ſed, quia & iuſſu patris id fecerat, & annorum XXV erat: hæreditatem quoque ei capere permiſſum eſt. IVL.

SI QVIS legatum ſibi aſſcripſerit, tenetur pœna legis Corneliæ, quãuis inutile legatum ſit. Nam & eum teneri conſtat, qui eo teſtamento, quod poſtea ruptum eſt, vel etiam, quod in initio non iure fieret, legatum ſibi aſſcripſerit. Hoc tamen tunc verum eſt, cum perfectum teſtamentum erit. Cæterum, ſi non ſignatum fuerit, magis eſt, vt Senatuſconſulto locus non ſit: ſicuti nec interdictum de tabulis teſtamenti exhibendis locum habet· prius enim oportet eſſe aliquod teſtamentum vel non iure factum, vt Senatuſconſulto locus ſit. Nam & falſum teſtamentum id » demum rectè dicitur, quod ſi adulterinum nõ eſſet, » verum teſtamentum rectè diceretur. Similiter igitur » & non iure factum teſtamentum id appellatur, in » quo ſi omnia ritè facta fuiſſent, iure factũ diceretur. » Si inſtitutus hæres exhæredationem nominatim filij vel aliarum perſonarum aſſcribit, Senatuſcõſulto tenetur· Similiter & is, qui libertatem ſua manu ademit ſeruo teſtatoris, & maximè cui à ſe legata vel fideicommiſſa data erant, Senatuſconſulto tenetur. Si patronus in teſtamento liberti legatum ſibi aſſcripſerit, & venia impetrata abſtinere à legato iuſſus eſt: an emolumentum bonorumpoſſeſſionis cont. tab. habere poſſit? & magis placet non poſſe. Nec tamẽ huic conſequẽs eſt, vt, & ſi vxor dotẽ, vel creditor id, quod in diẽ ſibi debetur, ſibi aſſcripſerit, & ſimiliter venia AFR

impetrata abſtinere ſe à legato iubeantur: aut mulieri dos, aut creditori actio ſua denegari debeat: ne eorum vterque merito debito careat.

MART. NVLLO modo ſerui cum dominis ſuis conſiſtere poſſunt: cum nec quidẽ omnino iure ciuili, neque » iure Prætorio neque extra ordinem computentur: » præterquam quòd fauorabiliter diui Marcus & » Commodus reſcripſerunt, cùm ſeruus quereretur quòd tabulæ teſtamenri, quibus ei data erat libertas, ſupprimerentur: admittendum ad ſuppreſſi teſtamẽti accuſationem.

VLP. QVICVNQVE numos aureos partim raſe» rint, partim tinxerint vel finxerint: ſi quidem liberi » ſunt, ad beſtias dari: ſi ſerui, ſupremo ſupplicio affici debent.

LEGE Cornelia cauetur, eum, qui in aurum vitijquid addiderit, quíve argenteos numos adulteri» nos conflauerit, falſi crimine teneri. Eadem pœna affi» citur & is, qui cum prohibere tale quid poſſet, non » prohibuit. Eadem lege exprimitur, ne quis numos ſtã» neos plumbeos emere vẽdere dolo malo velit. Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui quid aliud quàm in teſtamento ſciens dolo malo falſum ſignauerit, ſignarìve curauerit: item, qui ad falſas teſtationes faciendas, teſtimoniâve falſa inuicem dicenda dolo malo coierint. Qui delatorem ſummiſit in cauſa pecuniaria, eadem pœna tenetur, qua tenentur ij, qui ob inſtruendas lites pecuniam acceperunt.

MARC. DE EO, qui ei in cuius poteſtate eſt, eique, qui in eadem poteſtate eſt, aſſcripſerit, nihil Senatuſconſulto cauetur: ſed hoc quoque caſu committitur in legem: quia eius rei emolumentum ad patrem dominúmve pertinet, ad quem pertineret, ſi filius ſeruúſ

ve ſibi aſſcripſiſſent. Illud conſtat, ſi extraneo quis aſſcripſerit legatum: licet poſtea viuo teſtatore in poteſtate eum habere cœperit, Senatuſconſulto locum non eſſe.

SI PATER filio ſuo militi, quem habet in poteſtate, teſtamento commilitonis filij aliquid adſcripſerit, quem commilitonem in militia nouit: quia patri non acquiritur, extra pœnam eſt. Et, cum matri filius aſſcripſerat, diui Fratres reſcripſerunt, cum iuſſu teſtatoris hoc ſcripſerit, impunitum eum eſſe, matrémque capere poſſe. MART.

CVM FALSI reus ante crimen illatum aut ſententiam dictam è vita deceſſerit, ceſſante lege Cornelia, quod ſcelere quæſitum eſt, hæredi non relinquitur. PAP.

FALSI NOMINIS vel cognominis aſſeueratio, pœna falſi coërcetur. Ordine Decurionũ x annis aduocatum motum, qui falſum inſtrumentum cognoſcente Præſide recitauit, poſt finem temporis dignitatem recuperare reſpondi, quoniam in Corneliam, falſo recitato, non facto, non incidit. Eadem ratione plebeium ob eandem cauſam exilio temporario punitum, Decurionem poſt reditum rectè creari.

FILIVS emancipatus, cum ſcriberet patris teſtamentum, iuſſu patris ſeruo communi Titij & ſuo legatum aſſcripſit. quæro quis exitus quæſtioni ſit? Reſpondi, Plures quæſtiones coniunxiſti: & quidem quantum ad Senatuſconſultum, quo prohibemur nobis vel ijs, quos in poteſtate habemus, aſſcribere legatum: emancipatus quoque filius eadem pœna tenebitur: licet iuſſu quoque patris ſcripſerit. Excuſat⁹ enim is videtur, qui in poteſtate eſt: ſicut ſeruus: ſi tamen PAVL.

iuſſus ex ſubſcriptione teſtatoris appareat: ſic enim inueni Senatum cenſuiſſe. Sequens quæſtio eſt, an quoniam placet id, quod illicite ſcriptum eſt, pro non ſcripto eſſe: quod ſeruo communi ſcribentis & alteri» us aſſcriptum eſt, vtrum in totum pro nõ ſcripto ſit: an, quantum ad eum, tantum, qui aſſcripſit: cæterum » ſocio totum debeatur. Et inueni Marcellum apud » Iulianum annotaſſe. Nam, cum Iulianus ſcripſiſſet, ſi ſibi & Titio aſſcripſiſſet, aut ſeruo communi: cũ pro non ſcripto ſit, facillime quæri poſſe, quantum Titio, » & ſocio eius acquiratur: ita adijcit ipſe Marcellus, Quemadmodum ſocio debebitur, ſi quaſi falſum nomen ſerui ſubducitur? quod & in præſenti quæſtione » obſeruandum eſt. Maritus ſeruum dotalem manumiſit: & in teſtamento eius legatum ſibi aſſcripſit. quæſitum eſt, quid mulier ex lege Iulia conſequi poſ» ſit. Reſpondi & patronum incidere in pœnam edicti » diui Claudij dicendum eſſe, & filium emancipatum licet præteriri poſſit, petere bonorum poſſeſſionem. Ergò, ſi nihil habeat patronus ex bonis liberti, nõ tenebitur mulieri. An ideo teneri poteſt, quod adiectũ » eſt in lege, Aut dolo fecit, quo minus ad eum perueniat? Sed nihil fecit in fraudem mulieris: nõ enim aduerſus illam hoc excogitauit. An ideò non denegamus huic actiones, quoniam alij reſtituturus eſt? Atqui, cum quis ſibi iuſſu teſtatoris legatum aſſcripſit: etiam ſi fidei ſuæ ſimiliter iubente teſtatore cõmiſiſ» ſet, vti id alij reſtitueret, Senatus iuſſit eum nihilomi» nus à legato ſe abſtinere: idque apud hæredem remanere cum onere fideicommiſſi.

CALL. » DIVVS Claudius edicto præcepit adijciendũ legi Corneliæ, vt, ſiquis, cum alterius teſtamentũ vel codicillos ſcriberet, legatum ſibi ſua manu aſſcripſe»

rit: perinde teneatur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam· & ne vel ijs venia detur, qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem prætendant. Scribere autem ſibi legatum videri non ſolum eum, qui manu ſua id facit, ſed etiam eum, qui per ſeruum ſuum vel filium, quem in poteſtate habet, dictante teſtatore legato honoratur. Planè conſtitutionibus Principalibus cauetur, vt, ſi teſtator ſpecialiter ſubſcriptione ſua declarauerit dictaſſe ſeruo alicuius, vt domino eius legatum ab hæredibus ſuis daretur, id valere: nec generalem ſubſcriptionem teſtatoris valere aduerſus Senatuſconſulti authoritatem, & ideò legatum pro non ſcripto habēdum: &, qui etiam ſibi legatum aſſcripſit, veniam dari. Ego tutius eſſe puto veniam ab Imperatore petendam, ſcilicet eo, quod relictum eſt abſtinentibus. Itē Senatus cenſuit, vt, ſi ſeruus domini ſui iuſſu, teſtamento codicilliſve libertatem ſibi aſſcripſerit: ob eam rem, quòd ipſius manu aſſcriptum eſt, non ideo minus liber ſit: ſed libertas ei ex fideicommiſſi cauſa præſtetur, ſi modo poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento codicilliſve ſubſcripſerit. Et, quatenus de ſola ſpecie fideicommiſſariæ libertatis hoc Senatuſconſulto continebatur, diuus Pius reſcripſit ſententiam magis ſequendam eſſe » huius Senatuſconſulti quâm ſcripturam· Nam ſer» uos, quum dominis ſuis parent, neceſſitate poteſtatis » excuſari: ſi tamen accedat domini authoritas ſubſcribentis ſe ea dictaſſe & recognouiſſe. Videri enim ait ipſius domini manu ſcripta, cuius voluntate ea ſcripta ſunt. Quod tamen (inquit) ad liberas perſonas, in quas nullum ius teſtator habuerit, extendi non debet. Quæri tamē debet, an æquè ſubſequendi neceſſitas, nec honeſta excuſatio eſt nō faciētib⁹, quod nō ſit

conceſſum. Matri quoque, cui per ſeruum ſuum, di»
» ctante filio, legatum aſſcriptum eſſet, veniam tribuẽ»
» dam legis Corneliæ placuit. Idem in filia, quæ dictan
» te matre ſua per ignorantiam iuris legatum ſibi ſcri»
» pſerat, Senatus cenſuit. Siquis duobus hęredibus in»ſtitutis, adiecerit, vt, ſi alteruter hæres ſine liberis de»ceſſiſſet, ei, qui ſupereſſet, & liberos haberet, hæreditas redderetur: vel, ſi ſine liberis vterque deceſſiſſet, vt hæreditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti re»ſtitueretur: placet teſtamentario pœnam legis Corneliæ remitti: ſed benignius eſt, vt ea, quæ ſuprà ſcripta ſunt, ſimili modo conſequatur.

PAVL. PAVLVS reſpondi, inſtrumẽtorum ſurrepto»rum crimen non eſſe publici iudicij, niſi teſtamentũ
» alicuius ſurreptum arguatur. Paulus reſpondi legis Corneliæ pœna omnes teneri, qui etiam extra teſta»menta, cætera falſa ſignaſſent. Sed & cæteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliâve qua re ſi»ne conſignatione falſum fecerint, vel, vt verum non appareat, quid celauerint, ſurripuerint, deleuerint, ſubiecerint, reſignauerint, eadem pœna affici ſole»re, dubium non eſt.

CVM QVIDAM ſua manu ſeruum ſibi le»gatum ſcripſiſſet, & eum manumittere rogat⁹ eſſet,
» Senatus cenſuit ab omnibus hæredibus eum ma»numittendum.

VXORI legatum in alieno teſtamento ſcribere nõ prohibemur. Qui ſe filio teſtatoris impuberi tuto»rem aſſcripſerit: etſi ſuſpectus eſſe præſumitur, quòd vltro tutelam videbitur affectaſſe: tamen, ſi idoneus eſſe approbetur, non ex teſtamento, ſed ex decreto tutor dandus eſt: nec excuſatio eius admittetur: quia conſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris.

QVI FALSAM monetã percuſſerint, ſi id to- »
tum formare noluerint, ſuffragio iuſtę pœnitẽtiæ ab- »
ſoluũtur. Accuſatio ſuppoſiti partus, nulla temporis præſcriptione repellitur: nec intereſt deceſſerit nécne ea, quæ partum ſubdidiſſe contenditur.

FALSI pœna coercentur &, qui ad litẽ inſtruẽ- HERM.
dam aduocatione vel teſtibus, pecuniam acceperũt, »
obligationem pactionémve fecerunt, ſocietatem ini- »
erunt, &, vt aliquid eorum fieret, curauerunt.

QVI DVOBVS inſolidum eandẽ rem diuer- PAVL.
ſis cõtractibus vendidit, pœna falſi coercetur. & hoc »
diuus Adrianus conſtituit. His adiungitur & is, qui »
iudicem corruperit: ſed remiſſius puniri ſolent, vt ad »
tempus relegentur, nec bona illis auferantur. »

IMPVBEREM in hoc edictum incidere, dicendum non eſt: quoniam falſi crimine vix poſſit te- »
neri, cũ dolus malus in eam ętatẽ non cadat. Si ei filio, »
qui apud hoſtes eſt, aſſcripſerit pater legatum, dicendum eſt reuerſo eo incidere in pœnam Senatuſcõſul- »
ti. Quòd, ſi ibi deceſſerit, innocens pater exiſtimetur. »
Sed, & ſi emancipato filio aſſcribat, rectè id faciet: itẽ in adoptionem dato. Item, ſi ſeruo, cui moram fecerit in fideicõmiſſaria libertate præſtanda, aſſcripſerit: dicendum eſt extra ſententiã Senatuſconſulti eum eſ- »
ſe: quoniã placet, omne, quod per huiuſmodi ſeruum acquiſitum eſt, reſtitui oportere manumiſſo. Sed, & ſi ei ſeruo, qui bona fide ſeruit, aliquid aſſcribit: quo ad cogitationem animi nocens eſt: quia ei aſſcribit, quem »
ſuum putat. ſed, quoniam neque legatum neque hęreditas bonæ fidei poſſeſſori acquiritur, dicimꝰ eum pœnæ eximendum eſſe. Si dominꝰ aſſcripſerit ſeruo legatum, cum liber erit, dicimus Senatuſcõſulto dominum excuſatum eſſe: qui cõpendio ſuo nullo mo-

do proſpexerit. Eadem & de filio poſtea emãcipato dici poſſunt. Qui codicillos ante teſtamẽtum factos, in quibus legatum ei aſſcriptum erat, confirmat: in » Senatuſconſultum incidit. quod & Iulianus ſcribit. Adimendo quoq; aliquid, in pœnam incidere debet: quaſi ſibi aliquid dederit: veluti ſi ſeruo legato ſibi, eidémque manumiſſo, libertatem ſua manu ademerit. hoc ita, ſi voluntate teſtatoris ademerit. Nam, ſi ignorãte eo, libertas valebit. Item, ſi rogatus reſtituere legatum ſibi aſſcriptum, fideicommiſſum ademerit. Qui liberti aſſignationẽ ſua manu aſſcripſerit: non verbis, ſed ſententia ſenatuſconſulti tenetur. Itẽ non continetur verbis ſeruus, qui in alieno teſtamento fideicommiſſariam libertatem ſibi aſſcripſerit. ſed de hoc poteſt hæſitari: quoniam (vt ſuprà diximus) Senatus ita demum ei, qui ſibi libertatem fideicommiſ» ſariam in teſtamento domini aſſcripſerit, pœnam re» miſit, ſi dominus ſubſcripſerit. Imò magis dicendum eſt hunc contra Senatuſcõſultum facere, quàm eum, qui legatum ſibi aſſcripſit: cum libertas omnímodo ipſi competitura ſit: legatum autem acquiri domino » poſſit. Si teſtamentarius ſeruo ſuo fideicommiſſariam libertatem dederit, videamus, ne id extra pœnam ſit: quoniam nullum ipſius commodum eſt: niſi ideò aſſcripſerit, vt ſeru9 magno pretio redimatur ab eo, & manumittatur. Sed & ille, qui, quum Titio fund9 legaretur, adiecit ſua manu conditionem pecuniæ ſibi dandæ: in voluntatẽ Senatuſconſulti incidit. Qui autem ex volũtate patris ſe exhæredat, vel legatum ſibi adimit: neque verbis Senatuſconſulti neque ſentẽtia continetur.

QVID SIT falſum quæritur? Et videtur id eſ» ſe falſum, ſiquis chirographum alienum imitetur: aut

libellum vel rationes intercidat, vel deſcribat: nõ qui »
aliâs in computatione vel in ratione mentitur. »

ATHALETVS ſeruus, cui teſtamento Vetiti SCAEV.
Callimaci domini per fideicõmiſſum libertas & portio hęreditatis relicta erat ab ijs, qui ex vndecim portionibus hæredes erant inſtituti, profeſſus eſt in iudicio apud Maximillã filiam teſtatoris ex parte duodecima hæredem ſcriptã, ſe poſſe probare falſum teſtamẽtum Vetiti Callimaci: & apud Magiſtratũ interrogatus â Maximilla, profeſſus eſt probaturũ ſe quẽadmodum falſum ſit teſtamẽtum factum. &, cum in crimẽ falſi ſubſcripſiſſet Maximilla in ſcriptorem teſtamenti, & Proculum cohæredem: acta cauſa, Præfectus vrbi falſum teſtamentum non eſſe pronuntiauit, & Maximillam partem duodecimam fiſco dare cogi iuſſit. quæſitum eſt, an Athaleto libertas & fideicommiſſum poſt hæc facta debeantur. Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, deberi. » » » »

QVI NOMINE Prætoris literas falſas reddidiſſe, edictúmve falſum propoſuiſſe dicetur: ex hac cauſa actione in factum pœnali tenetur: quanquã lege Cornelia reus ſit. VLP. »

SI QVIS patris ſui teſtamẽtum aboleuerit, & quaſi inteſtatus deceſſiſſet, pro hærede ſe geſſerit, atque ita demum diem ſuũ obierit: iuſtiſſime tota hæreditas paterna hæredi eius eripietur. MARC. » »

EOS QVI diuerſa inter ſe teſtimonia præbuerũt: quaſi falſum fecerint, præſcripto legis teneri pronuntiatum eſt. Et eum, qui contra ſignum ſuum falſum præbuit teſtimonium, pœna falſi teneri pronuntiatũ eſt. De impudentia eius, qui diuerſa duobus teſtimonia præbuit: cuius ita anceps fides vacillat, quin crimine falſi teneatur, nec dubitãdum eſt. Qui ſe pro MOD. »

milite geſſit, & illicitis inſignib⁹ vſus eſt, vel falſò di»plomate vias commeauit: pro admiſſi qualitate grauiſſime puniendus eſt.

SI À DEBITORE, prolato die, pignoris »obligatio mentiatur: falſi crimini locus eſt.

SI QVIS obrepſerit Præſidi prouinciæ tã per acta quâm per libelli interpellationẽ, nihil agit: imò, ſi accuſatus fuerit, pœnã temeratoris luit: perinde enim punitur, atque ſi falſum fecerit: ſunt enim reſcripta de ea re: ſufficit autem vnum argumẽti cauſa referre: cuius verba hæc ſunt, Alexander A. I. Marillo.
„ Si libello dato aduerſarius tuus veritatem in preci„bus ab eo datis non adiecit, ſubſcriptione vti nõ po„teſt: imò, ſi accuſatus fuerit, etiam pœnam ſufferre
„ debet.

LEGE Cornelia teſtamentaria obligatur, qui ſi»gnum adulterinũ fecerit vel ſculpſerit. De partu ſup»poſito ſoli accuſant parẽtes, aut ij, ad quos ea res pertinet: nõ quilibet ex populo, vt publicam accuſationem intendat.

CALL.» DIVVS Pius Claudio reſcripſit pro mẽſura cuiuſque delicti cõſtituendum in eos, qui apud Iudices inſtrumenta protulerunt, quæ vera probare non poſſunt: aut, ſi plus eos meruiſſe videatur, quâm ex forma iuriſdictionis pati poſſint: vt Imperatori deſcribatur, æſtimaturo, quatenus coerceri debeãt. Sed di»uus Marcus cũ diuo Fratre ſuo pro ſua humanitate hanc rem temperauit: vt, ſi (quod plerunque euenit) »per errorẽ huiuſmodi inſtrumẽta proferantur, igno»ſcatur eis, qui tale quicquam protulerint.

MOD. HODIE, qui edicta propoſita dolo malo cor»rumpunt: falſi pœna plectuntur. Si venditor menſu»ras publicè probatas frumẽti, vini, vel cuiuſlibet rei,

aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit: »
quanti ea res eſt, eius duplo condemnatur. decretóq; »
diui Adriani præceptum eſt, in inſulam eos relegari, »
qui pondera aut menſuras falſaſſent. »

SI QVIS falſis cōſtitutionibus, nullo authore habito, vtitur: lege Cornelia aqua & igni ĩterdicitur. »

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

L EX IVLIA repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere miniſterióve publico acceperit: vel eũ, qui ex cohorte, cuius eorum eſt. Excepit lex, à quibus licet accipere: à ſobrinis, propioréve gradu cognatis ſuis, vxoréve. MARC.

DATVR ex hac lege & in hæredes actio intra annum dúntaxat à morte eius, qui arguebatur. SCAEV.

LEGE Iulia repetundarum tenetur, qui cũ aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicãdum » vel non iudicandum decernendúmve acceperit, » MARC.

VEL QVO magis aut minus quid ex officio ſuo faceret. VEN.

IN COMITES quoq; Iudicum ex hac lege iudicium datur. MARC.

EADEM lege tenentur, qui ob denuntiandum vel non denuntiandum teſtimonium, pecuniam acceperint. » Hac lege damnatus, teſtimonium publice » dicere, aut Iudex eſſe, poſtularéve prohibetur. » Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem le- » VEN.

gendum mittendúmve, ꝗs accipiat: néve quis ob ſententiam in Senatu conſilióve publico dicendam pecuniam accipiat: vel ob accuſandum vel non accuſandum: vtque vrbani Magiſtrat⁹ ab omni ſorde ſe abſtineant: néve plus doni muneriſve in anno accipiāt, quàm quod ſit aureorum centum.

MARC. LEX IVLIA de repetundis pręcipit, ne quis ob Iudicem Arbitrúmve dandum vel mutādum iubendúmve, vt iudicet: néve ob non dandum, nō mutandum, nónve iubendum, vt iudicet: néve ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vincirive iubendum, vel ex vinculis dimittendum: néve quis ob hominem condemnandum, abſoluendúmve: néve ob litem æſtimandam, iudiciúmve capitis pecuniæve faciendum vel non faciendum, aliquid accipiat. Apparet autem, quod lex ab exceptis quidē in infinitum capere permittit: ab ijs autē, qui hoc capite enumerantur, à nullo neque vllam quantitatem capere permittit. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentúmve publice dandum, præbendum, approbandū, „ ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt. Hodie ex lege repetundarum extra „ ordinem puniuntur: & plerunque vel exilio puniun„ tur, vel etiam durius, prout admiſerint. Quid enim, ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint vel innocentem, vel quem punire non debuerāt? „ Capite plecti debent: vel certè in inſulam deportari: vt plerique puniti ſunt.

PAVL. QVOD contra legem repetundarum Proconſu„ li vel Prætori donatum eſt, non poterit vſucapi. Eadē lex vēditiones omnes, locationes, eius rei cauſa plu-

ris minoriſve factas, irritas facit: impedítque vſuſca- »
pionem prius, quàm in poteſtatem eius, à quo profe- »
cta res ſit, hæredíſve eius veniat.

QVI MVNVS publice mandatum, accepta PAP.
pecunia, ruperunt, crimine repetundarum poſtu- »
lantur.

AD LEGEM IVLIAM DE ANNONA.

CONSTITIT inter ſeruum & do- MART.
minum iudicium, ſi annonam publicã
fraudaſſe dicat dominum.

LEGE Iulia de annona, pœna VLP.
ſtatuitur aduerſus eum, qui contra an-
nonã fecerit, ſocietatémve coierit, quo annona carior »
fiat. Eadem lege cõtinetur, ne quis nauem nautâmve »
retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineãtur: »
& pœna viginti aureorum ſtatuitur. »

IMPERATORES Ver9 & Antonin9 AA. PAP.
in hæc verba reſcripſerunt, Miníme æquum eſt De- »
curiones ciuibus ſuis frumentum vilius, quâm anno- «
na exigit, vendere. Item reſcripſerunt, vt ius non eſ- «
ſet ordini cuiuſque ciuitatis pretium grani, quod in-
uenitur, ſtatuere. Item in hæc verba reſcripſerũt, Et- »
ſi non ſolent hoc genus nuntiationis mulieres exer- »
cere: quia tamen demonſtraturam te ea, quæ ad vti- »
litatem annonæ pertinent, polliceris, Præfectum an- »
nonæ docere potes.

VLP. » LEGE IVLIA peculat⁹ cauetur, ne » quis ex pecunia ſacra religioſa publi» câve auferat, nêve intercipiat, nêve in » rem ſuam vertat, nêve faciat, quò quis » auferat, intercipiat, in rem ſuam vertat: niſi vti cuiq; lege licebit: nêve quis in aurum, ar» gentum, æs publicum, quid indat, nêve immiſceat: » nêve, quò quid indatur, immiſceatur, faciat ſciẽs do» lo malo, quò id peius fiat.

PAVL. » LEGE Iulia de reſiduis tenetur, qui publicã pecuniam delegatam in vſum aliquem, retinuit, neque in eum vſum conſumpſit.

VLP. PECVLATVS pœna, aquæ & ignis interdi» ctionem, in quam hodie ſucceſſit deportatio, cõtinet. » Porrò, qui in eum ſtatum deducitur, ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit.

MART. » LEGE IVLIA peculatus tenetur, qui pecu» niam ſacram, religioſam abſtulerit, vel interceperit. » Sed, & ſi donatam Deo immortali abſtulerit, pecula» tus pœna tenetur. Mandatis autem cauetur de ſacri» legis, vt Præſides ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirãt, &, prout quiſque deliquerit, in eum animaduertant: & ſic cõſtitutionibus cauetur, vt ſacrilegi extra ordinem digna pœna puniãtur. Lege Iulia de re» ſiduis tenetur is, apud quem, ex locatione, emptio» ne, alimentaria ratione, ex pecunia, quam acceperit, » aliâve qua ex cauſa, pecunia publica reſedit. Sed &, » qui pecuniam publicam in vſum aliquem acceptam » retinuerit, nec erogauerit: hac lege tenetur: qua lege » damnatus, ampli⁹ tertia parte, quàm debet, punitur.

Non ſit locus religioſus, vbi theſaurus inuenitur. Nã, & ſi in monumento inuentus fuerit, non quaſi religioſus, tollitur. Quod enim ſepelire quis prohibetur, id religioſum facere non poteſt. at pecuniam ſepelire quis non poteſt, vt & mandatis Principalibus cauetur. Sed, & ſi de re ciuitatis aliquid ſurripiatur, conſtitutionibus Principũ Diuorũ Traiani & Adriani cauetur peculatus crimen cõmitti. & hoc iure vtimur.

DIVI Verus & Antoninus Caſſio Feſto reſcripſerunt, res priuatorum ſi in ædem ſacram depoſitę ſurreptæ fuerint: furti actionem, non ſacrilegij eſſe.

SACRILEGII pœnam debebit Proconſul pro qualitate perſonæ, próque rei conditione & temporis & ætatis & ſexus, Seuerius vel Clemẽtius ſtatuere. & ſcio multos etiã ad beſtias damnaſſe ſacrilegos: nõnullos etiam viuos exuſſiſſe: alios verò in furcas ſuſpendiſſe. Sed moderanda pœna eſt vſq; ad beſtiarum damnationem eorum, qui manu facta tẽpla effregerũt, & dona Dei noctu tulerũt. Cæterũ, ſi quis interdiu modicum aliquid ex tẽplo tulit, pœna metalli coercendus eſt: aut, ſi honeſtiore loco natus ſit, deportandus is in inſulam eſt. Qui, cũ in moneta publica operantur, extrinſecus ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatam furantur: ij non videtur adulterinam monetam exercuiſſe, ſed furtum publicæ monetæ feciſſe: quod ad peculatus crimẽ accedit. Si quis ex metallis Cæſarianis aurũ argentũmve furatus fuerit: ex edicto diui Pij exilio vel metallo (prout dignitas perſonæ patitur) punitur. Is autẽ, qui furanti ſignum præbuerit, perinde habetur, ac ſi manifeſti furti condẽnatus eſſet: & famoſus efficitur. Qui autem aurũ ex metallo habuerit illicite, & conflauerit, in quadruplum condemnatur. VLP.

VEN. PECVLATVS crimen ante quinquennium » admiſſum obijci non oportebit.

QVI TABVLAM AEREAM, leges formámve agrorum aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit: lege Iulia peculat⁹ tenetur. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publícis deleuerit vel induxerit.

PAVL. SACRILEGII CAPITE puniuntur. » Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilauerint. At, qui priuata ſacra, vel ędiculas incuſtoditas tẽ » tauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrile» gi merentur. Quare, quod factum quódve admiſſum in ſacrilegij crimen cadat, diligenter conſyderandum » eſt. Labeo libro XXXVIII Poſteriorum pecula» tum definit pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum non » ab eo factum, cuius periculo fuit. & ideo Æدituum » in ijs, quæ ei tradita ſunt, peculatum non admittere. » Eodem capite inferius ſcribit, non ſolum pecuniam » publicam, ſed etiam priuatam crimen peculatus facere: vt, ſi quis, quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorem, acceperit: quanuis priuatam pecuniam abſtulerit. Is autem, qui pecuniam traijciẽdam ſuſcepit, vel quilibet alius, ad cuius periculũ pecunia pertinet, peculatum non committit. Senatus iuſſit lege » peculatus teneri eos, qui iniuſſu eius, qui ei rei præe» rit, tabularum publicarũ inſpiciendarum deſcribendarûmque poteſtatem fecerint. Eum quoque, qui pe » cuniam publicam in vſus aliquos retinuerit, nec ero» gauerit: hac lege teneri Labeo lib. XXXVI. Poſteriorum ſcripſit.

IAB. CVM EO AVTEM, qui, cum in prouinciam abiret, pecuniam, quæ penès ſe eſſet, ad ærariũ profeſſus, retinuerit: non eſſe reſiduæ pecunię actionem:

quia eam priuatus fiſco debebat: & ideò inter debitores eum fieri: eámque ab eo is, qui hoc imperio vtitur, exiget, id eſt, pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo. Sed eam quoque lex Iulia reſiduorum poſt annum reſiduam eſſe iuſſit.

HAC LEGE TENETVR, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid venierit aut locauerit, ſcripſerit, aliúdve quid ſimile commiſerit. Diuus Verus & Antoninus quendam clariſs. iuuenem cum inuẽtus eſſet arculam in templo deponere, ibíque hominem includere, qui poſt clauſum templum de arca exiret, & de templo multa ſubtraheret, & ſe in arculam iterum referret: cõuictum in inſulam deportauerunt. MART.

QVI PERFORAVERIT muros, vel inde aliquid abſtulerit: peculatus actione tenetur. VLP.

PECVLATVS NEQVAQVAM cõmittitur, ſi exigam ab eo pecuniam, qui & mihi & fiſco debet. Non enim pecunia fiſci intercipitur, quę debitori eius aufertur, ſcilicet quia manet debitor fiſci nihilominus. MARC.

IS, QVI prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, lege peculatus tenetur, & in quadruplum damnatur. MOD.

PVBLICA IVDICIA peculatus & de reſiduis & repetundarum ſimiliter aduerſus hæredẽ exercentur: nec immerito, cum in his quæſtio principalis ablatæ pecuniæ moueatur. PAP.

AD LEGEM IVLIAM AMBITVS.

MOD. HAEC LEX IN VRBE hodie ceſſat: quia ad curã Principis, Magiſtratuum creatio pertinet, non ad Populi fauorem. Quòd, ſi in municipio cõtra hanc legem Magiſtratum aut Sacerdotium quis petierit, per Senatuſconſultum in c aureos cum infamia punitur. qua lege damnatus, ſi alium conuicerit, in integrum reſtituitur: non tamen pecuniam recipit. Item is, qui nouum vectigal inſtituerit, ex Senatuſconſulto hac pœna plectetur. Et, ſi quis reus vel accuſator domum Iudicis ingrediatur: per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus cõmittit, id eſt, aureos c fiſco inferre iubetur.

AD LEGEM FLAVIAM DE PLAGIARIIS.

VLP. SI LIBERVM hominem emptor ſciens emerit, capitale crimen aduerſus eũ ex lege Flauia de plagio naſcitur: quo venditor quoque fit obnoxi9 ſi ſciens liberum eſſe, vendiderit.

SCIENDVM eſt legem Flauiã ad eos nõ pertinere, qui, cum abſentes ſeruos haberent, eos vẽdiderint: aliud enim eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe. Item non pertinere ad eum, qui mandauerit ſeruum fugitiuum proſequendum & diſtrahẽdum: nec enim fugam vendidit. Hoc amplius dicẽdum eſt, ſi quis mãdauit Titio ſeruum fugitiuum deprehendendum, vt ſi eum apprehendiſſet, eum emptum haberet: ceſſare Senatuſconſultum. Hoc autem s. c. domini quo-

que continentur, qui fugam ſeruorum ſuorum vendiderunt.

LEGIS FLAVIAE crimine ſuppreſſi mancipij bona fide poſſeſſor non tenetur, id eſt, qui ignorabat ſeruum alienum. &, qui volũtate domini id putabat eum agere. & ita de bonæ fidei poſſeſſore ipſa lex ſcripta eſt: nam adijcitur, ſi ſciens, dolo malo hoc fecerit. & ſępiſſime à Principibus Vero & Antonino cõſtitutum eſt, vt bonæ fidei poſſeſſores hac lege nõ teneantur. Illud non eſt omittẽdum, quòd exemplo legis Aquiliæ, ſi is, propter quem quis in Flauiam cõmiſit, deceſſerit: adhuc accuſatio & pœna legis Flauiæ ſupereſt, vt Diui Verus & Antoninus reſcripſerunt. MART.

LEGE Flauia tenetur, qui ſciens hominẽ liberũ donauerit, vel in dotem dederit. Itẽ, qui ex earũ qua cauſa, ſciens liberum eſſe, acceperit: in eadem cauſa eſſe debet, qua venditor & emptor habentur. Idẽ eſt, etiam ſi pro eo res permutata fuerit. VLP.

EVM, qui fugitiuum alienũ ſuſcepiſſe & celaſſe doceatur: ex eo, quòd proprietatis quæſtionem referret, crimen, ſi probetur, euitare minime poſſe. MOD.

NON STATIM plagiarium eſſe, qui furti crimine ob ſeruos alienos interceptos tenetur, Diuus Adrianus in hæc verba reſcripſit, Seruos alienos, qui ſollicitauerit aut interceperit: crimine plagij, quod illi intenditur, teneatur nécne, facti quæſtio eſt: & ideò non me conſuli de ea re oportet: ſed, quod veriſſimũ in re præſenti cognoſcitur, ſequi Iudicem oportet. Planẽ ſcire debet poſſe aliquem furti crimine ob ſeruos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen ſtatim plagiarium eſſe exiſtimari. Idem Princeps de eadem re in hęc verba reſcripſit, Apud quem vnus aut CALL.

» alter fuerit fugitiu⁹ inuētus, qui operas ſuas locauerit, » vt paſceretur: vtiq; ſi idem ātea apud alios opus fece» rit, hunc ſuppreſſorem nō iure quis dixerit. Lege Flauia cauetur, vt liber, qui hominem ingenuum vel libertinum inuitum celauerit, & vinctum habuerit, emerit ſciens dolo malo: quíve in earum qua re ſocius erit, quíque ſeruo alieno ſeruǽve perſuaſerit, vt à domino dominâve fugiat, vel eū eámve inuito vel neſciente domino dominâve celauerit, vinctum habuerit, emerit ſciēs dolo malo, quíve in ea re ſocius erit, » eius pœna teneatur.

HERM. POENA PECVNIARIA ſtatuta lege Flauia, in vſu eſſe deſijt. nam in hoc crimine detecti, pro » delicti modo coercentur: & plærunque in metallum damnantur.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILIANVM ET DE ABOLITIONIB.

MARC. » ACCVSATORVM temeritas trib⁹ » modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. Aut enim calūniātur: aut præuaricantur: aut tergiuerſantur. Ca» lumniari eſt falſa crimina intendere. » præuaricari verò eſt vera crimina abſcondere. tergi» uerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Calū» niatoribus pœna lege Rhemia irrogatur. Sed non v» tique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur: qui, reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſit. &, ſi quidem eius iuſtum errorem repererit, abſoluit eum. Si verò in euidenti calumnia

eum deprehenderit, legitimam pœnā ei irrogat. quorum alterutrum ipſius verbis pronuntiationis manifeſtatur. Nam, ſi quidem ita pronuntiauerit, Nō probaſti. pepercit ei. ſi autem pronuntiauerit, Calumniatus es. condemnauit eum: &, quanuis nihil de pœna ſubiecerit: tamen legis poteſtas aduerſus eum exercebitur. Nam, vt Papinianus reſpondit, facti quidē quæſtio in arbitrio iudicantis eſt: pœnæ verô perſecutio non eius voluntati mādatur, ſed legis authoritati reſeruatur. Quæri poſſit, ſi ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temere accuſaſſe videtur. an calūniatorem pronuntiaſſe videatur. Et Papinianus temeritatem, facilitatis veniam continere: & inconſultum calorem, calumniæ vitio carere: & ob id hūc nullam pœnam ſubire oportere reſpondit. Præuaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui colludit cū reo, & trāſlatitiê munere accuſandi defungitur, eo quôd proprias quidem probatiões diſſimularet, falſas verô excuſationes admitteret. Siquis autē ab accuſatione citra abolitionem deſtiterit, punitur. Abolitio priuatim à Præſidibus poſtulari ac impetrari ſolet: item pro tribunali, non de plano: nec Præſes hanc cognitionem alteri demandare poteſt. Si plura crimina idem eidem intulerit, ſingulorum abolitionē debet petere· alioqui, prout quid admiſerit, eius nomine Senatuſconſulti pœnam patietur. Accuſationem is intulit, qui præſcriptione ſummoueri poterat, vt quilibet adulterij maſculo poſt quinque annos continuos ex die cōmiſſi adulterij: vel fœminæ poſt ſex menſes vtiles ex die diuortij. An, ſi deſtiterit, hoc ſenatuſconſulto plecti debeat, nécne? Dubitatur. mouet, quôd penê nulla erit accuſatio, quam temporis ſpatiū, aut perſonæ vitiū omnimodo remoueret, reô

que ſecuritatem timoris ac periculi permitteret. contrà mouet, quòd qualiſcũque accuſatio illata, cognoſcentis authoritate, non accuſantis voluntate aboleri „ debet: maioréque odio dignus exiſtimaretur, qui te„ mere ad tam improbam accuſationem proceſſiſſet. Ergo verius eſt eum quoque, de quo loquimur, in Se„ natuſconſultum incidere oportere. Atqui Papinian9 „ reſpondit mulierem, quæ idcirco ad falſi accuſationem non admitteretur, quòd ſuam ſuorúmve iniu„ riam non perſequeretur, deſiſtentem, Senatuſconſul„ to Turpiliano nõ plecti. Nũ ergo & in cæteris idem reſponſurus ſit? Quid enim intereſt, propter ſexus infirmitatem, an propter ſtatus turpitudinem, temporiſve finem, ad accuſationem aliquam non admittatur? Multóque magis excludendi ſunt, quòd mulieris quidem accuſatio vel propter proprium eius dolorem, effectum habere potuerit: illorum autẽ accuſatio voce dûntaxat hacten9 interuenit. Atqui idem „ aliâs ſcribit non poſſe aliquem duos eodem tempore „ adulterij accuſare marem & fœminam: & tamẽ, ſi v„ troſque ſimul denuntiauerit, in vtriuſque perſona a„ bolitionem eum petere debere, ne in hoc Senatuſcõſultum incidat. Quid porrò refert, propter cauſas ſuprâ ſcriptas accuſatio nõ valuerit, an propter numerum perſonarum non tenuerit? an hoc interſit, plenã habuerit aliquis accuſãdi facultatẽ, ſed propter perſonarum coniunctionem ab hac accuſatione ſummoueatur: an verò ſtricta ratione quibuſdam accuſandi facultas non competat? Meritò itaque dicẽdum eſt, omnes, excepta muliere & minore, niſi abolitionem „ petierint, in hoc Senatuſconſultum incidere. Su„ ſpecti tutoris accuſatio pro tribunali tantum exami„ nari poteſt: & nullus alius de huiuſmodi quæſtione

quâm Præſes prouinciæ pronuntiare poteſt : & tamẽ, qui ab ea deſtiterit, Senatuſconſulto non tenetur. Itẽ, ſi dicatur aliquis in Senatuſconſultum incidiſſe Turpilianum, Præſidis erit ſuper ea re notio: & tamen cõ » tra deſertorem Senatuſcõſulti non interuenit cõerci» tio. Qui autem dicit quem in Senatuſconſultum inci» diſſe, accuſator non eſt. Incidit in hoc Senatuſconſultum &, qui accuſatorem ſummittit, aut qui in» ſtigat, aut qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accu» ſationẽ capitalem, dando probationes, allegando accuſationes: & meritò· nam, diffidendo crimini, quod mouet, & eximendo ſe periculo calumniæ vel deſertionis, meritò calũniantis & deſiſtentis pœnæ ſubijci debuit, niſi ſubornatus accuſator probauerit crimen, quod intẽdere ſuſcepit. nec intereſt, per ſe mãdauerit accuſationẽ, an per alium. verûm hunc, qui hoc miniſterio vſus eſt ad mandandam accuſationem, non ex » verbis, ſed ex ſententia Senatuſconſulti puniri Papi» nianus reſcripſit· Summiſſus enim accuſator ſimiliter » eodem Senatuſconſulto plectitur': id eſt propter hoc » ſolum punitur, quôd miniſterium alieni timoris recepit. Reus cõdemnatus prouocauit: deinde accuſator deſtitit. an in hoc Senatuſconſultum incidit? Propè eſt, vt incidiſſe videatur, quia prouocationis re» » medio, condemnationis extinguitur pronuntiatum. »

QVI DESTITIT, agere amplius & accuſare prohibetur. » PAVL.

ET IN priuatis & in extraordinarijs criminib9 omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate ad» » miſſi plectuntur.

MVLIER, quæ falſi crimen iniuriæ propriæ, PAP. poſt interpoſitam denuntiationem deſiſtens, omiſit: Senatuſconſulto Turpiliano teneri nõ videtur. Poſt »

» abolitionē idem crimen ab eodem in eundem inſtaurari non poteſt.

PAVL. QVAESITVM eſt,an is,qui libello Principi dato,falſum ſe obiecturum minatus eſt:ſi nō obieciſſet, » Turpiliano S. C. teneretur. Paulus reſpondi verbis » Senatuſconſulti Turpiliani eum,de quo quæritur, nō contineri.

ABACCVSATIONE deſtitit,qui cum ad» uerſario ſuo de compoſitione eius criminis,quod in» tendebat, fuerit locutus. Animo ab accuſatione deſtitit, qui affectum & animum accuſandi depoſuit. » Deſtitiſſe videtur,qui intra præfinitum accuſationis » à Præſide tempus, reum ſuum non peregerit. Nun» tiatores,qui per notoria incidia produnt, notorijs ſuis aſſiſtere iubentur. Calumniæ cauſa puniuntur,qui in fraudem alicuius librū vel teſtimonium aliūdve quid conquiſiſſe vel conſcripſiſſe vel in iudicium protuliſſe dicuntur.

VLP. SIQVIS repetere velit crimen, publica abolitione interueniēte:eo iure repetit,quo accuſabat. Neque enim poſſunt præſcriptiones obijci ei, quæ ante » abolitionem non ſunt obiectæ. & ita diuus Adrianus » reſcripſit. Si ſtellionat⁹ quis obiecerit vel expilatæ hæreditatis crimen, & deſtitit: pœnam Senatuſconſulti Turpiliani non ſubibit, nec furti vel iniuriarum, ſed officio Iudicis culpa eius coërcebitur.

PAVL. » ABOLITIO aut publicè fit ob diem inſignē, aut ob publicam gratulationem,

MART. » VEL OB rem proſpere geſtam,

PAP. AVT PRIVATIM actore poſtulante. Tertio genere fit ex lege abolitio mortuo accuſatore, vel ex iuſta cauſa impedito,quo minus accuſare poſſit. Abolitione autem publicè facta,non retractabitur in

iudicio repetendo de mariti iure. Triginta dies repe- tendi rei diuus Adrianus vtiles eſſe interpretatus eſt: » ex die ſcilicet, quo feriæ finitæ ſunt. & Senat⁹ cenſuit » eos dies cedere, quibus quiſque reum ſuum repetere poſſit. Hoc autem repetendi rei tempus non aliter ce- dit, quàm ſi accuſator quoque potuit adire.

QVAEREBATVR, an ij, qui ab accuſatiõe tẽ- pore excluſi eſſent, in Senatuſconſultum Turpilianũ inciderent. Reſpondi non oportere dubitari, calum- » niæ non puniri eos, qui præſcriptione temporis exclu- » ſi, cauſam adulterij perferre non potuerunt.

INTERVENIENTE publica abolitione VLP. ex Senatuſconſulto, vt fieri aſſolet, vel ob lætitiam ali- » quam, vel ob honorem domus diuinæ, vel ex qua alia » cauſa, ex qua Senatus cenſuit abolitionem reorum fie- » ri: nec intra dies præſtitutos reum repetierit: dicen- dum eſt ceſſare Turpilianum Senatuſcõſultum. Nec enim videtur deſiſtere, qui exemptum reum non de- fert. Eximitur autem reus publica abolitione inter- ueniente.

DESTITISSE eum accipimus, qui in totum PAVL. animum agendi depoſuit: non qui diſtulit accuſatio- » nẽ. Sed, qui permiſſu Imperatoris ab accuſatione de- » ſtitit, impunitus eſt.

DIVVS Adrianus Fl. Caro Procõſuli Cretæ re- VLP. ſcripſit tutorẽ, qui pupilli cauſa inſtituerat accuſatio- » nem: defuncto pupillo, cuius cauſa accuſare cœperat, non eſſe cogendum accuſationem implere.

IN S.C. Turpilianum incidunt, qui ſubieciſſent MARC. accuſatores: aut ſubiecti poſtulaſſent, nec peregiſſent » reos: aut aliter quàm abolitiõe facta deſtitiſſent: qui- » que chirographũ ob accuſandum dediſſent, pactio- » nẽmve aliquam interpoſuiſſent. Hoc autem verbum

peregiſſent, ad vniuerſos ſupraſcriptos pertinere dicendum eſt. An ad eos, qui hodie de iudicijs publicis extra ordinem cognoſcunt, Senatuſconſultum » pertineat, quæritur? Sed iam hoc iure ex ſacris con» ſtitutionibus vtimur, vt pertineat; ita, vt ex ſingulis cauſis ſingulæ pœnæ irrogentur. Eos, de quorum ca» lumnia agi non permittitur, ſi deſtiterint, non incide » re in pœnam huius Senatuſconſulti, conſtitutionibus cauetur. Si propter mortem rei accuſator deſti» terit, non poteſt hoc ſenatuſconſulto teneri: quia mor » te rei iudicium ſoluitur: niſi tale crimen fuerit, cuius » actio aduerſus hæredes durat, veluti maieſtatis. Idem » in accuſatione repetũdarũ eſt: quia hæc quoque morte non ſoluitur. Cæterũ, ſi poſtea quàm accuſator de» ſtitit, reus deceſſerit: non ideò magis delictum accuſa » toris releuatur. Nam eum, qui ſemel deſtitit, ſi poſtea » accuſare paratus ſit, non eſſe audiendum diui Verus » & Antoninus ſtatuerunt. Qui poſt inſcriptionẽ ante litem conteſtatam vel anno vel biennio agere non po » tuerunt, varijs Præſidum occupationibus vel etiam ci » uilium officiorũ neceſſitatibus diſtricti, in Senatuſcon ſultum nõ incidunt. Quanquam prius reum quis detulerit: & poſt abolitionẽ antè, quàm reus repeteretur, intra triginta dies alia abolitio ſuperuenerit: non ex ſuperiore, ſed ex ſecunda abolitione dies triginta computantur.

PAVL. » DOMITIANVS reſcripſit, quod de ferijs & de abolendis reis dicitur, non pertinere ad ſeruos: » qui accuſati, in vinculis eſſe iubentur, donec iudiciũ finiatur.

MOD. L. TITIVS Seiũ reũ falſi fecit, & prius, quàm perſequeretur, indulgentia reorum crimina abolita ſunt. quæro, ſi poſtea eum iteratò reum non fecerit:

an in Turpilianum Senatuſconſultũ inciderit? Modeſtinus reſpondi. abolitionem reorum, quæ publicè » indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.

» IMPERATORES Verus & Antoninus AA, I. Seuero reſcripſerunt, cum ſatis diu litem traxiſſe diceretur: inuito aduerſario non poſſe eum abolitionem accipere. Item reſcripſerunt, niſi euidenter » probetur conſentire aduerſarium, abolitionem non dari. Item reſcripſerunt, cum in crimine capitali abo- » litionem vt in re pecuniaria petitã eſſe diceretur: inſtaurandam eſſe nihilominus cognitionem: &, ſi nõ probaſſet hoc, quod proponeret, non impunè eum laturum. PAP.

DE REQVIRENDIS REIS, VEL ABSENTIBVS DAMNANDIS.

» DIVI VERVS & Antoninus magni reſcripſerunt, ne quis abſens puniatur. & hoc iure vtimur, ne abſentes damnentur. Nec enim inaudita cauſa quenquam damnari, æquitatis ratio patitur. » Si autem grauius quis puniatur, puta in opus metalli, vel ſimilem pœnam, ſiue capitalem: hoc caſu nõ eſt irroganda in abſentem pœna: ſed abſens requirẽdus » annotandus eſt, vt copiam ſui præſtet. Præſides autẽ » prouinciarũ circa requirendos annotatos hoc debent » facere, vt eos, quos annotauerint, edictis adeſſe iubeant: vt poſſit innoteſcere eos, qui adnotati ſunt. ſed & literas ad Magiſtratus, vbi conſiſtunt, mittere, vt per eos poſſit innoteſcere requirẽdos reos eſſe annotatos: & ex hoc annus cõputetur ad ſe purgandos. » Sed & Papinianus lib. x v reſponſ. ſcribit requiren- » MART.

dum annotatum, ſi prouinciæ Præſidem intra annũ adierit, & ſatis obtulerit: non eſſe locum mandatis, vt » bona fiſco vendicentur. Nam, & ſi intra annum mortuus ſit, criminis cauſa expirat & perit, & bona eius ad ſucceſſores tranſmittuntur.

MARC. ANNI ſpatium ad occupanda bona eius, qui requirendus annotatus eſt, pertinet. Sed ſi per viginti » annos bona fiſcus nõ occupauerit: poſtea præſcriptio» ne vel ab ipſo reo vel ab hæredibus ei⁹ ſũmouebitur.

MART. QVANCVNQVE enim quæſtionem apud » fiſcũ (ſi nõ alia ſit propria præſcriptio) viginti anno» rum ſilentio præſcribi diui Principes voluerunt.

MARC. ANNVS exinde computãdus eſt, ex quo ea annotatio facta eſt, quæ vel edicto, vel etiã literis ad Ma» giſtratum factis publicè innotuit. Ergo & viginti annorum tẽpus exinde fiſco numeratur, ex quo annotatio publicè innotuit. In ſumma ſciendum eſt nulla tẽ» poris præſcriptione à cauſæ defenſione ſummoueri eum, qui requirendus annotatus eſt.

MOD. » MANDATIS cauetur, intra annum, requirẽ» dorum bona obſignari: vt, ſi redierint, & ſe purgaue» rint, integram rem ſuam habeant: ſi neque redierint, » neque, qui ſe defendant, habuerint, tunc poſt annum » bona in fiſcum cogantur: & intra annum medio tem» pore, mouẽtia, ſiqua ſunt, ne aut mora deteriora fiãt, » aut aliquo modo intereãt, vẽnire debere, pretiúmq; » eorum in depoſito eſſe, diui Verus & Antoninus ſan» xerunt. Sed & diuus Traianus inter mouẽtia fructus » quoque haberi reſcripſit. Curãdum eſt autẽ, ne quid » ei, qui profugit, medio tempore à debitoribus eius ſoluatur: ne per hoc fuga eius inſtruatur.

N CRIMINIBVS ſcrutandis quæ- VLP.
ſtio adhiberi ſolet. ſed quando vel qua-
1 tenus id faciendum ſit, videamus. Et nõ
eſſe à tormentis incipiendum diuus Au-
guſtus cõſtituit: neque adeò fidem quæ-
ſtioni adhibendam epiſtola diui Adriani ad Senni-
um Sabinum continetur. verba reſcripti ita ſe habẽt,
Ad tormenta ſeruorum ita demum veniri oportet,
cum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita pro-
bationi admouetur, vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe
videatur. Idem diuus Adrianus Cl. Quartino reſcri-
pſit: quo reſcripto illud expreſſit, à ſuſpectiſſimo inci-
piendum, & à quo facillime poſſe verum ſciri, Iudex
crediderit. Ad quæſtionem non eſſe prouocãdos eos,
quos accuſator de domo ſua produxerit, nec facilè cre-
dendum ſubiectam eam eſſe, quam ambo parentes
dicuntur charam filiam habuiſſe, reſcripto diuorum
Fratrum ad L. Tiberianum emiſſo declaratur. Iidem
Cor. Proculo reſcripſerunt, non vtique in ſerui vnius
quæſtione fidẽ rei cõſtituendam, ſed argumẽtis cau-
ſam examinandã. Diuus Antoninus & diuus Adria-
nus Seruio Sabino reſcripſerunt, cum ſerui pariter
cum domino aurum & argentum exportaſſe diceren-
tur, non eſſe de domino interrogandos: nec quidem,
ſi vltro aliquid dixerint, obeſſe hoc domino. Diui Fra-
tres Leuiano Longiano reſcripſerunt de ſeruo hære-
dum non eſſe habendam quæſtionem in res hæredi-
tarias, quanuis ſuſpectus eſſet, quòd imaginaria ven-
ditione dominium in eo quæſiſſe videretur hæres. Ser-
uum municipum poſſe in caput ciuium torqueri, ſæ-
piſſime reſcriptum eſt: quia nõ ſit illorum ſeruus, ſed

Reip. Idémque in cæteris ſeruis corporũ dicendum eſt: nec enim plurium ſeruus videtur, ſed corporis. Si ſeruus bona fide mihi ſeruiat, etiam ſi dominium in eo non habeã: poteſt dici torqueri eum in caput meũ nõ debere. Idem eſt & in libero homine, qui mihi bo„ na fide ſeruit. Sed nec libertũ torqueri in patroni ca„ put, conſtitutũ eſt: nec quidem fratrẽ in fratris, Impe„ rator noſter cũ diuo fratre ſuo reſcripſit: addita ratione, quòd in quem quis inuitus teſtimoniũ dicere non „ cogitur, in eũ nec torqueri debeat. Seruũ mariti, in ca„ put vxoris poſſe torqueri, diuus Traian9 Seruio Quar„ to reſcripſit. Idem Nummio Iuliano reſcripſit damnati ſeruos, qui deſierunt eſſe ipſius, poſſe in eum torqueri. Si ſeruus ad hoc erit manumiſſus, ne torqueatur: dũmodo in caput domini non torqueatur, poſſe „ eum torqueri diuus Pius reſcripſit. Sed & eũ, qui cognitionis ſuſceptæ tẽpore alienus fuit: licet poſtea rei „ ſit effectus: torqueri in caput eius poſſe, diui Fratres reſcripſerunt. Siquis dicatur nullo iure emptus, non prius torqueri poterit, quàm ſi conſtiterit venditionẽ „ non valuiſſe. & ita imperator noſter cum diuo patre „ ſuo reſcripſit. Antoninus Seuerus Septitio Antigo„ no ita reſcripſit, Cum quæſtio de ſeruis contra domi„ nos neque haberi debeat, neque, ſi facta ſit, dicturi „ ſententiam conſiliũ inſtruat: multo minus iudicia ſer„ uorum contra dominos admittenda ſunt. Diuus Se„ uerus reſcripſit, confeſſiones reorum pro exploratis „ facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. Cum quidam deponere pretium ſerui paratus eſſet, vt ſeruus torquere„ tur contra dominum, Imperator noſter cum diuo fratre ſuo id non admiſit. Si ſerui quaſi ſceleris participes, in ſe torqueantur, déque domino aliquid fue-

rint confeſſi, apud iudicem, pro vt cauſa exegerit, ita pronuntiare eum debere diuus Traianus reſcripſit. Quo reſcripto oſtenditur grauari dominos confeſſione ſeruorum. ſed ab hoc reſcripto receſſum, conſtitutiones poſteriores oſtendunt. In cauſa tributorum, (in quibus eſſe Reip. ſeruos nemini dubium eſt) periculi quoque ratio, quod ſeruo fraudis conſcio capitalem pœnam denuntiat, eiuſdē profeſſionem inſtruat. Qui quęſtionem habiturus eſt, nō debet ſpecialiter interrogare, an L. Titius homicidiū fecerit: ſed generaliter quis id fecerit· alterum enim magis ſuggerentis quàm requirentis videtur. & ita diuus Adrianus reſcripſit. Diuus Adrianus Calpurnio Celeriano in hæc verba reſcripſit, Agricola Pompeij Valentis ſeruus de ſe poteſt interrogari: &, ſi, dū quęſtio habebitur, amplius dixerit: rei fuerit iudiciū, non interrogantis culpa. Quæſtioni fidē nō ſemper, nec tamen nunquam habendam, cōſtitutionibus declaratur· Etenim res eſt fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallat· Nam plerique patientia ſiue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit. Alij tanta ſunt impatientia, vt in quouis potius mētiri quàm pati tormēta velint: & ita fit, vt etiam vario modo fateantur: vt non tantum ſe, verumetiam alios criminentur. Præterea inimicorum quæſtioni fides haberi non debet: quia facilè mentiuntur. nec tamen ſub prætextu inimicitiarū detrahēda erit fides quęſtioni: ſed cauſa cognita habenda fides, aut non habenda. Cum quis latrones tradiderit: quibuſdam reſcriptis cōtinetur nō debere fidē haberi eis in eos, qui eos tradiderūt. Quibuſdam verò, quæ ſunt pleniora, hoc cauetur, vt neque diſtrictius hoc habeatur, vt in cęterorum perſo-

na debet, ſed cauſa cognita æſtimetur, habenda fi-
des ſit, nécne. Plerique enim, dum metuunt, ne for-
te apprehenſi eos nominent, prodere eos ſolent: ſci-
licet impunitatem ſibi captantes: quia non facilè eis
indicātibus proditores ſuos, creditur. Sed neque paſ-
» ſim impunitas eis per huiuſmodi proditiones conce-
» denda eſt: neque tranſmittenda eſt allegatio dicentiū
» idcirco ſe oneratos, quòd eos ipſi tradidiſſent. Neque
» enim inualidum argumentum haberi debet menda-
cij ſiue calumniæ in ſe inſtructæ. Siquis vltro de
» maleficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt.
» Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de cau
» ſa in ſe confitentur. & extat epiſtola diuorum Fratrū
» ad Vocumium Saxam, qua continetur liberandum
» eum, qui in ſe fuerat confeſſus, cuius poſt damnatio-
nem, de innocentia conſtitiſſet. cuius verba hęc ſunt,
,, Prudenter, & egregia ratione humanitatis, Saxa cha
,, riſſime, Primitiuum ſeruum, qui homicidium in ſe cō
,, fingere metu ad dominum reuertēdi ſuſpectus eſſet,
,, perſeuerante falſa demonſtratione damnaſti, quæſi-
,, turus de conſcijs, quos æquè habere ſecum mentitus
,, fuerat: vt ad certiorem ipſius de ſe confeſſionem per-
,, uenires. Nec fruſtra fuit tam prudēs cōſilium tuum:
,, cum in tormentis conſtiterit, neque illos ei conſcios
,, fuiſſe, & ipſum de ſe temere commentum. Potes itá-
,, que decreti gratiam facere: & eum per officiū diſtra-
,, hi iubere, conditione addita, vt ne vnquam in pote-
,, ſtatem domini reuertatur: quem pretio accepto certū
,, habemus libenter tali ſeruo cariturum. Hac epiſtola
ſignificatur, quòd, ſi ſeruus damnatus, fuiſſet reſtitu-
tus, ad eum pertinebit, cuius fuiſſet antè, quàm dam-
naretur. Sed Præſes prouincię eum, quem damnauit,
reſtituere nō poteſt: cum nec pecuniariam ſententiā

ſuam reuocare poſſit. Quid igitur? Principi eum ſcribere oportet, ſiquando ei eius, qui nocens videbatur, poſtea ratio innocentiæ conſtiterit.

HAEREDITARII ſerui, quandiu incertum eſt, ad quem bona pertineant, non poſſunt videri in caput domini torqueri poſſe. VLP.

CONSTITVTIONE Imperatoris noſtri & » diui Seueri placuit plurium ſeruum, in nullius caput » torqueri poſſe.

DE INCESTV (vt Papinianus reſpondit, & » eſt reſcriptum) ſeruorum tormenta ceſſant: quia & » lex Iulia ceſſat de adulterijs. »

SI QVIS, viduam vel alij nuptam, cognatam MART. cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit: » in inſulam deportandus eſt: quia duplex crimen eſt: » inceſtum, quia cognatam violauit contra fas: & adul- » terium vel ſtuprum adiungit. Denique hoc caſu ſerui » in perſonam domini torquentur.

PATRE vel marito adulterij agente, & poſtulā- VLP. tibus, de ſeruis rei vt quæſtio habeatur: ſi verè cauſa perorata teſtibus prolatis abſolutio ſecuta fuerit: mā- cipiorum, quæ mortua fuerint, æſtimatio habetur. ſe- » cuta verò damnatione, quæ ſuperſunt, publicantur. » Cum de falſo teſtamento quæritur, hæreditarij ſerui » poſſunt torqueri.

QVAESTIONIS modum magis eſt Iudices » arbitrari oportere. Itáque quæſtionē haberi oportet: » vt ſeruus ſaluus ſit vel innocentiæ, vel ſupplicio. »

» EDICTVM diui Auguſti, quod ꝓpoſuit Iun. PAVL. Auito L. Aproniano COSS. in hunc modū extat, Quæſtiones neque ſemper, neque in omni cauſa & « perſona deſyderari debere arbitror: ſed cū capitalia & « atrociora maleficia nō aliter explorari & inueſtigari «

,, poſſunt, quàm per ſeruorum quæſtiones: quas & effi
,, caciſſimas eſſe ad inquirendam veritatem exiſtimo,
,, & habendas cenſeo. Statuliberi in adulterio poſtula-
ri poterit, vt quæſtio habeatur, quòd ſeruus hæredis
eſt: ſed ſpem ſuam retinebit.

MART. " DIVVS Pius reſcripſit poſſe de ſeruis haberi quæſtionem in pecuniaria cauſa, ſi aliter veritas inueniri non poſſit. quod & alijs reſcriptis cauetur. ſed hoc ita eſt, vt non facilè in re pecuniaria quæſtio habeatur. ſed ſi aliter veritas inueniri nõ poſſit niſi per » tormenta, licet habere quæſtionem, vt diui Verus & » Antoninus reſcripſerunt. Licet itaque & de ſeruis alienis haberi quæſtionem, ſi ita res ſuadeat. Ex quib9 cauſis quæſtio de ſeruis aduerſus dominos haberi nõ debet, ex his cauſis nec quidem interrogationem valere: & multò minus indicia ſeruorum contra dominos admittenda ſunt. De eo, qui in inſulam deporta- » tus eſt, quæſtio habenda non eſt: vt diuus Pius reſcripſit. Sed nec de ſtatulibero in pecuniarijs cauſis quęſtio habenda eſt, niſi deficiente conditione.

ARCA. DE MINORE XIIII annis quæſtio haben » da nõ eſt, vt & diuus Pius Cæcilio Iubẽtiano reſcripſit: ſed omnes omnino in maieſtatis crimine (quod ad perſonas Principum attinet) ſi ad teſtimoniũ prouocentur, cum res exigit, torquentur. Poteſt quæri, an de ſeruis filij caſtrenſis peculij in caput patris quę » ſtio haberi poſſit. Nam patris non debere torqueri in filium, conſtitutum eſt. Et puto rectè dici nec filij ſeruos in caput patris eſſe torquendos. Tormenta autẽ habenda ſunt non quanta accuſator poſtulat, ſed, vt moderatæ rationis temperamẽta deſyderant. nec debet initium probationum de domo rei accuſator ſumere, dum aut liberos eius, quem accuſat, aut ſeruos

in teſtimonium vocat. Plurimum quoque in excutiē- da veritate etiam vox ipſa, & cognitoris ſubtilis di- » ligentia affert. Nam & ex ſermone, & eo, qua quis cō ſtantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius exi- ſtimationis quiſque in ciuitate ſua eſt: quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. In cau- ſis quoque liberalibus non oportet per eorū tormen- ta, de quorum ſtatu quæritur, veritatem requiri.

ETIAM, ſi redhibitus fuerit ſeruus, in caput emptoris non torquebitur. PAVL.

SI QVIS, ne quæſtio de eo agatur, liberum ſe dicat: diuus Adrianus reſcripſit non eſſe eum antè torquendum, quàm liberale iudicium experiatur. VLP. » »

CERTO pretio ſeruum æſtimatum in quæſtio- nem dari interpoſita ſtipulatione, receptum eſt. MOD. »

STATVLIBER in delicto repertus, ſperan- dæ libertatis prærogatiua, nō vt ſeruus, ob ambiguū conditionis, ſed vt liber puniendus eſt.

EX LIBERO homine pro teſtimonio nō va- cillante quæſtionem haberi non oportet. De minore quoque XIIII annis in caput alterius quæſtionē habendam nō eſſe diuus Pius Metilio reſcripſit: ma- » xime cum nullis extrinſecus argumētis accuſatio im- pleatur. nec tamen conſequens eſſe, vt etiam ſine tor- mentis eidem credatur. Nam ætas (inquit) quæ aduer » ſus aſperitatem quęſtionis eos interim tueri videtur, » ſuſpectiores quoque eoſdem facit ad mentiendi faci- » litatem. CALL. Eum, qui vendicanti ſeruum, cauit, do- mini loco habēdū, & ideò in caput ei9 ſeruos torque- ri non poſſe, diuus Pius in hæc verba reſcripſit, Cau- « ſam tuā alijs probationib9 inſtruere debes. Nā de ſer- « uis quęſtio haberi nō debet: cū poſſeſſor hæreditatis, « qui petitori ſatiſdederit, interim domini loco habeat. «

MOD. REPETI quæſtionē poſſe diui Fratres reſcri-
» pſerunt. Is qui de ſe confeſſus eſt, in caput aliorū nō
» torquebitur, vt diuus Pius reſcripſit.

PAP. EXTRANEO quoque accuſante ſeruos in a-
» dulterij quæſtione cōtra dominū interrogari placuit.
» quod diuus Marcus ac poſtea Maximus Principes
iudicantes ſecuti ſunt. Sed in quæſtione ſtupri ſerui
aduerſus dominū nō torquentur. De quæſtione ſup-
poſiti partus, vel ſi petat hęreditatē, quē cæteri filij nō
eſſe fratrē ſuū cōtendūt: quęſtio de ſeruis hæreditarijs
habebitur: quia nō contra dominū cæteros filios, ſed
pro ſucceſſione domini defūcti quæritur. quod con-
gruit ei quod diuus Adrian⁹ reſcripſit. Cum enim in
ſociū cædis ſocius poſtularetur, de cōmuni ſeruo ha-
bendā quæſtionē reſcripſit. quod pro domino fore vi-
detur. De ſeruo in metallū damnato quæſtionē cōtra
» eū, qui dominus fuit, non eſſe habēdā reſpōdi. nec ad
rē pertinere, ſi miniſtrū ſe facinoris fuiſſe cōfiteatur.

PAVL. VNIVS facinoris plurimi rei ita audiendi ſunt,
» vt ab eo primùm incipiatur, qui timidior eſt, vel te-
nerę ætatis videtur. Reus euidentioribus argumētis
oppreſſus, repeti in quæſtionē poteſt: maximè, ſi in
tormēta animus corpúſque durauerit. In ea cauſa in
» qua nullis reus argumentis vrgebatur, tormēta nō fa
» cilè adhibenda ſunt, ſed inſtandum accuſatori, vt id
quod intendit, comprobet, ac ſi cōuincat. Teſtes tor-
quendi non ſunt conuincendi mendacij aut veritatis
gratia, niſi quum facto interueniſſe dicuntur. Iudex,
cū de fide generis inſtrui non poteſt: poterit de ſeruis
hæreditarijs habere quæſtionem. Seruo, qui vltro ali-
» quid de domino cōfitetur: fides non accommodatur.
» Neque enim oportet ſalutem dominorum, ſeruorum
arbitrio committi. Seruus in eius caput, à quo diſtra-

ctus eſt, cuique aliquando ſeruiuit, in memoriã prio» ris dominij interrogari nõ poteſt. Seruus nec ſi à do» mino ad tormenta offeratur, interrogandus eſt. Sanè, » quoties quæritur, an ſerui in caput domini interrogã» di ſunt, prius de eorum dominio oportet inquiri.

Cogniturum de criminibus Præſidem oportet ante diem palàm facere cuſtodias ſe auditurum: ne ij, » qui defendendi ſunt, ſubitis accuſatorum criminibus » opprimantur: quanuis defenſionem quocunque tem» pore poſtulante reo negari non oportet; adeò, vt pro» » pterea & differantur & proferantur. Cuſtodiæ non » ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt atque damnari.

IS, CVI fideicommiſſaria libertas debetur, non aliter, vt ſeruus, quæſtioni applicetur, niſi aliorũ quæ» ſtionibus oneretur. TRYP.

MARITVS quidam hæres vxoris ſuę petebat à Surro pecuniam, quam apud eum depoſuiſſe defũ» ctam ſe abſente dicebat, & in eam rem vnum teſtem liberti ſui filium produxerat apud Procuratorem: de» ſyderauerat & quæſtionem haberi de ancilla. Surrus negabat ſe accepiſſe, & teſtimonium non oportere vnius hominis admitti, nec ſolere à quæſtionibus in» cipi, etiam ſi aliena eſſet ancilla. procurator quæſtio» nem de ancilla habuit. cum ex appellatione cognouiſ ſet Imperator, pronuntiauit, quæſtione illicite habi» ta, vnius teſtimonio non eſſe credendum: ideòque re ctè prouocatum. PAVL.

QVAESTIONIS habendæ cauſa neminem eſſe damnandum diuus Adrianus reſcripſit. »

QVI SINE accuſationibus in cuſtodiam rece pti ſunt, quæſtio de eis habenda non eſt: niſi ſi aliqui» bus ſuſpicionibus vrgeantur.

DE POENIS.

VLP. QVOTIES de delicto quæritur, placuit non eam pœnam ſubire quem debere, quam conditio eius admittit eo tempore, quo ſentẽtia de eo fertur: ſed eam cauſam ſuſtinere, quam ſuſtineret: ſi eo tempore eſſet ſentẽtiam paſſus, cum deliquiſſet. Proinde, ſi ſeruus crimen commiſerit deinde libertatem conſecutus, dicetur eam pœnam ſuſtinere debere, quam ſuſtineret, ſi tunc ſententiam paſſus fuiſſet, cum deliquiſſet. Per contrarium quoque, ſi in deteriorem conditionem fuerit redactus eam pœnam ſubire eum oportebit, quam ſuſtineret, ſi in conditione priore duraſſet. Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, vel priuatorum criminũ, qui extra ordinem cognoſcunt Præfecti vel Præſides, vt eis, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coërcitionem extraordinariam indicant.

REI CAPITALIS damnatum ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus cõtingit. Conſtat, poſtquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit: nõ prius amittere quem ciuitatem, quàm Princeps deportãdum eum in inſulam ſtatuerit. Præſidem enim deportare non poſſe, nulla dubitatio eſt: ſed Præfectus vrbi ius habet deportandi: ſtatímque poſt ſententiam Præfecti, amiſiſſe ciuitatem videtur. Eum accipiemus damnatum, qui non prouocauit. cæterum, ſi prouocet, nondum damnatus videtur. Sed & ſi ab eo, qui ius damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus ſit: in eadem cauſa erit. damnatus enim ille eſt, vbi damnatio tenuit.

PRAEGNANTIS mulieris conſumendæ dānatæ pœna differtur, quoad pariat. Ego quidem, & »
ne quæſtio de ea habeatur ſcio obſeruari, quādiu prægnans eſt. »

RELEGATI, ſiue in inſulam deportati, debent locis interdictis abſtinere. & hoc iure vtimur, vt relegatus, interdictis locis non excedat: alioqui in tēpus quidem relegato, perpetuum exilium relegationis: in inſulam relegato, deportationis: in inſulam deportato, pœna capitis irrogatur: & hæc ita, ſiue quis » non exceſſerit in exilium intra tēpus, intra quod debuit: ſiue etiam aliâs exilio nō obtemperauerit. Nam contumacia eius cumulat pœnam: & nemo poteſt » cōmeatum remeatūmve dare exuli, niſi Imperator, » ex aliqua cauſa. MARC.

PABSENTEM in criminibus damnari nō debere diu⁹ Adrianus Iulio Frontoni reſcripſit. Sed nec » de ſuſpicionibus debere aliquem damnari diuus Traianus » Aufidio Seuero reſcripſit: ſati⁹ enim eſſe, impunitum » relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Aduerſus contumaces verò, qui neque denuntiationibus, neque edictis Præſidum obtemperaſſent: ſententiam in abſentes pronuntiari oportet, ſed ſecūdum morem priuatorum iudiciorum. Poteſt quis defendere hæc non eſſe contraria? Quid igitur eſt? Melius ſtatuetur, in abſentes, pecuniarias quidem pœnas, vel eas, quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæ» pius moniti, per contumaciam deſint, ſtatui poſſe, & » vſque ad relegationem procedi. verùm, ſi quid graui⁹ irrogādum fuiſſet, puta metallum, vel capitis pœna, non eſſe abſentibus irrogandum. In accuſatorem autem abſentem nonnunquam grauius ſtatuendum, quàm Turpiliani SEN. CONS. pœna irrogatur, VLP.

dicendum eſt. Refert & in maioribus delictis, cõſulto aliquid admittatur, an caſu. Et ſanè in omnibus criminibus diſtinctio hæc pœnã aut iuſtam eligere debet, aut temperamentum admittere.

SI QVIS forte, ne ſupplicio afficiatur, dicat ſe habere quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa: an remittendus ſit ad eum, videndum eſt. Et ſunt pleri» que Præſidum tam timidi, vt etiam poſt ſententiã de » eo dictam, pœnam ſuſtineant: nec quicquam audeãt. alij omnino non patiuntur quicquam tale allegãtes. nonnulli neque ſemper neque nunquam remittunt: ſed inquirunt, quid ſit, quod allegare Principi velint: quidque pro ſalute ipſius habeant dicere, propter quod aut ſuſtineant pœnam, aut non ſuſtineãt. quod videtur habere meram rationem. Cæterum mea fert » opinio, prorſus eos non debuiſſe poſtea, quàm ſemel » damnati ſunt, audiri, quicquid allegẽt. Quis enim du» bitat eludendę pœnæ cauſa ad hoc eos decurrere? ma» giſque eſſe puniendos, qui tandiu conticuerunt, quod » pro ſalute Principis habere ſe dicere iactãt? nec enim » debebant tam magnam rem tandiu reticere. Si quos comitum ſuorum vel legati ſui reos Proconſul inuenerit: vtrum punire eos debeat, an ſucceſſori ſeruare, quæri poteſt: ſed multa extant eorum exẽpla, qui nõ tantũ officialium ſuorum vel ſub ſe agentiũ, verũ ſeruos quoque ſuos pœna affecerũt. quod quidẽ ideo faciendum eſt, vt exemplo deterriti minus delinquãt. Nunc genera pœnarum nobis enumerãda ſunt, quibus Præſides afficere quenquam poſſint. Et ſunt pœ» næ quidem quæ aut vitam adimant: aut ſeruitutẽ in» iungant: aut ciuitatem auferãt: aut exilium, aut coercitionem corporis contineant,

CALL. VELVTI fuſtium admonitio, flagellorum ca-

ſtigatio, vinculorum verberatio:

AVT DAMNVM cum infamia: aut dignitatis alicuius aliquam depoſitionem: aut alicuius actus prohibitionē. Vita adimitur, vtputa ſi damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur. Sed animaduerti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſtibus, vel laqueo, vel aliquo alio modo. Proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius ipſi Præſides habent: multò magis nec veneno necandi. diui tamen Fratres reſcripſerūt contrà, permittētes liberam mortis facultatē. Hoſtes autem, item tranſfugæ hac pœna afficiuntur, vt viui exurantur. Nec ea quidem pœna damnari quē oportet, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, nec tormentis: qūāuis plerique, dum torquētur, deficere ſolēt. Eſt pœna, quæ adimat libertatem, huiuſmodi, vtputa ſiquis in metallum vel in opus metalli damnetur. Metalla autē multa numero ſunt: & quædā quidem prouinciæ habēt, quædam non habent. Sed, quæ non habent, in eas prouincias mittunt, quæ metalla habēt. Præfecto planè vrbi ſpecialiter competere ius in metallum damnandi, ex epiſtola diuorum Veri & Antonini ad Fabium Cillonē exprimitur. Inter eos autē, qui in metallū, & eos, qui in opus metalli damnātur, differentia in vinculis tantū eſt: quòd, qui in metallū damnātur, grauiorib⁹ vinculis premūtur: qui in opus metalli, leuioribus: quicq refugæ ex opere metalli, in metallū dānantur, ex metallo graui⁹ coercētur. Quiſquis autē in opus publicū damnatus refugit, duplicato tēpore dānari ſolet: ſed duplicare eum id tempus oportet, quod ei ſupereſſet: cū refugit: ſcilicet ne illud duplicetur, quo apprehēſus in carcere fuerit. & ſi in x annos dānatus ſit, aut perpetuari debet ei pœna, aut in opus metalli trāſmitti. VLP.

Planè ſi decennio damnatus fuit: & initio ſtatim fugit: videndum eſt, vtrum duplicari ei tēpora debeant, an verò perpetuari, vel transferri in opus metalli. Et » magis eſt, vt trāſferatur, aut perpetuetur. Generaliter enim dicitur, quoties decennium exceſſura eſt duplicatio, non eſſe tempore pœnam arctandam. In mini» ſterium metallicorum fœminæ in perpetuum, vel ad tempus damnari ſolent. ſimili modo & in ſalinas. & ſi quidem in perpetuum fuerint damnatæ, quaſi ſeruæ » pœnæ conſtituuntur. ſi verò ad tempus damnentur, » amittunt ciuitatem. Solent etiam Præſides in carcere continendos damnare, vt in vinculis perpetuis contineantur. ſed id eos facere non oportet. nam huiuſmodi » di pœnæ interdictæ ſunt. Carcer enim ad continēdos » homines, nō ad puniēdos haberi debet. In calcariam » quoque, vel ſulphurariam damnari ſolent. ſed hæ pœ» næ metalli magis ſunt. Quicūque in ludum venatorium ſunt damnati, videndum eſt, an ſerui pœnæ efficiantur. ſolent enim iuniores hac pœna affici. Vtrum ergo ſerui pœnæ iſti efficiantur, an permaneant in libertate, videndum eſt. Et magis eſt, vt hi quoque ſerui efficiātur. hoc enim tātū diſtant à cęteris, quòd in» ſtituūtur venatores, aut purrhicarij, aut in aliā quam » voluptatem, geſticulandi vel aliter ſemouēdi gratia. Seruos in metallum, vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari ſolere, nulla dubitatio eſt. & ſi fuerint dati, ſerui pœnæ efficiūtur: nec ad eū pertinebunt, cuius fuerint antè, quàm dānarentur. Denique, cū quidā ſeruus in metallū damnatus, beneficio Prin» cipis eſſet iam pœna liberatus: Imperator Antoninus » rectiſſime reſcripſit, quia ſemel domini deſierat eſſe, » pœnæ ſeruus factus, non eſſe eū in poteſtatē domini poſtea reddendum. ſed ſiue in perpetua vincula fue-

rit damnatus ſeruus,ſiue in tẽporaria : eius remanet cuius fuit antè,quàm damnaretur.

MORIS EST aduocationibus quoque Præſides interdicere: & nõnunquam in perpetuũ interdictum,nõnunquam ad tempus vel ad annum metiũtur, vel etiam tempore,quo prouinciam regunt. Nec non ita quoque interdici poteſt alicui, ne certis perſonis adſit. Poteſt & ita interdici cui, ne apud tribunal Pręſidis poſtulet:& tamen apud legatũ vel procuratorem non prohibetur agere. Si tamen apud legatum prohibitus fuerit poſtulare, credo per conſequẽtiã nec quidem apud Præſidem relictam illi poſtulandi facultatem. Et nonnunquam non aduocationibus cui interdicitur,ſed foro. Plus eſt autẽ foro,quàm aduocationibus interdicere : ſiquidem huic omnimodo forenſibus negotijs accommodare ſe nõ permittitur. Solet autem ita vel iuris ſtudioſis interdici, vel aduocatis, vel tabellionibus ſiue pragmaticis. Solet & ita interdici,ne inſtrumẽta omnino forment,néve libellos concipiãt,vel teſtationes conſignẽt. Solet & ſic,ne eo loco ſedeant,quo in publico inſtrumenta deponũtur,archiuo forte, vel grãmatophylacio. Solet & ſic, vt teſtamẽta ne ordinent,vel ſcribãt,vel ſignent. Erit & illa pœna,ne quis negotijs publicis interueniat. Hic enim priuatis quidem intereſſe poterit:publicis prohibetur : vt ſolent,quibus ſententia præcipitur ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχεσθαι. Sunt autẽ & aliæ pœnę, ſcilicet ſi negotiatione quis abſtinere iubeatur:vel ad conductionem eorum,quæ publice locantur,accedere:vt ad vectigalia publica. Interdici autem negotiatione plerunque vel negotiationibus ſolet. Sed & dãnari quis,vt negotietur,an poſſit, videamus. Et ſunt quidem hæ pœnæ, ſi quis generaliter tractare velit,

» inciuiles, inuitum hominem iubere facere, quod facere nõ poteſt. Sed, ſi quis ſpecialiter tractauerit, poteſt eſſe iuſta cauſa compellendi cuius ad negotiationem. quod ſi fuerit, ſequenda erit ſententia. Iſtæ ferè ſunt pœnæ, quæ iniungi ſolent. Sedenim ſciẽdum eſt diſcrimina eſſe pœnarum: neque omnes eadem pœna affici poſſe. Nam in primis Decuriones in metallũ damnari non poſſunt: nec in opus metalli: nec furcæ ſubijci: vel viui exuri. Et, ſi fortè huiuſmodi ſententia fuerint affecti, liberandi erũt. Sed hoc non poteſt efficere, qui ſentẽtiam dixerit, verum referre ad Principem debet: vt ex authoritate eius pœna aut permutetur, aut liberentur. Parentes quoque & liberi Decurionũ in eadem cauſa ſũt. Liberos nõ tantũ filios accipere debemus, verùm omnes liberos. Sed vtrum ij ſoli, qui poſt decurionatum ſuſcepti ſunt, his pœnis non afficiantur: an verò omnes omnino liberi etiam in plebeia familia ſuſcepti: videndum eſt. Et puto magis omnibus prodeſſe debere. Planè, ſi parens Decurio eſſe deſierit: ſi quidẽ iam Decurione fuerit editus, proderit ei, ne afficiatur. Enimuero, ſi poſtea quàm plebeius factus eſt, tũc ſuſcipiat filium: quaſi plebeio editus, ita erit plectendus. Statuliberum quaſi iam liberum puniendum diuus Pius Saluio Martiano reſcripſit.

MARC. IN SERVORVM perſona ita obſeruatur, vt exemplo humiliorum puniantur. Sed ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex ijs ſeru⁹ flagellis cædi, & domino reddi iubetur. & ex quibus delictis liber fuſtibus cæſus in opus publicũ damnatur: ex ijs ſeruus ſub pœna vinculorum ad eius temporis ſpatium flagellis cæſus domino reddi iubetur. Si ſub pœna vinculorum domino reddi iuſſus nõ recipiatur, venũda-

ri:&, ſi emptorem non inuenerit, in opus publicum, & quidem perpetuum, tradi iubetur. Qui ex cauſa in metallum dati ſunt, & poſt hoc deliquerunt: in eos tanquam metallicos cõſtitui debet, quanuis nondum » in eum locum perducti fuerint, in quo operari habẽt. Nam ſtatim, vt ſententia de ijs dicta eſt, conditionem ſuam permutant. In perſonis tam plebeiorum quàm Decurionum illud cõſtitutum eſt, vt, qui maiore pœna afficitur, quàm legibus ſtatuta eſt, infamis nõ fiat. » ergo, & ſi opere temporario quis multatus ſit, vel tantum fuſtibus cæſus, licet in actione famoſa, veluti furti: dicendum erit infamem non eſſe: quia ſolus fuſtiũ » ictus grauior eſt quàm pecuniaria damnatio. »

RESPICIENDVM EST iudicanti, nequid MARC. aut durius aut remiſſius conſtituat, quàm cauſa deſpoſcit. Nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpẽſo iudicio, prout quæque » res expoſtulat, ſtatuẽdum eſt. Planè in leuioribus cau» ſis proniores ad lenitatem Iudices eſſe debent: in gra» uioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo tem» peramento benignitatis ſubſequi. Furta dome» ſtica, ſi leuiora ſint, publicè vindicanda non ſunt: nec » admittenda eſt huiuſmodi accuſatio, cũ ſeruus à domino, vel libertus à patrono, in cuius domo moratur, vel mercenarius ab eo, cui operas ſuas locauerat, offeratur quæſtioni. Nam domeſtica furta vocantur, quæ » ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij ijs, » apud quos degunt, ſurripiunt. Delinquũt autem aut propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquũt » latrones, qui factionem habẽt. Impetu autem, cũ per » ebrietatem ad manus vel ad ferrũ venitur. Caſu ve» rò, cum venando telum in feram miſſum, hominẽ in» terficit. Capitis pœna eſt vel beſtijs obijci, vel aliàs ſi» »

miles pœnas pati, vel animaduerti.

MARC. QVOD ad ſtatutum damnatorum pertinet, nihil intereſt, iudicium publicum fuerit, nécne. nam ſola ſententia non genus criminis, ſpectatur. Itaque ij, in quos animaduerti iubetur, quíve ad beſtias damnantur: cōfeſtim ſerui pœnæ fiunt.

VLP. HODIE licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quam vult ſentētiam ferre, vel grauiorem vel leuiorem: ita tamen, vt in vtroque modo rationē non excedat.

MARC. QVAEDAM delicta pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogāt: militi verò grauiorem. Nam, ſi miles artem ludicram fecerit, vel in ſeruitutem ſe vēnire paſſus eſt: capite puniendū Menāder ſcripſit.

VENV. DIVVS Adrianus eos, qui in numero vel ordine Decurionum eſſent, capite puniri prohibuit: niſi ſi qui parentes occidiſſent. Verum pœna legis Corneliæ puniendos mandatis pleniſſime cautum eſt.

CLAV. AVT FACTA puniuntur, vt furta cædéſque: aut dicta, vt conuicia & infidæ aduocationes: aut ſcripta, vt falſa, & famoſi libelli: aut conſilia, vt cōiurationes, & latronū conſciētia, quóſque alios ſuadēdo iuuiſſe, ſceleris eſt inſtar. Sed hæc quatuor genera conſyderanda ſunt ſeptem modis: cauſa, perſona, loco, tēpore, qualitate, quantitate, euentu. Cauſa, vt in verberibus, quæ impunita ſunt à magiſtro illata, vel parente: quoniam emendationis, non iniuriæ gratia videntur adhiberi. puniūtur, cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt. Perſona dupliciter ſpectatur: eius, qui fecit, & eius, qui paſſus eſt. Aliter enim puniuntur ex iiſdē facinoribꝰ ſerui, quàm liberi. & aliter qui quid in dominum parentémve auſus eſt, quàm qui in extraneum: in magiſtratum, quàm in priuatum.

In huius rei conſyderatione, ætatis quoque ratio habetur. Locus facit, vt idem vel furtum vel ſacrilegiũ ſit, & capite luendum vel minore ſupplicio. Tempus diſcernit emanſorem â fugitiuo, & effractorem vel furem diurnum â nocturno. Qualitate, cum factum vel atrocius vel leuius eſt: vt furta manifeſta â nõ manifeſtis diſcerni ſolent: rixæ â graſſaturis: expilationes â furtis: â violentia petulantia. qua de re maximus apud Græcos orator Demoſtenes ſic ait, οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία. οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καί περ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. οὐδεὶς ἂν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ταῦτα ἀπαγγέλλων δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσιν. οὕτως, ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγματος τῷ πάσχοντι καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται. Quãtitas diſcernit furẽ ab abigeo. Nã, qui vnũ ſuẽ ſurripuerit, vt fur coercebitur: q̃ gregẽ, vt abigeꝰ. Euẽtus ſpectatur: vt â demẽtiſſimo quoque facta: quãquã nõ minꝰ lex eũ, qui occidẽdi hominis cauſa cũ telo fuerit, quâm eũ qui occiderit, puniat. & ideò apud Gręcos exilio volũtario fortuiti caſꝰ luebãtur: vt apud præcipuum poetarũ ſcriptum eſt,

ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅς τ' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτάνας, ἄλλον ἐξίκετο δῆμον
ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, θάμβος δ' ἔχει εἰσορόωντας.
ὣς ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν Πρίαμον θεοειδέα
θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο.

Euenit,vt eadem ſcelera in quibuſdam prouincijs gra
» uius plectantur:vt in Africa meſſium incenſores: in
» Myſia,vitium:vbi metalla ſunt, adulteratores mo-
netæ. Nonnunquam euenit,vt aliquorum ma-
leficiorum ſupplicia exacerbentur: quoties nimirum
multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit.

MART. QVIDAM ſunt ſerui pœnæ: vt in metallum
dati,& in opus metalli.& ſiquid eis teſtamento datũ
fuerit,pro non ſcripto eſt:quaſi nõ Cæſaris ſeruo da-
» tum,ſed pœnæ.Item quidam ἀπόλιδες ſunt,hoc eſt
» ſine ciuitate:vt ſunt in opus publicum perpetuò da
ti,& in inſulam deportati: vt ea quidem,quæ iuris
ciuilis ſunt, non habeant: quæ verò iuriſgentium
ſunt,habeant.

VLP. COGITATIONIS pœnam nemo patitur.

SI NON defendantur ſerui à dominis, nõ vti-
que ſtatim ad ſupplicium deducuntur,ſed permitte-
tur eos defendi vel ab alio:&,qui cognoſcit, debebit
de innocentia eorum quærere.

PAVL. SI POENA alicui irrogatur,receptum eſt com
mentitio iure,ne ad hæredem tranſeat. cuius rei illa
» ratio videtur eſſe,quia pœna conſtituitur in emenda
tionem hominum:quæ mortuo eo,in quem conſtitui
videtur,deſinit.

CELS. » VLTIMVM ſupplicium,mortem ſolam inter
pretamur.

MOD. IN METALLVM dãnati,ſi valetudine aut
ætatis infirmitate inutiles operi faciendo deprehen-
» dantur:ex reſcripto diui Pij à Præſide dimitti pote-
runt:qui æſtimabit de his dimittẽdis,ſi modo vel co-
gnatos vel affines habeant, & non minus x annis
pœna ſua functi fuerint.

SINE præfinito tempore in metallũ damnato

imperitia dantis decẽnij tempora præfinita vidẽtur.

EORVM, qui relegati vel deportati ſunt ex cauſa maieſtatis, ſtatuas detrahendas ſcire debemus.

SI DIVTINO tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit. Sic etiam conſtitutum eſt, non eodem modo puniendos eos eſſe, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos, qui in recenti ſententiam excipiunt. Non poteſt quis ſic damnari, vt de ſaxo præcipitetur.

CRIMEN paternum vel pœna paterna nullã maculam filio infligere poteſt· nanque vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubijcitur: nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. ídque etiam diui fratres Hieropolitanis reſcripſerunt. CALL.

DIVI fratres Arantio Silloni reſcripſerũt nõ ſolere Præſides prouinciarum, ea, quæ pronũtiauerint, ipſos reſcindere. Vetinæ quoque Italicenſi reſcripſerunt ſuã mutare ſententiã neminẽ poſſe: ſdque inſolitum eſſe fieri. Si tamẽ de ſe quis mentitus fuerit, vel, cum non haberet probationũ inſtrumenta, quæ poſtea repererit, pœna afflictus ſit: nõnulla extant Principalia reſcripta, quibus vel pœna eorũ imminuta eſt, vel in integrũ reſtitutio conceſſa. Sed id dúntaxat à Principib⁹ fieri poteſt. De Decurionib⁹ principibúſque ciuitatũ, qui capitale crimẽ admiſerunt: mandatis cauetur, vt, ſi quis eorum quid admiſiſſe videatur: propter quod relegãdus extra prouinciã in inſulam ſit: Imperatori ſcribatur, adiecta ſentẽtia à Præſide. Alio quoque capite mãdatorũ in hęc verba cauetur, Siqui ex Principibus alicuius ciuitatis latrociniũ fecerint, aliúdve quod facinus, vt capitalẽ pœnã meruiſſe videantur, commiſerint: vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes, & adijcies quod quiſque commiſerit.

CAPITALIVM quoque pœnarum ferè iſti
» gradus ſunt. Summum ſuppliciũ videtur eſſe ad fur-
» cam damnatio. item viui cõcrematio: quod quanquã
ſummi ſupplicij appellatione merito contineatur, ta
» men eò, quòd poſtea id genus pœnæ adinuentũ eſt,
» poſterius primo viſum eſt. Item capitis amputatio.
» Deinde proxima morti pœna, metalli coërcitio. dein-
» de in inſulam deportatio. Cæteræ pœnæ ad exiſtima
tionem, non ad capitis periculum pertinent: veluti
relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in inſu-
lam: vel cum in opus quis publicũ datur ad tempus:
» vel cum fuſtium ictui ſubijcitur. Non omnes fuſtibus
» cædi ſolent: ſed ij dũntaxat, qui liberi ſunt: & quidẽ
tenuiores homines: honeſtiores verò fuſtibus nõ ſub-
ijciuntur. Idque Principalibus reſcriptis ſpecialiter
» exprimitur. Solent quidã, qui vulgò ſe iuuenes
appellant, in quibuſdam ciuitatibus turbulentis ſe
acclamationibus popularium accõmodare: qui ſi ni-
hil amplius admiſerint, nec antè ſint à Præſide ad-
moniti, fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpecta-
culis eis interdicitur. quòd ſi ita correpti, in eiſdem
deprehendantur, exilio puniendi ſunt: nonnunquam
capite plectendi, ſcilicet cũ ſæpius ſeditioſe & turbu
lenter ſe geſſerint, & aliquoties apprehenſi, tractati
clementius, in eadẽ temeritate propoſiti perſeuerauе
» rint. Serui cæſi ſolent dominis reddi. Et vt gene
» raliter dixerim, omnes, qui fuſtibus cædi prohibẽtur,
» eandem habere honoris reuerentiam debent, quam
& Decuriones habent. Eſt enim incõſtans dicere eũ,
quem principales conſtitutiones fuſtibus ſubijci pro-
hibuerunt, in metallum dari poſſe. Diuus Adrianus
» in hæc verba reſcripſit, In opus metalli ad tẽpus ne-
» mo dãnari debet: ſed, qui in tempus damnatus eſt,

etiam ſi faciat metallicum opus,non in metallum dã natus eſſe intelligi debet· huiꝰ enim libertas manet, quandiu etiam ij,qui non in perpetuum opus dãnã tur.Próinde & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariunt.Ad ſtatuas confugere,vel imagines Principum in iniuriam alterius prohibitũ eſt·Cum enim leges omnibus hominibus æqualiter ſecuritatẽ tribuant,meritò viſum eſt in iniuriã potius alterius,quàm ſui defenſionis gratia ad ſtatuas,vel imagines Principum confugere: niſi ſiqui ex vinculis vel cuſtodia, detentus à potentioribus, ad huiuſmodi præſidium confugerit·his enim venia tribuenda eſt. Ne autem ad ſtatuas vel imagines quis confugiat, Senatus cenſuit:eúmque,qui imaginem Cæſaris in inuidiam alterius prætuliſſet,in vincula publica coerceri diuus Piꝰ reſcripſit.Omnia admiſſa in patronum,patronívе filium,patrem,propinquum,maritum, vxorem cæteráſque neceſſitudines,grauius vindicãda ſunt,quàm in extraneos. Venerarij capite puniendi ſunt: aut,ſi dignitatis reſpectũ agi oportuerit,deportandi.Graſſatores,qui prædæ cauſa id faciunt,proximi latronibus habentur:&,ſi ferro aggredi,& ſpoliare inſtituerunt,capite puniuntur:vtique ſi ſæpius, atque in itineribus hoc admiſerunt·cæteri in metallum damnãtur,vel in inſulas relegãtur. Igni cremãtur plerũque ſerui,qui ſaluti dominorum ſuorũ inſidiauerint·Nõnunquam etiam liberi plebeij,& humiles perſonæ.

Incẽdiarij capite puniũtur.Qui ob inimicitias, vel prædæ cauſa incẽderunt intra oppidũ,plerunque viui exuruntur:qui verò caſam aut villã,aliquãto leuius·Nã fortuita incẽdia,ſi,cũ euitari poſſent,per negligentiã eorũ,apud quos orta ſunt,dãno vicinis fuerint:ciuiliter exercentur:vt,qui iactura affectus eſt,

damni diſceptet, vel modicè vindicetur. In exulibus » gradus pœnarum conſtituit edictum diui Adriani: vt, qui ad tempus relegatus eſt, ſi redeat, in inſulam relegetur. ſed, qui relegatus in inſulam, exceſſerit: in inſulam deportetur. qui deportatus euaſerit, capite puniatur. Et in cuſtodijs gradum ſeruandũ eſſe idem » Princeps reſcripſit, id eſt, vt qui in tempus damnati erant, in perpetuum damnarentur: qui in perpetuũ damnati erant, in metallũ dãnarentur: qui in metallũ dãnati id admiſerunt, ſummo ſupplicio afficerẽtur. » Famoſos latrones in ijs locis, vbi graſſati ſunt, furca ſi » gendos compluribus placuit: vt & conſpectu deter» » reantur alij ab ijſdem facinoribus, & ſolatio ſit cogna » tis & affinibus interemptorũ, eodem loco pœna red» dita, quo latrones homicidia feciſſent. nonnulli etiam ad beſtias hos damnauerunt. Maiores noſtri in omni » ſupplicio ſeueriꝰ ſeruos, quàm liberos: famoſos quàm » integræ famæ homines punierunt.

PAVL. QVI VLTIMO ſupplicio damnantur, ſtatim & ciuitatem & libertatem perdunt. itaque præoccu» » pat hic caſus mortem, & nonnunquam longum tem » pus occupat: quod accidit in perſonis eorum, qui ad beſtias damnantur. Sæpe etiam ideo ſeruari ſo» lent poſt damnationem, vt ex his in alios quæſtio habeatur.

SI QVIS ALIQVID fecerit quo leues ho» » minum animi ſuperſtitione numinis terreantur, di» » uus Marcus huiuſmodi homines in inſulam relegã» ri reſcripſit.

AD BESTIAS damnatos fauore Populi Præ » ſes dimittere nõ debet: ſed, ſi eius roboris vel artificij » ſint, vt digne Po. Ro. exhiberi poſſint, principem cõ» » ſulere debet. Ex prouincia autem in prouinciam trã»

duci damnatos ſine permiſſu principis non licere, di- »
ui Verus & Antoninus reſcripſerunt. »

SI PRAESES vel Iudex ita interlocutus ſit, VLP.
Vim feciſti. ſi quidem ex interdicto, non erit notatus,
nec pœna legis Iuliæ ſequetur. ſi verò ex crimine, a- »
liud eſt. Quòd, ſi non diſtinxerit Præſes, vtrum Iulia »
publicorum, an Iulia priuatorum: tunc ex crimine e- »
rit æſtimãdum. ſed, ſi vtriuſque legis crimina obiecta
ſint, mitior lex, id eſt priuatorum erit ſequenda. »

FRATRES Imperatores reſcripſerunt ſeruos » PAP.
in temporaria vincula damnatos, libertatem, hæredi- »
tatem, ſiue legatum, poſtquam tempus expleuerint, »
conſequi: quia temporaria coërcitio, quæ deſcẽdit ex ſententia, pœnæ eſt abolitio. ſi autem beneficium libertatis in vinculis eos inueniat, ratio iuris & verba conſtitutionis libertati refragantur. Planè ſi teſtamento libertas data ſit, & eo tempore, quo aditur hæreditas, tempus vinculorum ſolutum ſit: rectè manumiſſus intelligitur: non ſecus, ac ſi pignori datum ſeruũ debitor manumiſiſſet, eiúſque poſt liberatum pign⁹ adita fuiſſet hæreditas.

SERVVS in opus publicum perpetuũ, ac multo magis temporarium non datur. Cum igitur per errorem in opus temporarium fuiſſet datus, expleto
tempore domino ſeruum eſſe reddendum reſpondi. »
Eos quoque delatoris pœna ex ſententia S. C. teneri »
reſpondi, qui per ſuppoſitam perſonam delatori cau- »
ſam dederunt.

MANDATIS principalibus, quæ Præſidibus CALL.
dantur, cauetur, ne quis perpetuis vinculis dãnetur. »
idque etiam diuus Adrianus reſcripſit. »

IN METALLVM, ſed & in miniſterium me- HERM.
tallicorum damnati, ſerui efficiuntur, ſed pœnæ.

PAVL.» IN DARDANARIOS propter falſum mẽ
» ſurarum modum, ob vtilitatem popularis annonæ,
» pro modo admiſſi extra ordinem vindicari placuit.
SI QVIS aliquid ex metallo Principis vel ex
» moneta ſacra furatus ſit: pœna metalli vel exilij pu-
» nitur. Tranſfugæ ad hoſtes, vel conſiliorum noſtro-
» rum renuntiatores, aut viui exurantur, aut furca ſuſ-
» pendantur. Authores ſeditionis & tumultus, populo
» concitato, pro qualitate dignitatis aut in furcam tol-
» luntur, aut beſtijs ſubijciuntur, aut in inſulam depor
» tantur. Qui nondum viripotentes virgines corrum-
» punt, humiliores in metallum damnantur: hone-
» ſtiores in inſulam relegantur, aut in exilium mittun-
tur. Qui ſe ſuis numis redemptum non probauerit,
libertatem petere non poteſt. amplius, eidem domi-
no ſub pœna vinculorum redditur: vel, ſi ipſe domi-
nus malit, in metallum dãnatur. Qui abortionis aut
» amatorium poculum dant: etſi dolo non faciunt, ta-
» men quia mali exempli res eſt, humiliores in metal-
» lum damnantur: honeſtiores in inſulam amiſſa parte
» bonorũ relegãtur. quòd ſi ex eo mulier aut homo
» perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur. Teſtamentum,
quod nullo iure valet: impune ſupprimitur: nihil eſt
enim, quod ex eo aut petatur, aut conſiſtere poſſit.
» Qui viui teſtamentum aperuerit, recitauerit, reſi-
» gnauerit: pœna legis Corneliæ tenetur: & plerunque
» aut humiliores in metallum damnantur, aut hone-
ſtiores in inſulam deportantur. Siquis inſtrumentum
litis ſuæ à procuratore aduerſario proditũ eſſe conui-
» cerit: procurator, ſi humilior ſit, in metallũ dãnatur:
» ſi honeſtior, adempta bonorũ parte dimidia: in per-
» petuum relegatur. Inſtrumẽta duorũ penes ſe depoſi
ta quicũque alteri altero abſẽte reddiderit, vel aduer-

ſario prodiderit:prout perſonę cõditio eſt,aut in metallum damnatur,aut in inſulam deportatur.Iudices pedanei,ſi pecunia corrupti eſſe dicantur,plerunque à Præſide aut curia ſummouentur,aut in exiliũ mittuntur, aut ad tẽpus relegãtur .Miles,qui ex carcere dato gladio erupit,pœna capitis punitur.Eadẽ pœna tenetur &,qui eum,quem cuſtodiebat,deſeruit. Miles,qui ſibi manꝰ intulit,nec factum peregit:niſi impatientia doloris,aut morbi,luctúsve alicuius,vel alia cauſa fecerit,capite puniendus eſt,aliâs cum ignominia mittendus eſt.

CICERO in oratione pro A.Cluentio Habito ſcribit Mileſiam quãdam mulierem,cum eſſet in Aſia,quòd ab hæredibus ſecũdis accepta pecunia partum ſibi ipſa medicamẽtis abegiſſet,rei capitalis eſſe damnatã.neque iniuria:quæ ſpem parentis, memoriam nominis,ſubſidium generis,hæredem familiæ, & deſignatum Reip. ciuem ſuſtuliſſet. Sed,& ſiqua viſceribus ſuis poſt diuortium, quia prægnãs fuiſſet, vim intulerit,ne iam inimico marito filium procrearet:vt temporali exilio coerceatur,ab opt.Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt. TRYP.

METRODORVM, cum hoſtem fugientem ſciens ſuſceperit,in inſulam deportari:Philoctetem, quòd occultari eum non ignorans,diu diſſimulauerit,in inſulam relegari placet. PAVL.

SANCTIO legum,quæ nouiſſime certam pœnam generaliter irrogat ei,qui legis præceptis non obtemperauerit:ad eas ſpecies pertinere non videtur,quibus ipſa lege pœna ſpecialiter addita eſt. nec ambigitur in cætero omni iure ſpeciem generi derogare. nec ſanè veriſimile eſt delictum vnum eadem lege varijs æſtimationibus coërceri. PAP.

HERM. INTERPRETATIONE legum pœnæ „ molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ.

PAVL. IMPERATOR Antoninus Aur. Attiliano „ reſcripſit, Patriæ Præſes vltra adminiſtrationis ſuæ „ tempus interdicere alicui arte ſua vti, non poteſt.

Idem reſcripſit eum, qui ſuo admiſſo, Decurio„ nis filij honorem amiſit, non poſſe in pœnis euitādis, „ Decurionis filij honorem vendicare.

DE BONIS DAMNATORVM.

CALL. SVPPLICII damnatione bona pu„ blicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut ſeruilis conditio irrogatur. Etiam ij, qui antè concepti, & poſt dā„ nationem nati ſunt, portionem ex bo„ nis patrum damnatorum accipiunt. Liberis autem „ ita demū portio tribuitur, ſi iuſtis nuptijs nati ſunt. „ Liberis ei9, cui pars dimidia dūntaxat bonorum ab„ lata eſt, partes non dantur. Idque & diui Fratres re„ ſcripſerunt.

NON, VT quis in carcerem ductus eſt, ſpoliari „ eum oportet, ſed poſt cōdemnationem. idque diuus Adrianus reſcripſit.

„ QVINQVE legibus dānatæ mulieris dos pu„ blicatur: maieſtatis, Iuliæ vis publice, parricidij, vene„ ficij, de ſicarijs.

PAVL. ET OMNES omninò maritus ſaluas actiones contra fiſcum habet.

VLP. SED, SI alia lege capite punita ſit, quæ lex do„ tē non publicat: quia prius ſerua pœnæ efficitur, ve„ rum eſt dotem mariti lucro cedere, quaſi mortua ſit. „ Quòd, ſi deportata ſit filiafamiliâs, Marcel. ait (quæ

ſententia vera eſt) non vtique, deportatione diſſolui matrimonium: nam cum libera mulier remaneat, nihil prohibet & virum mariti affectionem, & mulierē vxoris animū retinere. Si igitur eo animo mulier fuerit, vt diſcedere à marito velit: ait Marcellus tūc patrem de dote acturū. Sed ſi materfamiliâs ſit, & interim cōſtante matrimonio fuerit deportata: dotem penes maritum remanere: poſtea verò ſoluto matrimonio poſſe eam agere: quaſi, humanitatis intuitu, hodie nata actione.

DIVVS Adrianus Aquilio Branduæ ita reſcripſit, Pannicularia cauſa quemadmodum intelligi debeat, ex ipſo nomine apparet. Non enim bona damnatorum pannicularia ſignificari quis probe dixerit: nec, ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vendicare debebit: ſed nec veſtem, qua is fuerit indutus: aut numulos ★ inueterales, quos victus ſui cauſa in promptu habuerit: aut leues annulos, id eſt, qui rem non excedūt aureorum quinque. Alioqui, ſiquis damnatus in digito habuerit aut ſardonycha, aut aliam gemmam magni pretij: vel ſi quod chirographū magnæ pecuniæ in ſinu habuerit: nullo iure illud in pannicularia ratione tenebitur. Pannicularia ſunt, ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit: ſpolia, quibus indutus quis ad ſuppliciū ducitur: vt & ipſa appellatio oſtendit. Iſta neque Spiculatores vltro ſibi vendicent, neque Optiones ea ſibi deſyderent, quibus ſpoliatur, quo momento quis eſt punitus. Hanc rationem non in cōpendium ſuum debent Prӕſides vertere: ſed nec pati Optiones ſiue Commentarienſes ea pecunia abuti: ſed debent ad ea ſeruari, quæ iure Præſidum ſolent erogari: vtputa carciaticum quibuſdam officialibus inde ſubſcribere: vel ſi quid

fortiter fecerit milites, inde eis donare. Barbaros etiã inde munerari venientes ad ſe vel legationis vel alterius rei cauſa. Plerunque etiam inde corraſas pecunias Præſides ad fiſcum tranſmiſerunt: quod perquam nimiæ diligentiæ eſt: cum ſufficiat, ſiquis nõ in vſus proprios verterit, ſed ad vtilitatem officij patiatur deſeruire.

DE PORTIONIBVS, QVAE LIBERIS DAMNATORVM CONCEDVNTVR.

PAVL. CVM RATIO naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addiceret, velut ad debitã ſucceſſionẽ eos vocando: propter quod & in iure ciuili ſuorum hæredum nomen eis indultum eſt: ac ne iudicio quidem parentis, niſi certis de cauſis ſummoueri ab ea ſucceſſione poſſunt: æquiſſime exiſtimatum eſt eo quoque caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum: ne alieno admiſſo grauiorem pœnam luerẽt, quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem deuolui, quod cum aliqua moderatione definiri placuit: vt, qui ad vniuerſitatem venturi erant iure ſucceſſionis, ex ea ſucceſſione & portiones ſibi conceſſas haberent. Si in libertinum animaduerſum erit: patrono eius id, quod in bonis illius habiturus eſſet, ſi is, in quem animaduerſum eſt, ſua morte deceſſiſſet: eripiendum non erit. reliqua pars bonorum, quæ ad manumiſſorem non pertinebat, fiſco erit vendicanda. Ex bonis damnatorum portiones adoptiuis liberis (ſi nõ fraudis cauſa facta eſt adoptio) non minus quàm naturalibus

concedi æquum eſt. Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur, etiam ſi non in reatu, ſed in deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet, in hoc, vt ex bonis, quæ ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur. Si plures liberos dãnatus habeat: feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati conceſſa ſunt. Sed & diuus Adrianus in hæc verba ſententiam reſcripſit, » Fauorabilem apud me cauſã liberorum Albini, filio« rum numerus facit: cum ampliari imperium, homi« num adiectione potius quâm pecuniarum copia ma» lim, ideóque illis paterna ſua concedi volo, quæ ma« nifeſtabunt tot poſſeſſores, etiam ſi acceperint vni« uerſa. Præterea ex ijs, quæ per flagitium damnatus « acquiſiuit, portiones liberorũ non augentur: veluti ſi « cognatum ſuum interim curauerit: & eius hæreditatem adierit: vel bonorumpoſſeſſionem acceperit. Nã ita diuus Pius reſcripſit. Cui cõſequenter illud idem » Princeps conſtituit, cum filiafamiliâs veneno necaſſe » conuinceretur eum, â quo hęres inſtituta erat, quanuis iuſſu patris, cuius in poteſtate eſſet.

DE BONIS EORVM, QVI ANTE SENTENTIAM MORTEM SIBI CONSCIVERVNT.

I N CAPITALIBVS criminibus VLP. â Principibus decretum eſt non noce» re ei, qui aduerſarium corruperit, ſed in ijs demum, quæ pœnam mortis cõtinent. Nam ignoſcendum cenſuerunt » ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redem-

ptum voluerit.

MART. IMPERATORES Verus & Antoninus A. ,, Iuliano reſcripſerunt, Eos, qui in latronibus nomina- ,, ti, corruptis accuſatoribus diem ſuum obierint: vt ,, confeſſos de crimine, non relinquere defenſionẽ hæ- ,, redibus, rationis eſt. Si is de cuius pœna Imperato- ri reſcriptũ eſt, veluti quòd decurio fuerit, vel quòd in inſulam deportari debuerit: antè, quàm reſcriberetur, deceſſerit: poteſt quęri, num ante ſententiam de- ,, ceſſiſſe videatur. argumẽto eſt Senatuſcõſultũ quod ,, factum eſt de ijs, qui Romã tranſmiſſi, ante ſentẽtiã deceſſiſſent: cui⁹ verba hæc ſunt, Cum damnatus ne- ,, mo videri poſſit in hunc annum, antè, quàm de eo ,, forte iudicium Romæ redditum, & pronuntiatum ,, eſſet: neque cuiuſquam mortui bona antè, quàm de ,, eo Romæ pronuntiatum ſit, publicãda ſunt: eáque ,, bona hæredes poſſidere debent.

MART. QVI REI poſtulati, vel qui in ſcelere deprehẽſi, metu criminis imminentis mortem ſibi conſciue- ,, runt, hęredem non habẽt. Papinianus lib. XVI Di- ,, geſtorũ ita ſcribit: Qui rei criminis nõ poſtulati, ma- ,, nus ſibi intulerũt: bona eorum fiſco nõ vindicentur. ,, nõ enim fati celeritatem eſſe obnoxiam: ſed cõſcien- ,, tiæ metum in reo veluti confeſſo teneri placuit. Ergo aut poſtulati eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi, vt, ſi ſe interfecerint, bona eorũ confiſcentur. Vt au- ,, tem diuus Pius reſcripſit: ita demum bona eius, qui ,, in reatu mortem ſibi conſciuerit, fiſco vendicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit, vt, ſi dãnaretur, mor- ,, te aut deportatione afficiendus eſſet. Idem reſcripſit ,, eum qui modici furti reus fuiſſet: licet ſuſpendio vi- ,, tam finierit, non videri in ea cauſa eſſe, vt bona eius ,, hæredibus ademẽda eſſent: ſicuti neq; ipſi adimeren-

tur, ſi compertũ in eo furtũ fuiſſet. Ergo ita demũ dicẽdum eſt bona eius, qui manus ſibi intulit, fiſco vindicari, ſi eo crimine innexus fuerit, vt, ſi conuinceretur, bonis careret. Si quis autem tædio vel impatiẽtia doloris alicuius, vel alio modo finierit vitam: ſucceſſorem habere diuus Antoninus reſcripſit. Videri autẽ patrem, qui ſibi manus intuliſſet, quum diceretur filium ſuum occidiſſe, magis dolore filij amiſſi mortem ſibi irrogaſſe: & ideo bona eius non eſſe publicanda, diuus Andrianus reſcripſit. Sic autem hæc diſtinguitur intereſſe, qua ex cauſa quis ſibi mortem cõſciuit: ſicuti cũ quæritur, an is, qui ſibi manus intulit, & nõ perpetrauit, debeat puniri, quaſi de ſe ſententiã tuliſſet. Nam omnino puniendus eſt, niſi tædio vitæ vel impatiẽtia alicuius doloris coactus eſt hoc facere. Et meritò, ſi ſine cauſa ſibi manꝰ intulit, puniendꝰ eſt. Qui enim ſibi non pepercit, multò minus alij parceret. Siqui autem ſub incerto cauſæ euẽtu, in vinculis, vel ſub fideiuſſoribus deceſſerint: horum bona non eſſe cõfiſcanda, mandatis cauetur. De illo videamus, ſiquis conſcita ſibi morte nulla iuſta cauſa prędente, in reatu deceſſerit. an ſi parati fuerint hæredes cauſam ſuſcipere, & innocentem defunctũ oſtendere: audiendi ſint? nec prius bona in fiſcum cogenda ſint, quàm ſi de crimine fuerit probatum? an verò omnimodo publicanda ſint? Sed diuus Pius Modeſto Taurino reſcripſit, ſi parati ſint hæredes defenſionem ſuſcipere, non eſſe bona publicanda, niſi de crimine fuerit probatum.

DE INTERDICTIS, ET RELEGATIS, ET DEPORTATIS.

PAP. CAPITVLVM EX reſcripto diui Traiani ad Aufidium Secũdum, Scio relegatorum bona, auaritia ſuperiorũ temporum, fiſco vendicata: ſed aliud clementiæ meæ conuenit: qui inter cætera, quibus innocentiam rationum meorum temporum tueor, hoc quoque remiſi exemplum.

MARC. MANVMITTERE deportatum non poſſe diuus Pius reſcripſit.

ALPH. EVM, QVI ciuitatem amiſit, nihil aliud iuris adimere liberis, niſi quod ab ipſo peruenturum eſſet ad eos, ſi inteſtatus in ciuitate moreretur: hoc eſt, hæreditatem eius, & libertos, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt. quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas & hæreditates habituros. non enim hæc patrem, ſed maiores eis dediſſe.

MARC. RELEGATI in inſulam, in poteſtate ſua liberos retinent: quia & omnia alia iura ſua retinent. Tantum enim inſulam eis egredi non licet. & bona quoque ſua omnia retinent, prçter ea ſi qua eis adempta ſunt. Nã eorũ, qui in perpetuũ exiliũ dati ſunt vel relegati, poteſt quis ſententia partẽ bonorũ adimere.

EXILIVM triplex eſt, aut certorum locorũ interdictio, vt lata fuga: aut vt omnium locorum interdicatur præter certum: aut inſulę vinculum, id eſt relegatio in inſulam.

VLP. INTER pœnas eſt etiam inſulæ deportatio:

quę pœna adimit ciuitatē Romanā. Deportandi au- » tem in inſulā ius Præſidibus prouinciæ non eſt datū: » licet Præfecto vrbi detur. Hoc enim epiſtola Diui » Seueri ad Fabium Cillonem Præfectum vrbi expreſ » ſum eſt. Præſides itaque prouinciæ, quoties aliquem in inſulam deportandum putāt, hoc ipſum annotare debent: nomen verò eius ſcribēdum eſt Principi, vt in inſulam deportetur: ſic deinde Principi ſcri- » bere, miſſa pœnæ opiniōe, vt Princeps æſtimet, an ſe- » quēda ſit eius ſentētia, deportariq́ in inſulā debeat. » Medio autem tempore, dum ſcribitur, iubere debet in carcere eſſe. Decuriones ciuitatum propter capita- » lia crimina deportandos vel relegandos diui fratres » reſcripſerunt. Denique Priſcum in homicidio & incē » dio nominatum, ante quæſtionem confeſſum, in in- » ſulam deportari iuſſerunt.

RELEGATORVM duo genera ſunt. Sunt quidam, qui in inſulam relegātur. & ſunt, qui ſimpliciter, vt prouincijs eis interdicatur, non etiam inſula aſſignetur. In inſulam relegare Præſides prouinciarū » poſſunt: ſic tamē, vt, ſi quidem inſulam ſub ſe habe- » ant: id eſt, ad eius prouinciæ formam pertinentem » quam adminiſtrant: etiam ſpecialem inſulā aſſigna- » re poſſint, inque eam relegare. Si verò non habeant, pronuntient quidem in inſulam ſe relegare: ſcribant autem Imperatori, vt ipſe inſulā aſſignet. Cęterū non poſſunt damnare in eam inſulam, quam in ea prouincia, cui præſunt, non habeant. Interim quoad inſu- » lam Imperator aſſignet, militi tradēdus eſt relegat⁹. » Hæc eſt differentia inter deportatos, & relegatos, q́ in inſulā relegari & ad tēpus & in perpetuum quis » poteſt. Siue ad tēpus, ſiue in perpetuum quis fuerit » relegatus, & ciuitatem Rom. retinet, & teſtamēti fa »

ctionem non amitti. Ad tempus relegatis, neque tota bona neque partem adimi debere, reſcriptis quibuſdam manifeſtatur. reprehenſæque ſunt ſententię eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partē bonorum vel bona: ſic tamen vt non infirmarentur ſententiæ quæ ita ſunt prolatæ. Eſt quoddā genus quaſi in inſulam relegationis in prouincia Ægypti, in nouas inſulas relegare. Sicut autem relegare in inſulam quiſquam, quæ non eſt ſub ſe, non poteſt: ita nec in prouinciam quidē relegandi habet ius, quę nō eſt ſub ſe. Fortè Pręſes Syriæ in Macedoniam nō relegabit: ſed intra prouinciā ſuam poteſt relegare. Itē in partem certam prouinciæ moraturum relegare poteſt: vt fortè non excedat ciuitatem aliquam, vel regionem aliquā non egrediatur. Sed & in eas partes prouinciæ, quæ ſunt deſertiores, ſcio Præſides ſolitos relegare. Interdicere autem quis ea prouincia poteſt, quam regit: alia non poteſt. Et ita Diui Fratres reſcripſerunt. Vnde eueniebat, vt, qui relegatus eſſet ab ea prouincia, in qua domiciliū habuit, morari apud originem ſuam poſſet. Sed Imperator noſter cum diuo fratre ſuo huic rei prouidit. Menio enim Probo Præſidi prouinciæ Hiſpaniæ reſcripſit etiam ea prouincia interdici, vnde quis oriūdꝰ eſt, ab eo, qui regit eā prouinciam, vbi quis domicilium habeat. Sed & eos qui, cum incolæ eſſent, non in ea prouincia quid amiſerint: æquum eſt ad reſcripti authoritatē pertinere. Dubitatum eſt, an interdicere quis alicui poſſit prouincia à qua oriūdus eſt, cum ipſe ei prouinciæ præſit, quam incolit, dum ſua non interdicat: vt ſolent Italia interdicere, qui patria non interdicunt: vel an per conſequentiam videatur etiam ea prouincia interdixiſſe, cui præeſt. Quod magis erit probandum.

Per contrarium autē is, qui originis prouinciæ præeſt, non eſt nactus ius interdicendi ea prouincia, quā incolit is, qui relegatur. Si quis eam ſententiā admiſerit, vt is, qui in alia prouincia cōmiſerit, poſſit relegari ab eo, qui ei prouinciæ præeſt: eueniet, vt relegatus iſte tribus prouincijs præter Italiam debeat abſtinere: & in qua deliquit, & quam incolit, & originis. & ſi ex diuerſis prouincijs oriri videatur propter conditionem vel ſuam vel parētis patronorúmve: pluribus etiam prouincijs conſequenter interdictum ei dicemus. Quibuſdam tamen præſidibus, vt multis prouincijs interdicere poſſint, indultum eſt: vt Præſidibus Syriarum, ſed & Daciarum. Conſtitutum eſt eū, cui patria interdictum eſt, etiam Vrbe abſtinere debere. Contrà autem ſi cui Vrbe fuerit interdictum, patria ſua interdictum non videtur. & ita multis cōſtitutionibus cauetur. Si cui planè nō patria ſua ſed aliqua ciuitate interdictum ſit: videndum eſt, an etiā patria ſua itémque Vrbe interdictum dicamus. Quod magis eſt. Ijs, qui relegantur, dies excedendi à Præſidibus dari & poteſt & ſolet. Etenim moris eſt ita pronuntiari, Illum prouincia illa inſuliſque illis relego: excederéque debebit intra illum diem. Relegatum planè libellum dare poſſe Principibus, etiam Diui Fratres reſcripſerunt. Solet præterea interdici ſentētia quibuſdam, ne intra patriæ territorium vel muros morentur, ne excedāt patriam, vel in vicis quibuſdam morentur. Solet Decurionibus ordine interdici vel ad tempus vel in perpetuum. Item poteſt alicui pœna iniūgi ne honores adipiſcatur: nec ea res facit vt Decurio eſſe deſinat: cū fieri poſſit, vt quis Decurio quidē ſit, ad honores autem nō admittatur. Nam & Senator quis eſſe poteſt,

& tamen honores non petere. Poteſt alicui & vnus honor interdici: ſic tamẽ, vt, ſi cui honore vno interdictum ſit: non tantũ eum honorem petere nõ poſſit, verum nec eos quoq;, qui eo honore maiores ſunt. eſt enim perquam ridiculũ, eum qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit, ad maiores aſpirare. Maioribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur. Sed muneribus ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus, nihil valebit ſententia. Neq; enim immunitatem pœna tribuere debet. Ergo, & ſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibit⁹: poterit dici, niſi honores iſti habuerint miſtam muneris grauem impenſam, infamiam illis ad hoc non profuturam.

MARC. SED HONORE quidem illũ arceri puto: cæterum impendia debere præſtare.

VLP. POTEST Præſes quendã damnare, ne de domo ſua procedat.

DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITVTIS.

VLP. AD SVCCESSIONEM liberti patronus deportatus & reſtitut⁹ admittitur. Sed, ſi in metallũ dãnatus reſtitutus eſt, nũquid ſeruit⁹ pœnę, extinguet ius patronat⁹ etiã poſt reſtitutionẽ? Et magis eſt, vt nõ extĩguat ſeruit⁹ ius patronat⁹.

SI DEPORTATVS reſtitutus dignitatem quidẽ indulgentia Principis recuperauerit, in ſua autem omnia bona nõ eſt reſtitutus: nec à creditorib⁹, nec Reip. nomine conuenire poteſt. Sed ſi, cum ei facultas oblata eſſet à Principe ad bona quoque ſua recuperanda, maluerit ea relinquere, & actionibus

exuere ſe, quibus ante ſententiam ſubiectus fuerat: »
non poterit.

IN INSVLAM deportati bona fiſcus pœna remiſſa retinuit. Creditores ex antè geſto non habere cum eo, qui debitor quondam fuit, actiones conſtitit. Quòd ſi bona cum dignitatis reſtitutione conceſſa recuperauerit: vtiles actiones neceſſariȩ nõ erũt, cum & directæ competant. PAP. » »

IN METALLVM damnata mulier eũ quẽ conceperat, edidit: deinde à Principe reſtituta eſt. Humanius dicetur etiam cognationis iura huic reſtituta videri. PAVL. »

DE CADAVERIBVS PVNITORVM.

CORPORA eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorũ neganda non ſunt. & id obſeruaſſe ſe etiam Diuus Auguſt9 lib. x de vita ſua ſcribit. Hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora non aliter ſepeliũtur, quàm ſi fuerit petitum & permiſſum. & nonnunquam non permittitur: maxime maieſtatis damnatorum. Eorum quoq; corpora, qui exurendi damnantur, peti poſſunt: ſcilicet vt oſſa & cineres collecta ſepulturæ tradi poſſint. VLP. » » » » » »

SI QVIS in inſulam deportatus vel relegatus fuerit, pœna etiam poſt mortem manet: nec licet eũ inde tranſferre aliubi, & ſepelire incõſulto Principe: vt ſæpiſſime Verus & Antonin9 reſcripſerũt, & multis petentibus hoc ipſum indulſerunt. MARC. » » »

CORPORA etenim animaduerſorum, quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. PAVL. »

DE APPELLATIONIBVS ET RELATIONIBVS.

VLP. APPELLANDI VSVS QVAM ſit vetus, frequens, quãq; neceſſarius, nemo eſt, qui neſciat: quippe, cum iniquitatem iudicãtium vel imperitiam corrigat: licet nonnunquam etiam bene latas ſentẽtias, in peius reformet. Neq; enim vtique melius pronuntiat, qui nouiſſimus ſentẽtiam laturus eſt. Quæſitum eſt, an aduerſus reſcriptũ Principis prouocari poſſit: fortè, ſi Præſes prouinciæ vel quis alius conſuluerit, & ad cõſultationem eius fuerit reſcriptum. Eſt enim quæſitum, an appellandi ius ſuperſit. Quid enim ſi in cõſulẽdo mẽtit9 eſt? De qua re extat reſcriptũ Diui Pij, quo oſtẽditur prouocari oportere. Verba reſcripti ita ſe habẽt, ἐὰν ἐπιστείλῃ τὶς ἡμῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντιγράφωμεν ἡμεῖς ὁτιοῦν, ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν ἢ ψευδῶς ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν εἶναι δόξει προδιεγνωσμένον τῶν ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς γραφεῖσιν ἀντεπεσταλκότων. Hinc conſequẽter videtur reſcriptum, â conſultatione Iudicis non eſſe appellandum, ſi quis fortè interlocutus fuerit principẽ ſe cõſulturum: cum poſſit poſt reſcriptum prouocare.

Si quis in appellatione errauerit: vtputa cum aliũ appellare deberet, alium appellauerit: videndum eſt, an error ei nihil obſuerit. Et ſi quidem cum maiorem Iudicem appellare deberet, ita errauerit, vt minorem Iudicẽ prouocauerit: error ei nocebit. ſi verò maio-

rem Iudicē prouocauerit, error ei nihil oberit: & ita multis conſtitutionibus continetur. Denique, cū quidam Iudicem ex reſcripto Principis à conſulibus acceepiſſet, & Præfectum Vrbis appellaſſet: errori eius ſubuentum eſt reſcripto Diuorum Fratrū: cuius verba hæc ſunt, Cum per errorem factum eſſe dicas, vt à Iudice, quem ex reſcripto noſtro ab ampliſſimis cōſulibus acceperas, ad Iunium Fauſtinum amicū noſtrum Præfectum Vrbi prouocares: conſules ampliſſimi perinde cognoſcant, atque ſi ad ipſos facta eſſet prouocatio. Si quis ergo vel parem vel maiorem Iudicem appellauerit, alium tamen pro alio: in ea cauſa eſt, vt error ei nō noceat: ſed, ſi minor eſt, nocebit.

Libelli qui dicuntur appellatorij, ita ſunt concipiendi, vt habeant ſcriptum, & à quo dati ſunt, hoc eſt, qui appellet: & aduerſus quem: & à qua ſentētia.

2 SED, SI apud acta quis ipſo die voce appellauerit, ſatis erit, ſi dicat appello. MART.

3 SCIO quæſitum, ſi quis non addiderit in libellis contra quem aduerſariū appellet: an præſcriptioni ſubijciatur. Et puto nihil oportere pręſcribi. Sed & illud cecidit in quæſtionem, ſi plures habuerit aduerſarios: & quorūdam nomina in libellis ſint comprehenſa, quorundam non: an æquè præſcribi ei poſſit ab ijs, quorum nomina in libellis comprehenſa non ſunt, quaſi aduerſus eos ipſos acquieuerit ſententiæ. Et, cum vna cauſa ſit, arbitror non eſſe præſcribendum. Cæterum, ſi plures ij ſunt, aduerſus quos pronuntiatur, & quorundam nomina in libellis ſint cōprehenſa, quorundam non: ij ſoli appellaſſe videbuntur, quorum nomina in libellis ſunt comprehenſa. Quid ergo, ſi cauſam appellandi certam dixerit: an liceat ei diſcedere ab hac, & aliā cauſā allegare: an ve- VLP.

ro quaſi forma quadam obſtrictus ſit? Puto tamē, cū ſemel prouocauerit, ei eſſe facultatem in agendo etiā aliā cauſam prouocationis reddere, proſequiq́ prouocationem ſuam quibuſcunque modis potuerit.

MART. AB EXECVTORE ſententiæ appellare nō
» licet: ſed ab eo, qui male ſentētiam interpretari dici-
» tur, appellare licet: ſi tamen is interpretandi poteſta-
» tem habuerit, velut Præſes prouinciæ, aut procura-
» tor Cæſaris. ita tamen, vt in ea cauſa appellationis
» reddendæ hoc ſolum quæratur, an iure interpretatū
» ſit. id quod etiam Diuus Antoninus reſcripſit.

Alio condemnato, is, cuius intereſt, appellare poteſt: qualis eſt, qui per procuratorem expertus, victus eſt, nec procurator ſuo nomine appellat. Item ſi emptor de proprietate victus eſt, eo ceſſante auctor eius appellare poterit. aut, ſi auctor egerit, & victus ſit: nō eſt denegāda emptori appellādi facultas. Quid enim, ſi vēditor, qui appellare noluit, idoneus nō eſt? Quin etiam, ſi auctor appellauerit, deinde in cauſæ defenſione ſuſpectus ſit viſus, perinde defenſio cauſæ emptori committenda eſt, atque ſi ipſe appellaſſet. Idq́ ita conſtitutum eſt in perſona creditoris, cum debitor victus appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet. Quæ conſtitutio ita accipienda eſt, ſi interueniente creditore debitor de pignore victus, prouocauerit: nā
» abſenti creditori nullum præiudicium debitor facit. idque conſtitutum eſt. Si procurator qui iudicio interfuit, victus ſit: an ipſe quoque per procuratorē appellare poſſit, videamus: quia cōſtat procuratorē, alium procuratorem facere non poſſe. Sed meminiſ-
» ſe oportet, quòd procurator lite conteſtata dominus
» litis efficitur, & ideò per procuratorem appellare poteſt.

A SENTENTIA inter alios dicta, appellari nõ poteſt:niſi ex iuſta cauſa:veluti ſi quis in cohære dũ præiudiciũ ſe cõdemnari patiatur, vel ſimilẽ huic cauſam: quanuis & ſine appellatione tutus eſt cohæres. Item fideiuſſores pro eo,pro quo interuenerunt. Igitur & venditoris fideiuſſor emptore victo appellabit:licet emptor & venditor acquieſcant. Si hæres inſtitutus victus fuerit ab eo,qui de inofficioſo teſtamẽto agebat:legatarijs, & qui libertatẽ acceperunt,permittendum eſt appellare,ſi querantur per colluſionẽ pronũtiatum:ſicut diuus Pius reſcripſit. Idem reſcripſit legatarios cauſam appellationis agere poſſe. Sed, & ſi in fraudem ſuã tranſactionem factam ab eo,qui appellaſſet, dicerent:idem dicendum eſt. Sed,& ſine appellatione ſi fuerit trãſactum: ſimiliter reſcriptum eſt. Si quis ipſo die inter acta voce appellauerit, hoc ei ſufficit. ſi autem hoc nõ fecerit, ad libellos appellatorios dandos biduum vel triduum cõputandum eſt. MART.

NON TANTVM ei,qui ad ſupplicium ducitur,prouocare permittitur:verùm alij quoque nomine eius: non tantum ſi ille mandauerit, verum quiſquis ali⁹ prouocare voluerit. Neque diſtinguitur vtrũ neceſſarius eius ſit, néene. Credo enim humanitatis ratione omnem prouocantem audiri debere. ergo & ſi ipſe acquieſcit ſentẽtiæ. Nec quærimus cuius interſit. Quid ergo,ſi reſiſtat,qui damnatus eſt, aduerſus prouocantem, nec velit admitti eius appellationem, perire feſtinans? Adhuc putem differendũ ſuppliciũ. VLP.

CVM QVIDAM propter violentiam Iudicis, non ipſi,à quo appellauit,dediſſet libellos,ſed publice propoſuiſſet:diuus Seuerus veniã ei dedit, & permiſit ei cauſam appellationis agere.

ILLVD SCIENDVM eſt, eum,qui prouo- MART.

cauit, non debere conuiciari ei, à quo appellauit: cæterum oportebit eum plecti. & ita diui Fratres reſcripſerunt.

MARC. ILLVD ſciendum eſt, neque pupillum, neque Remp. cum pro libertate iudicatur, in integrum reſtitui poſſe: ſed appellationem eſſe neceſſariã. Idque ita reſcriptum eſt.

VLP. SI QVI ſeparatim fuerint condemnati, quãuis ex eadem cauſa: pluribus eis appellationib⁹ opus eſt. Si quis, quum vna actione ageretur, quæ plures ſpecies in ſe habebat, pluribus ſummis ſit condemnatus, quarum ſingulæ notionem Principis non faciũt, omnes autem coniunctæ faciunt: quid faciat, videndum. Et poterit ad Principem appellare. Sed, cũ aduerſus plures prolatæ eſſent rationes, quę eis noceret, ſufficit eis vna appellatio: quia vno titulo comprobatarum rationum omnes conueniebantur. Quoties autem plures in vnam ſummam condemnantur: vtrum vna ſententia eſt, &, quaſi plures in vnã ſummam ſint rei promittendi, vnuſquiſque eorum inſolidum teneatur: an verò ſcinditur in perſonas eorum ſententia, quæritur? Et Papinianus reſpondit, ſcindi ſententiam in perſonas: atque ideò eos, qui condemnati ſunt, viriles partes debere. Quod eſt reſcriptum, In communi cauſa quoties alter appellat, alter non: alterius victoriam etiam ei proficere, qui non prouocauerit. ita demum probandum eſt, ſi vna eadémque cauſa fuerit defenſionis. cæterum, ſi diuerſæ, alia cauſa eſt: vt in duobus tutoribus procedit, ſi alter tutelã gelſerat, alter non attigerat: & is, qui nõ geſſerat, prouocauerit. Iniquum eſt enim eum, qui idcirco agnouerat ſentẽtiam, quoniam geſſiſſe ſe ſcit, propter appellationem eius, qui non geſſerat, obtinere.

CVM EX cauſa iudicati ſoluta eſſet pecunia ex neceſſitate Iudicis ab eo, qui appellatione interpoſita meruerit meliorem ſententiam: recipere eũ pecuniã, quam ſoluit, oportet.

SI CONSTAT nullo actu ex lege habito duũuirũ creatum, ſed tantũ vocib9 populariũ poſtulatũ, eiſque tunc Proconſulem (quod facere nõ debuit) cõſenſiſſe: appellatio in re aperta ſuperuacua fuit.

APPELLANTI nihil obeſt, quòd in libellis, à qua parte ſentẽtiæ appellaret, non ſignificauit. Nõ ſolere improbari appellationes eorũ, qui vel vnã cauſam appellandi probabilem habuerunt.

SI PROLVSORIO iudicio actum ſit aduerſus teſtamentum: an ius faciat Iudex, videndum eſt. Et diuus Pius, cum inter cõiunctas perſonas diceretur per colluſionem in necem legatariorũ & libertatũ actum: appellare eis permiſit. & hodie hoc iure vtimur, vt poſſint appellare: ſed & agere cauſam apud ipſũ Iudicẽ, qui de teſtamento cognoſcit, ſi ſuſpicatur nõ ex fide cohæredẽ cauſam agere. Quoties hærede non reſpondente, ſecundum aduerſariũ ſententia datur: reſcriptũ eſt nihil nocere neque legatis neque libertatibus. & hoc diuorum Fratrum epiſtola cõtinetur ad Domitium, in hæc verba, Quod abſente poſſeſſore, nec quoquã nomine eius reſpõdente pronuntiatũ eſt: non habet rei iudicatæ authoritatẽ, niſi aduerſus eum ſolum, qui adeſſe neglexerit. Quare iis, qui teſtamẽto libertates vel legata vel fideicommiſſa acceperũt, ſaluæ ſunt actiões, ſi quas habuerint, perinde ac ſi nihil eſſet iudicatum: & ideò aduerſus cũ qui vicit, permittimus eis agere.

SERVI appellare non poſſunt: ſed domini eorũ ad opem ſeruo ferendam poſſunt vti auxilio appel- MART.

lationis, & alius domini nomine id facere poteſt. Si verò neque dominus, neque alius pro domino appellauerit: ipſi ſeruo, qui ſententiam paſſus eſt, triſte auxilium ſibi implorare non denegamus.

MOD. CONSTITVTIONES, quæ de recipiendis nécne appellationibus loquũtur, vt nihil noui fiat, locum non habent in eorum perſonas, quos damnatos ſtatim puniri, publicè intereſt: vt ſunt inſignes latrones vel ſeditionum concitatores, vel duces factionũ.

CVM IN vna cauſa ſeparatim duplex ſententia diuerſa datur, veluti vna ſortis, alia vſurarum: duplex appellatio neceſſaria eſt: ne alterã agnouiſſe, de altera prouocaſſe intelligatur. Tutor pupillo datus, ſi prouocet: interim pupillo curator dabitur. ſed ſi tutoris authoritas fuerit neceſſaria, veluti ad adeũdam hæreditatem: tutor ei neceſſariò dabitur. quare curatoris authoritas ad hoc inutilis eſt.

L. TITIVS pro ſeruo ſuo, qui ad beſtias dat⁹ eſt, prouocationẽ interpoſuit. quæro, an huiuſmodi appellationis cauſas per procuratorem reddere poſſit? Modeſtinus reſpondi poſſe.

SI EXPRESSIM ſententia contra iuris rigorem data fuerit, valere non debet: & ideò & ſine appellatione cauſa denuo induci poteſt. Non iure profertur ſentẽtia, ſi ſpecialiter contra leges vel Senatuſconſulta, vel cõſtitutiones fuerit prolata. Vnde, ſi quis ex hac ſententia appellauerit, & præſcriptione ſummotus ſit: minime confirmatur ex hac præſcriptione ſententia. vnde poteſt cauſa ab initio agitari.

QVI ſuſpectum tutorem facit, & qui de non recipienda tutela excuſationem agit: alieno nomine agere intelligendus eſt. Is verò, qui in rem ſuam procurator datus eſt, intra biduũ appellare debet: quia

ſuam cauſam agit. Militibus appellandi tempora nõ remittũtur: & victi ſi non prouocauerint & ſolennia fecerint, poſtea non audiuntur.

IMPERATORES Verus & Antoninus reſcripſerunt appellationes, quæ rectà ad Principem factæ ſunt, omiſſis iis, ad quos debuerunt fieri, ex vno ordine ad Præſides remitti. Iidem reſcripſerunt iudicem quem à Præſide prouinciæ quis acceperat, non recte ad Imperatorem appellatũ eſſe: ideóque reuerti eum ad Præſidem debere. Si Magiſtratus creatus appellauerit: collegam eius interim vtriuſque officiũ ſuſtinere debere. Si vterque appellauerit, alium interim in locum eorum creandũ. Et eum, qui nõ iuſte appellauerit, damnũ agniturũ, ſi quod reſpub. paſſa ſit. ſi verò iuſta ſit appellatio. & hoc pronuntietur: eũ æſtimaturum, cui hoc aſſcribendum ſit. In locum autem curatoris, qui annonã adminiſtraturus eſt, alium interim aſſumendum, quoaduſque appellatio pendeat. Iidem reſcripſerunt, quanuis vſitatũ non ſit, poſt appellationem, fructus agri, de quo diſceptatio ſit, deponi: tamen, cum depopularẽtur ab aduerſario, æquum ſibi videri fructus apud ſequeſtrum deponi. PAP.

AD PRINCIPEM remiſſa cognitio, ab eo circunduci poteſt, qui remiſit. PAP.

EX CONSENSV litigantium citra compromiſſum à Præſide prouinciæ iudice dato, victus prouocare poteſt. Cũ procurator Cæſaris, qui partib9 Pręſidis non fungebatur, in lite priuatorũ ius dandi Iudicis non habuiſſet: fruſtra prouocatum ab ea ſententia conſtitit, quæ non tenebat. Filiumfamiliâs, cũ aduerſus patrẽ eius de bonis, quæ per ipſum poterant acquiri, pronuntiatum eſſet: reſpondi nõ niſi patris nomine potuiſſe prouocare. Eum, qui cogno

uit edictũ peremptorium ſecundum ordinis cauſam datum, placuit non rectè prouocaſſe: cum in eius poteſtate fuerit, ante diẽ præſtitutũ pro tribunali reſpõdentẽ aut defenſum, edicti denuntiationẽ rumpere.

SCAEV. NEGOTIORVM geſtor, vel tutor vel curator bona fide condemnati appellauerunt, & diu negotium tractum eſt. quæſitum eſt, appellatione eorum iniuſta pronuntiata: an, quia tardius iudicatum ſit, vſuræ principalis pecuniæ medij temporis debeantur. » Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, dandam eſſe vtilem actionem. Curator iuuenis aduerſus tutoris hæredes iudicio expertus, appellationem interpoſuit. cum impleſſet autem viceſimumquintũ annum ætatis iuuenis, & in militia ageret, exequi appellationem deſijt. Quæro, regreſſus à militia vtrum ipſe appellationem explicare deberet? an verò curatorem in eam rem conueniri oporteret? » Reſpondi, ipſum militem cauſam ad ſe pertinentem exequi debere, ſecundum ea, quæ proponerentur.

HERM. ἀυτοκράτωρ ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ ἑλλήνων. ἐκκαλεῖσθαι μὲν πῶς ἄν τις κωλύοιτο ἀπὸ τῶν δικαζόντων, οὐχ ὁρῶ, ὁπότε ἔξεστι τὴν ἑτέραν ὁδὸν παρεπόμενον ταὐτὸ ποιεῖν, καὶ θᾶττον πρός με ἀφικνεῖσθαι. ὕβρει δὲ καὶ βίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐκκαλουμένους καὶ φρουρὰν στρατιωτικὴν περιιστάναι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀποφράττειν αὐτοῖς τὴν δεῦρο ἄνοδον, ἀπαγορεύομεν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν, καὶ πειθήσονται ταύτῃ μου τῇ προρρήσει, εἰδότες ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει τῆς τῶν ἀρχομένων ἐλευθερίας, ὅσον καὶ τῆς εὐνοίας αὐτῶν καὶ πειθοῦς.

PAVL. AD IMPERATOREM cauſam remiſſam partibus conſentientibus: Præſes, ſi ad eius notionẽ

pertinet, audire poteſt. »

TVTOR, ſi in negotio pupilli prouocauerit, vel curator in adulti: hæres eius antequam reddat ratio- » nes, appellationis cauſam proſequi debet. Nam poſt » redditas rationes nec ipſe tutor nec curator appella- » tionis merita probare cogitur.

CREDITOR cum fideiuſſoribus egerat: ſed poſt iudicium acceptum ad agendā cauſam ipſe non affuit. &, cum abſoluti eſſent fideiuſſores, ſeruus eius appellauit. quæſitum eſt, an appellatio, quam ſeruus interpoſuit nomine domini, nullius momenti eſſet. Reſpondi huiuſmodi appellationem non eſſe obſer- » uādam. Iuſſus à iudice exhibere ſecundū præceptum Præſidis prouinciæ rationes, quas apud ſe eſſe cauerat, inſtrumētorū gratia data dilatiōe nec poſtea exhibuit: ideóque ſecundū conſtitutionē recitatam, quia inſtrumēta per contumaciā nō exhibuerat, cum petitor, quāti ſua intereſſet exhiberi iuraſſet: facta erat condemnatio. Quæſitū eſt, an poſt iuſiurandū, appellationē interponere poſſit. Reſpōdi nihil proponi, cur » denegandum eſſet appellādi auxiliū. Subſtituti tutores, in locū legitimi tutoris experti cū eo tutelę iudicio: cū arbiter inique condēnauit, id eſt aliter quàm rei æquitas exigebat, à ſentētia eius prouocauerunt. pendente cauſa appellationis, iuuenes adoleuerunt. Quęſitū eſt, cū omnis executio huiuſmodi ad adultos pertineat, & cauſam ad ſe pertinētē idonee tueri poſ- ſint: an poſtulatio eorū, contra quos appellatū erat, dicentiū illos debuiſſe cauſas appellationis reddere, qui primi ſunt experti, admittenda nō ſit. Reſpondi eos, » quorū tutela geſta eſſet: ſi vellent cauſam exequi, nō prohibendos. Idem & in curatorib⁹ obſeruādum eſt: ſi interim adultus ad legitimam ætatem peruenerit.

SCAEV.

A QVIBVS APPELLARE NON LICET.

VLP. TRACTANDVM eſt,à quibus appellari nõ licet. Et quidem ſtultum eſt illud admonere, à Principe appellare fas non eſſe: cum ipſe ſit, qui prouocatur. Sciendum eſt appellari nõ poſſe à Senatu ad Principem. Idque oratione diui Adriani effectum eſt. Siquis ante ſententiã profeſſus fuerit ſe à iudice non prouocaturũ: indubitate prouocandi auxilium perdidit. Interdum Imperator ita ſolet Iudicẽ dare, vt non liceat ab eo prouocari: vt ſcio ſæpiſſime à diuo Marco iudices datos. An & alius ita poſſit Iudicẽ dare, videamus. Et puto non poſſe.

PAP. QVAESITVM eſt, in arbitros, qui ad fideiuſſores probandos dãtur, an appellare liceat: quãuis hoc caſu & ſine appellatione quidam putãt ab eo, qui eos dedit, ſententiam eius corrigi poſſe.

QVIS ET À QVO APPELLETVR.

VLP. QVOD DICITVR, Eũ appellari, qui dedit Iudicem. ſic accipiendum eſt, vt & ſucceſſor ei⁹ poſſit appellari. Proinde, & ſi præfectus vrbi Iudicem dederit, vel Præfectus prætorio, ipſe erit prouocandus, qui eũ iudicẽ dederit. Ab eo, cui quis mandauit iuriſdictionem, nõ ipſe prouocabitur. Nam generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mãdata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo, cui mandauit iuriſdictionem.

VENV. APPELLARI à legato Procõſulis poteſt: &

ſi multam indixerit, poteſt de iniquitate eius Pro- »
conſul cognoſcere: &, quod optimum putauerit, »
ſtatuere.

DATO Iudice à Magiſtratibus Po. Ro. cuiuſcũque ordinis, etiam ſi ex authoritate Principis licet nominatim iudicem declarantis dederint, ipſi tamen Magiſtratus appellabuntur. MOD.

QVANDO APPELLANDVM SIT, ET INTRA QVAE TEMPORA.

SIQVIDEM in inſulam deportandum annotauerit Præſes prouinciç, & Imperator reſcripſerit, vt deportetur: videamus, quando ſit prouocandum: vtrũ, cum Imperator reſcripſit, an cũ ei ſcribitur. Et putem tunc eſſe appellandum cũ recipi eum Præſes iubet: ſententia prolata, Imperatori ſcribendum, vt deportetur. Cæterum verendum eſt, ne ſero ſit, vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulã ei aſſignauerit. Comprobata enim ſentẽtia Præſidis, tunc ſolet inſulam aſſignare. Rurſus illud verendum eſt, ſi mẽdacijs apud principem onerauerit eum, quẽ »
deportandum laborat: intercludi illi viam prouocandi. »
Quid ergo eſt? Recte dicetur, humanitate ſuggerente, vt & hoc & illo tempore non fruſtra prouocetur: quia non aduerſus Principẽ, ſed aduerſus iudicis calliditatem prouocauit. Simili modo & in Decurione erit probandũ, quem punire ſibi Præſes prouinciç permittere non debet: ſed recipere eũ in carcerẽ, & Principi ſcribere de pœna eius. Siquis tutor datus fuerit vel à teſtatore, vel à quouis alio qui ius dãdi habet: non oportet eũ prouocare. hoc enim diuus VLP.

Marcus effecit.ſed intra tempora præſtituta excuſationem allegandam habet:& ſi fuerit repulſa,tũc demum appellare debebit.cæterum antè fruſtra appellatur. Alia cauſa eſt eorũ,qui ad aliquod munus vel honorem vocantur:cum dicant ſe habere excuſationem·Nam non aliter allegare poſſunt cauſas immunitatis ſuæ,quàm ſi appellationem interpoſuerint.

Solent plerũque Præſides remittere ad Ordinẽ nominatũ, ſcilicet vt C.Seiũ creët Magiſtratum. vel alius quis honor vel munus in eum conferatur.Vtrũ igitur tunc appellandum eſt,cũ Ordo decretũ interpoſuerit?an verò à remiſſione,quã Præſes fecerit,appellatio ſit interponenda?Et magis eſt,vt tunc ſit appellandũ,cũ Ordo decreuerit·magis enim conſilium dediſſe Præſes videtur,quis ſit creãdus,quàm ipſe cõſtituiſſe,denique ipſe erit appellãdꝰ,nõ ab eo prouocandũ.Sed,& ſi Præſes in Ordine fuerit (ita,vt aſſolet fieri)cũ ab ordine crearetur,quis ipſe erit prouocãdus:quaſi ab Ordine, non ab ipſo fiat appellatio.

Biduum vel triduum appellationis, ex die ſententiæ latæ computandũ erit.Quid ergo,ſi ſententia fuerit ſub conditione dicta? vtrum ex die ſententiæ latæ tempus computamus ad appellandũ? an verò ex die,quo cõditio ſententiæ extiterit?Sane quidẽ nõ eſt dicenda ſub conditione ſententia.Sed,ſi fuerit dicta,quid fiet?Et eſt vtile ſtatim tempora ad appellãdum computari debere. Quod in ſentẽtijs receptum eſt,vt vel altera die vel tertia prouocetur: hoc etiam in cæteris obſeruandũ eſt,ex quibus ſententia quidem nõ profertur,appellari tamẽ oportere & poſſe,ſuprà relatum eſt. Dies autem iſtos,quibus appellandum eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio diui Marci voluit:ſi forte eius,à quo prouocatur,copia nõ

fuerit, vt ei libelli dentur. ait enim, Is dies ſeruabitur, quo primùm adeundi facultas erit. Quare, ſi forte poſt ſententiam dictam ſtatim copiam ſui non fecerit is, qui pronuntiauit, vt fieri aſſolet: dicendum eſt, nihil nocere appellatori. Nam, vbi primùm copiam ei⁹ habuerit, prouocare poterit. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimiliter ſubueniendum eſt. Quid ergo, ſi conditio horæ effecerit, vt ſe reciperet? Si forte dicta ſit ſententia iam ſuprema hora: vtique non videbitur ſe ſubtraxiſſe. Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiam fecerit. Cæterum, ſi non fecerit, an imputetur alicui, quòd ad domum eius non venerit, quódque in ortos non acceſſerit, & vlterius, quòd ad villam ſuburbanam? Magíſque eſt, vt nō debeat imputari. Quare, ſi in publico eius adeundi facultas non fuerit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. Siquis ipſius quidem, à quo appellauit, adeundi facultatem non habuit: eius autem, ad quem appellauit, copiam habeat: videndum eſt, an ei præſcribi poſſit, quòd eũ non adierit. Et hoc iure vtimur, vt, ſi alterutrius adeũdi fuerit copia, pręſcriptio locum habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriam cauſam ab aliena quemadmodũ diſcernimus, quæritur? Et palàm eſt eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. Quare procurator, niſi in rem ſuam datus ſit, tertium diem habebit. In ſuam autem rem datus, magis eſt, vt alterã diem obſeruet. at, ſi in partem proprio nomine, in partem alieno litigat: ambigi poteſt, vtrum biduum, an triduum obſeruetur. Et magis eſt, vt ſuo nomine biduum, alieno triduũ obſeruetur. Tutores, itẽ defenſores rerũ publicarũ, & curatores adoleſcentium vel furioſi,

tertiam diem habere debent: idcirco, quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die prouocandum defenſori: ſi modo quaſi defenſor cauſam egerit, non ſuo nomine: cum obtentu alieni nominis ſuã cauſam agens, tertio die appellare poſſit. Siquis ſuſpectum tutorẽ faciens, non obtinuerit: appellare eũ intra triduum debere Iulianus lib. x Digeſtorum ſcribit: profecto quaſi pupilli defẽſorem. Si aduerſus abſentem fuerit pronuntiatum: biduum vel triduũ, ex quo quis ſcit, computandum eſt: non ex quo pronuntiatum eſt. Quod autẽ dicitur, Abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit: ſic accipimus, ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt: nã ſi ille non prouocauit, difficile eſt, vt hic audiatur

MARC. 2 SI PROCVRATORIO nomine egeris, & victus appellaueris, deinde iniuſta appellatio tua fuerit pronuntiata: poteſt dubitari, num ſecundo die appellare debeas: quia, cum de tua iniuſta appellatione pronũtiatum ſit, tua interfuiſſe videtur. Sed rectius dicetur tertia die appellare te poſſe: quia nihilominus alienam cauſam defendis. Sed, ſi alius quàm, qui iudicio expertus eſt, appellet, qualis eſt is, cuius intereſt: an etiam tertia die appellare poſſit, videamus. Sed dicendum eſt ſecunda die appellare eum debere: quia verum eſt eum ſuam cauſam defendere: & contrariũ eſt ei, ſi dicat idcirco ſibi licere intra triduum appellare, quia videtur quaſi alieno nomine appellare: quoniam ſi velit cauſam ſuam alienam videri, ſemetipſũ excludit: quia in aliena cauſa ei, qui iudicio expertus non eſt, appellare non licet. Si is, qui ex libertinitate in ingenuitatem ſe defendebat, victus appellare omiſerit, an pater eius appellare poſſit, maximè ſi dicat, eum in ſua poteſtate eſſe, quæritur? Sed, ſi poteſt

(quod magis probatur) ſecunda die vt in propria cauſa appellare debet. Si pro eo, qui capite puniri iuſſus eſt, neceſſaria perſona appellet: an tertia die audiri poſſit, Paulus dubitat: ſed dicendum eſt hanc quoque perſonam, vt in propria cauſa, ſecunda die appellare debere: quia, qui ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendit.

ILLVD videamus, ſi, cum Imperatori ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eum reſcriptum ſit: an appellare à literis pridem ſibi editis poſſit? quia, qui tunc non appellauit, vera eſſe, quæ ſcripta ſunt, conſenſiſſe videtur: nec audiendus eſt, ſi dicat euentũ reſcripti ſacri ſuſtinuiſſe.

DE APPELLATIONIBVS RECIPIENDIS VEL NON.

NON SOLENT audiri appellantes, niſi ij, quorum intereſt, vel quibus mãdatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum reus habeat. Sed, & ſi cum mater rem filij per ſententiam aduerſam animaduerteret, prouocauerit, pietati operam dando, dicendum eſt & hanc audiri debere. & ſi litem præparandam curare maluerit, intercedere non videtur: licet ab initio defendere non poteſt. VLP.

ANTE ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem in ciuili negotio habendam Iudex interlocutus ſit: vel in criminali, ſi contra leges Iudex hoc faciat. SCAEV.

INTRA triduum appellare licet ei, qui de ſuſpecto tutore egit, victúſque appellat. PAVL.

MARC. 4 EIVS, QVI ideo cauſã agere fruſtratur, quòd dicit ſe libellum Principi dediſſe, & ſacrum reſcriptũ expectare, audiri deſyderium prohibetur: & ſi ob eã „ cauſam prouocauerit, appellatio eius recipi, ſacris cõſtitutionibus vetatur.

VLP. 5 EI, CVIVS appellatio non recipitur, ſufficit, ſi „ poſſit dicere appellationem ſuam nõ eſſe receptam. quod quacunque ratione doceat, admittetur eius appellatio. Non recepta autem appellatione, ſi quidem „ ad Principem appellare oportuerit: Principi erit ſupplicandũ. Si verò alius appellabatur, quàm Princeps: „ ille erit adeundus. Sed, & ſiquid aliud poſt receptam appellationem impedimẽti factum fuerit: eum adiri oportet, quem appellare quis debet. Planè, ſi appellatione non recepta, non ipſum adierit, quem debuit, „ ſed Principẽ: pro eo habebitur, atque ſi is aditus eſſet, „ qui adiri debuit. Idque reſcriptis Imperatoris noſtri „ Antonini declaratur. Planè, ſi aliũ pro alio adijt, non Principem: nihil ei hic error proderit: licet non videatur ceſſaſſe. Intra conſtituta autem appellatoria tem„ pora debet is, cuius appellatio non eſt recepta, vel cõ„ petentem Iudicem vel Principem adire.

MARC. 6 SCIENDVM eſt, cum appellatio non recipi„ tur, præcipi ſacris conſtitutionibus omnia in eodem „ ſtatu eſſe, nec quicquam nouari, etiam ſi contra fiſcũ appellatum ſit: eúmque, qui appellationem non reci„ pit, opinionem ſuam confeſtim per relationem mani„ feſtare: & eius cauſam, pro qua non recipit appella„ tionem, eiúſque exemplum litigatori edere debere, mandatis cauetur.

PAVL. 7 SI RES dilationem non recipiat, non permittitur appellare: veluti ne teſtamentum aperiatur: vt „ diuus Adrianus conſtituit: ne frumentum in vſum

militum, in annonæ ſubſidia contrahatur, nêve ſcriptus hæres in poſſeſſionem inducatur. Item, ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quo minus fiat, non permittitur appellare. Item, quo minus pignus vendere liceat, appellari non poteſt.

DE LIBELLIS DIMISSORIIS.

lex. i. POST APPELLATIONEM interpoſitam literæ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue Principem, ſiue quem alium: quas literas, dimiſſorias ſiue apoſtolos appellant. Sẽſus autem literarum talis eſt, appellaſſe puta L. Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt. Sufficit autem petiſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter & ſæpius: vt, ſi non accipiat, idipſum conteſtetur. Nam inſtantiã petentis dimiſſorias, conſtitutiones deſyderant. Æquũ eſt igitur, ſi per eũ ſteterit, qui debebat dare literas, quo minus det: ne hoc accipienti noceat. MARC.

NIHIL NOVARI APPELLATIONE INTERPOSITA.

lex. i. APPELLATIONE interpoſita: ſiue recepta ſit, ſiue non: medio tempore nihil nouari oportet. Si quidem fuerit recepta appellatio: quia recepta eſt. Si verò non eſt recepta: ne præiudicium fiat ei, quoad deliberetur, vtrum recipienda ſit appellatio, an nõ ſit. Recepta autem appellatione, VLP.

tandiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione erit pronuntiatum. Siquis ergo forte relegatus
» fuerit, & appellauerit: nõ arcebitur neque Italia, ne-
» que prouincia qua relegatus eſt. Propter eandem rationem &, ſi quis deportatus fuerit ab eo, cui depor-
» tandi ius eſt, vel adnotatus: neque vincula patie-
» tur, neque vllam aliam iniuriam, quam patitur, qui
» ſententiæ non acquieuerat. Integer enim ſtatus eſſe
» videtur prouocatione interpoſita. Ergo, & ſi abſtine-
» re ordine iuſſus ſit, & prouocauerit: eadem ratione
» poterit interim participare: cum hoc ſit conſtitutum,
» & ſit iuris, ne quid pẽdente appellatione innouetur.
Si quis ex pluribus facinoribus condẽnatus, propter quædam appellauerit, propter quædam non: vtrum differenda pœna eius ſit, an non, quæritur? Et, ſi qui-
» dem grauiora ſint crimina ob quæ appellatio inter-
» poſita eſt, leuius autem id, propter quod quis non ap
» pellauerit: recipienda eſt omnino appellatio, & diffe-
» renda pœna. Si verò grauiorem ſententiam meruit
» ex ea ſpecie, ex qua non eſt appellatum: omnino pœna imponenda eſt.

QVAE SENTENTIAE SINE APPELLATIONE RESCINDVNTVR.

MARC.

1 ILLVD meminerimus, Si quæratur iudicatum ſit nécne, & huius quæſtionis Iudex non eſſe iudicatum pro-
» nuntiauerit: licet fuerit iudicatum, re-
» ſcinditur, etſi prouocatum non fue-
» rit. Item, ſi calculi error in ſententia eſſe dicatur, ap-
» pellare neceſſe non eſt: veluti ſi Iudex ita pronun-
tiauerit, Cum conſtet Titium Seio ex illa ſpecie L,

item ex illa ſpecie x x v debere: idcirco L. Titium Seio in c condemno. Nam, quoniam error computa- » tionis eſt, nec appellate neceſſe eſt, & citra prouoca- » tionem corrigitur. Sed, & ſi huius quæſtionis Iudex ſententiam in c confirmauerit: ſi quidem ideo quòd L & x x v fieri c putauerit: adhùc idem error cõ- » putationis eſt, nec appellare neceſſe eſt. Si verò ideò, » quoniam & alias ſpecies x x v fuiſſe dixerit: appel- » lationi locus eſt. Item, cum contrà ſacras conſtitutio- » nes iudicatur, appellationis neceſſitas remittitur. Cõ- » tra conſtitutiones autem iudicatur, cum de iure con- » ſtitutionis, nõ de iure litigatoris pronuntiatur. Nam, ſi Iudex volenti ſe ex cura muneris vel tutelæ, bene- ficio liberorum vel ætatis aut priuilegij excuſare, di- xerit neque filios neque ætatem aut vllum priuilegiũ ad muneris vel tutelæ excuſationem prodeſſe: de iu- » re cõſtitutionis pronuntiaſſe intelligitur. Quôd ſi de » iure ſuo probantem admiſerit, ſed idcirco cõtra eum ſentẽtiam dixerit, quôd negauerit eum de ætate ſua aut de numero liberorum probaſſe: de iure litigato- » ris pronuntiaſſe intelligitur. quo caſu appellatio ne- » ceſſaria eſt. Item, cũ ex edicto peremptorio, quod ne- que propoſitum eſt, neque in notitiã peruenerit, ab- » ſentis condemnatio fit: nullius momenti eſſe ſenten- » tiam, conſtitutiones demonſtrant. Si apud eundem Iudicem inuicẽ petamus: ſi & mea petitio & tua ſine vſuris fuerit, & Iudex me priorem tibi cõdemnauit, quò magis tu prior me condemnatum habeas: nõ eſt » mihi neceſſe pro hac cauſa appellare: quoniam ſecun- » dum ſacras conſtitutiones iudicatum à me petere nõ » poſſis prius, quàm de mea quoque petitione iudice- » tur. Sed magis eſt vt appellatio interponatur.

PAVLVS reſpõdi eum, qui in rebus humanis » PAVL

deinde rationes reddiderit: nihilominus ipſe reſpondere debet. Sed an eo ceſſante dominus litis reſpondere poſſit exemplo adoleſcentis, videamus. Magis tamen obſeruatur, vt audiri debeat in cauſis appellationis reddēdis is, cuiꝰ abſentis procurator appellauit.

SI QVIS TVTOR VEL CVRATOR VEL MAGISTRATVS CREATVS APPELLAVERIT.

I SI QVI ad munera publica nominati appellauerint, nec cauſas probauerint: ſciant ad periculum ſuum pertinere, ſi quid damni per moram appellationis Reip. acciderit. Quòd ſi apparuerit eos neceſſario prouocaſſe: cui aſcribendū ſit id damnum, Præſes vel Princeps æſtimabit. VLP.

2 TVTOR vel curator detētus, ſi prouocauerit, & ante cauſam actam moriatur, propter periculum medij temporis ſucceſſores eius cauſas appellationis neceſſe habent reddere. HERM.

EVM, QVI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA DEFENDI.

E VM, QVI appellauerit, oportere in prouincia defendi in alijs ſuis cauſis, etiā ſi appellationis cauſa peregrinetur, diui Fratres Decio Philoni reſcripſerunt. VLP.

2 HOC ENIM illis præſtatur, ne neceſſe habeāt ſe defendere, qui Reip. cauſa abſunt. MART.

APVD EVM, À QVO APPELLATVR, ALIAM CAVSAM AGERE COMPELLENDVM.

VLP. SI QVIS ex alia cauſa appellauerit à Iudice, an in alia cauſa eundem iudicẽ habere neceſſe habeat, videam9. Et hodie hoc iure vtimur, vt, tametſi appellatio interpoſita ſit: tamen apud eũdem » Iudicem, à quo quis prouocauit, cõpellatur alias cau» ſas, ſiquas habet, agere: nec vtetur hoc prætextu, quaſi apud offenſum Iudicem non debeat experiri, cum poſſit denuo prouocare.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

MARC. » » APPELLATORE defuncto, ſi quidem ſine hærede, cuiuſcũque generis appellatio fuerit, euaneſcit. Quòd, ſi appellatori hæres extiterit, ſi quidẽ » nullius alterius intereſt cauſas appella» tionis reddi: cogẽdus non eſt peragere appellationẽ. » ſi verò fiſci vel alterius, contra quem appellatum eſt, » intereſt: hæres cauſas appellationis reddere neceſſe habet. Nullius autem intereſt, veluti cum ſine ademptione bonorum relegatus eſt. Nam, ſi ademptis bonis relegatus, vel in inſulã deportatus, vel in metallum dat9 prouocatione interpoſita deceſſerit, Impe» rator noſter Alexander Plectorio militi ita reſcripſit, » Quanuis pendente appellatione morte rei crimẽ ex» tinctum ſit: data tamẽ etiam de parte bonorũ eius, » ſentẽtia proponitur, aduerſus quam non aliter is, qui

emolumentum ſucceſſionis habet, obtinere poteſt, “ quàm ſi in reddendis cauſis appellationis iniquitatẽ “ ſentẽtiæ detexerit, Tutor quoque in negotio pupilli “ appellatione interpoſita ſi deceſſerit: hæredem eius ” cauſas interpoſitæ appellationis reddere neceſſe eſt, etiamſi rationes tutelæ hæres reddiderit: quia ſufficit mortis tempore ad cauſas appellationis reddendas obligatum fuiſſe. Sed diui Verus & Antoninus reſcri ” pſerunt, non cogendum tutorem poſt rationes red- ” ditas, cauſas appellationum reddere.

DE IVRE FISCI.

VARIAE cauſæ ſunt, ex quibus nũtia- CALL. tio ad fiſcũ fieri ſolet. Aut enim ſe quis, quod tacite relictum eſt, profitetur capere non poſſe: vel ab alio præuentus defertur, vel quòd mors ab hæredibus non vindicetur, vel quòd indignus quis hæres nuntiatur, vel quòd Princeps hęres inſtitut⁹ eſt, vel quòd teſtamentum ſiue codicilli ſurrepti eſſe nuntiantur, vel quòd dicatur quis theſaurum inueniſſe, vel ma- ” gni pretij rem minoris ex fiſco cõparaſſe, vel ex præ- ” uaricatione fiſcum victum eſſe, vel eum deceſſiſſe, qui ” in capitali crimine eſſet, vel etiã poſt mortem aliquẽ reum eſſe, vel domum deſtructam eſſe, vel ab accuſa tione receſſum, vel rem litigioſam venũdari, vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi, vel aduerſus leges commiſſum factum eſſe. An bona, quæ ſoluẽdo non ſunt, ipſo iure ad fiſcum pertineant, quæſitũ eſt. Labeo ſcribit, etiam ea, quæ ſoluendo non ſunt, ipſo ” iure ad fiſcum pertinere. Sed contra ſententiam eius ” edictum perpetuum ſcriptum eſt, quòd bona ita ve- ”

iuſſores teneantur, & ei poſtea publicam cauſam defendēdi ius adimatur: poſſeſſoris autem idem ius eſſet, quod, ſi delatus omninò non eſſet. Quoties tamē delator adeſſe iuſſus, ceſſat, nec hoc fraude poſſeſſoris factum eſſe probabitur, diuus Adrianus reſcripſit ſecundum poſſeſſorem pronūtiari oportere: ita, vt ſententia comprehendatur etiam delatores edicto id cōprehendiſſe. Diuus Pius Cæcilio Maximo reſcripſit conſtitutionē patris ſui, qua cōpelleretur delator edere mandatorem, ac, niſi edidiſſet, vt in vincula deduceretur: eò pertinere, non, vt delator pœnæ ſubduceretur, ſi mandatorem haberet: ſed, vt mandator quoque perinde, ac ſi ipſe detuliſſet, puniretur. Imperator noſter Seuerus Auguſtus conſtituit, ne ſerui delatores dominorum audiantur, ſed, vt pœna coerceantur. libertos quoque cauſę mandatores contra patronos, à Præſidibus prouinciarum pœna plectendos. Complura ſunt reſcripta Principalia, quibus cauetur non obeſſe errorem cuiquam, quòd ignarus iuris ſui ipſe ſe detulerit. ſed extat eorundem Principum reſcriptum, ex quo videtur poſſe defendi ita demum non nocere cuiquam ſe detuliſſe, ſi ea perſona ſit, quę ignorare propter ruſticitatem vel propter paupertatem vel propter ſexum fœmineum ius ſuum poſſit.

NON INTELLIGITVR fraudem legi feciſſe, qui rogatus eſt palàm reſtituere. Sed, cum quidā teſtamento ſuo ita ſcripſiſſet, Vos rogo, vt in eo, quod à vobis petij, fidem præſtetis, pêrque Deum, vt faciatis, rogo. & quæreretur, an id palàm datum intelligeretur: Iulianus reſpondit non quidem apparere, quid ab hæredibus ex huiuſmodi verbis petitū eſt: quæri autē ſolere, quādo intelligatur quis in fraudē legis fi-

dem ſuam accommodare. Et ferè eò iam decurſum, vt fraus legi fieri videatur, quoties quis neque teſtamento neque codicillis rogaretur, ſed domeſtica cautione & chirographo obligaret ſe ad præſtandum ei, qui capere non poteſt. ideóque dici poſſe ex ſupradictis verbis non eſſe legi fraudem factam. Si quis palàm rogatus & tacite eſſet, agitabatur, quid magis præualeret: vtrum idipſum noceret, quòd tacite rogatus eſſet, an prodeſſet, quòd palàm petitum eſſet. Diuus Adrianus reſcripſit in eo, quod cuiuſque fidei palàm commiſſum eſt, non eſſe exiſtimandum fidem ſuam in fraudem legis accommodaſſe. Quando autem fraus interpoſita videatur, agẽdum eſt: id eſt, vtrum exitus ſpectari debeat, an conſilium, forte, ſi tunc, cum tacite fideicommittebatur, non capiebat is, cui reſtitui iubebatur: mortis verò tempore capere poterat: vel contrà. Et placuit exitum eſſe ſpectandum. Tacita autem fideicommiſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur chirographum, quo ſe cauiſſet is, cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenerit, reſtituturum. Sed & alijs probationib9 manifeſtiſſimis idem fit. Cum ex cauſa taciti fideicommiſſi bona ad fiſcum pertinent: omnia, quę in teſtamento vtiliter data ſunt, valẽt. & ita diuus Pius reſcripſit. Diui Fratres reſcripſerunt in venditionib9 fiſcalibus fidem & diligentiam à procuratore exigendam, & iuſta pretia non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione conſtitui. Sicut enim diligenti cultura pretia prædiorum ampliãtur: ita, ſi negligẽtius habita ſint, minui ea neceſſe eſt. Cum quinquennium, in quo quis pro publico conductore ſe obligauit, exceſſit: ſequentis temporis nomine non tenetur. idque Principalibus reſcriptis exprimi-

tur. Diuus etiam Adrianus in hæc verba reſcripſit, Valde inhumanus mos eſt iſte, quo retinentur cōductores vectigalium publicorum & agrorum, ſi tantidem locari non poſſunt. Nam & facilius inueniūtur conductores, ſi ſciuerint fore, vt ſi peracto luſtro diſcedere voluerint, non teneantur. Si poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit: eo iure vtitur, quo is vſurus erat, cui ſucceſſit. Multa Principalia ſunt reſcripta, quibus cauetur nō aliter fiſcum debitorum ſuorum debitores conuenire, niſi principales debitores defecerint, vel ex ratione fiſci nomina facta liquido approbentur, vel ex contractu fiſcali debitores conueniantur. Diuus Adrianus Fl. Proculo reſcripſit, cū in libertatem proclamat is, qui ex bonis ad fiſcum pertinentibus eſſe dicitur: iudicium dari præſentibus & agētibus etiam ijs, qui negotijs fiſci ſolent interuenire. Et huiuſmodi liberales cauſæ, ſi non interueniente fiſci aduocato deciſæ ſint, in integrum reſtituuntur.

Si in locis fiſcalibus vel publicis, religioſíſve, aut in monumentis theſauri reperti fuerint: Diui Fratres conſtituerūt, vt media pars ex his fiſco vēdicaretur. Item ſi in Cæſaris poſſeſſione repertus fuerit, dimidiam æquè partem fiſco vendicari. Deferre autem ſe nemo cogitur, qui theſaurū inuenerit, niſi ex eo theſauro pars fiſco debeatur. Qui autē in loco fiſci theſaurū inuenerit, & partē ad fiſcum pertinētem ſuppreſſerit: totum cum altero tanto cogitur ſoluere.

IN FISCI CAVSIS pacti cum delatoribus, pro confeſſis habentur, ſi modò pretium vel modicum dederunt. VLP.

SI PROCVRATOR Cæſaris rem aliquam vendiderit: quanuis duplum vel triplum pro euictione promiſerit, tamen fiſcus ſimplum præſtabit. Si ab

eo, cui ius diſtrahendi res fiſci datum eſt, fuerit diſtractũ quod fiſci fuit: ſtatim fit emptoris, pretio tamen ſoluto.

FISCVS, cũ in priuati ius ſuccedit, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporibus vtitur. cæterum, poſtea quàm ſucceſſit, habebit priuilegium ſuum. Sed, vtrum ſtatim, atq; cœperit ad eum pertinere nomen: an verò poſtea quàm cõuenit debitorem: an poſtea quàm relatum eſt inter nomina » debitorum, quæritur? Et quidẽ vſuras exinde petit fi» ſcales, etſi breuiores debeantur, ex quo conuenit certum debitorem & confitentem. At in priuilegio variè reſcriptum eſt. puto tamen exinde priuilegio eſſe locum, ex quo inter nomina debitorum relatum no» men eſt. Quodcunque priuilegium fiſco cõpetit, hoc » idem & Cæſaris ratio habere ſolet, & Auguſtæ.

SI FISCVS alicui ſtatus cõtrouerſiam faciat, fiſci aduocatus adeſſe debet. Quare, ſi ſine fiſci aduo» cato pronuntiatum ſit, Diuus Marcus reſcripſit ni» hil eſſe actum: & ideò ex integro cognoſci oportere.

MOD. BONORVM FISCO vendicatorum actores venundari à procuratoribus non poſſunt: & ſi » diſtrahantur, irritam fieri venditionem reſcriptũ eſt.

L. TITIVS fecit hæredem ſororẽ ſuam ex dodrante· vxorem Meuiam & ſocerum ex reliquis portionibus inſtituit· eius teſtamentum poſthumo nato ruptum eſt· qui poſthumus breui tẽpore & ipſe deceſſit: atque ita omnis hæreditas ad matrem poſthumi deuoluta eſt. ſoror teſtatoris Meuiam veneficij in L. Titiũm accuſauit. cum non obtinuiſſet, prouoca» uit. inter ea deceſſit rea: nihilominus tamen apoſtoli redditi ſunt. Quæro, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam propter hæreditatẽ

quæſitã? Modeſtinus reſpõdi mortua rea crimine ex- »
tincto perſecutionẽ eorũ, quæ ſcelere acquiſita pro- »
bari poſſunt, fiſco competere poſſe.

NON puto delinquere eũ, qui in dubijs quęſtio- nibus contra fiſcum facilè reſponderit. »

NON poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere niſi, IAB.
quę creditorib⁹ ſuperfutura ſunt. Id enim bonorum »
cuiuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt. »

IN METALLVM damnatis libertas adimi- CALL.
tur, cum etiam verberibus ſeruilibus coerceantur. »
Sanè per huiuſmodi perſonas fiſco nihil acquiri Di-
uus Pius reſcripſit: & ideò, quod legatum erat ei, qui »
poſtea in metallum damnatus erat, ad fiſcum non »
pertinere reſcripſit: magiſque ait pœnæ eos quàm fi- »
ſci ſeruos eſſe.

EDICTO diui Traiani, quod propoſuit, ſigni- » PAVL.
ficatur, vt, ſi quis antè, quàm cauſa eius ad ærarium »
deferatur, profeſſus eſſet eam rem, quam poſſideret, »
capere ſibi nõ licere: ex ea partem fiſco inferat, par- »
tem ſibi retineat. Idem poſtea edicto ſignificauit, vt, »
quæcunque profeſſa eſſet, vel palàm vel tacite relictũ
ſibi, quod capere nõ poſſet, & probaſſet iam id ad fi-
ſcũ pertinere: etiam ſi id non poſſideret: ex eo, quod
redactum eſſet, à Præf. ærario partem dimidiam fe-
rat. Nihil autem intereſt, quæ cauſa impediat ius ca-
piẽdi. Id autẽ deferri debet, quod latet, non id, quod
fiſci eſt. Ad hæredes eius, qui ſe detulerat, non vide-
batur præmium tranſire: ſed Diuus Adrianus reſcri- »
pſit, vt, licet antè deceſſiſſet is, qui ſe detulerat, quàm »
id, quod detulerat, fiſco adijceretur: hæredi eius præ- »
mium daretur. Extat & eiuſdem Adriani ſententia, »
vt, ſi is, qui ſe deferre poterat, morte præuẽtus »
fuerit: hæres eius, ſi detulerit, præmium conſequa- »

tur: ſi tamen (inquit) liquebit defunctum eius animi fuiſſe, vt ſe vellet deferre. ſi verò idcirco diſſimulauerit, dum rem occultari ſperat: hæredẽ eius vltra vulgare præmium nihil conſecuturum. Item Diui Fratres reſcripſerunt, hæredes eorũ, quibus tacite fideicommiſſum relictum eſt, ita demum ex beneficio diui Traiani deferre poſſe, ſi is, cui datum fuerat, morte præuentus eſſet, & ideò per anguſtias tẽporis deferre ſe nõ potuerit. Cum ante apertum teſtamentũ, tacitum fideicõmiſſum nuntiatum eſſet ab iis, qui fidem tacitam ſuſceperant: deinde poſt apertas tabulas à fideicommiſſario delatum eſſet: Diuus Antoninus recipi profeſſionem eius iuſſit: neq; enim dignã eſſe præmio tam præcipitem feſtinationem prioris. Et, cũ ſe quis nuntiat non capere, potius confiteri de ſuo iure, quàm alium deferre videtur. Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti volũtate relictum ſibi, capere non poſſunt. Ergo nec illud, quod ſeruo meo relictum eſt, deferre potero. Eos, qui quaſi indigni repelluntur, ſummouendos eſſe ab huiuſmodi præmio: id eſt, eos, qui de inofficioſo egerũt, vel falſum dixerunt teſtamentum, qui vſque ad finem litis oppugnauerunt teſtamentum. Ei, qui per errorẽ ſe detulit, cum capere ſolidum poſſet: nõ nocere hoc Diuus Adrianus & Diuus Pius & Diui Fratres reſcripſerunt.

CAIVS DICITVR, ex aſſe hæreditatem ex Syllaniano cum fiſcus vendicaſſet, quòd nec libertates nec legata tueatur. quod aperte nullam habet rationẽ: cũ ex quibuſlibet aliis cauſis fiſco vendicatis hæreditatibus, & libertates & legata maneant.

IVL. SENATVS cenſuit, ſi delator abolitionem petat, quòd erraſſe ſe dicat: vt idẽ Iudex cognoſcat, an

iuſta cauſa abolitionis ſit. & ſi errasse videbitur, det imprudentię veniam. ſi autem calumniæ, hoc ipſum » vindicet: eâque cauſa accuſatori perinde cedat, âc ſi cauſam egiſſet, & perdidiſſet. Siquis delatorem ſubiecerit, tantum in ærarium deferat, quantum præmij » nomine delator ipſe conſecuturus fuiſſet, ſi viciſſet. » Diuus Adrianus reſcripſit eandem pœnam delatorem ferre debere, ſi citatus ad edictum non reſpóderit, qua teneretur, ſi cauſam non probaſſet. Senatus Adriani temporibus cenſuit, cum quis ſe ad ęrarium » detulerit, quòd capere nô potuerit, vt totum in ærarium colligatur, & ex eo pars dimidia ſibi ſecundum » beneficium diui Adriani reſtituatur. Quòd ſi tribus » edictis à Præfecto ærarij adeſſe delator iuſſus, venire noluerit: ſecundum poſſeſſorem ſit pronuntiandum: » ſed ab eo, qui ita adeſſe iuſſus, reſpondente poſſeſſore, » non adfuerit, tantum exigẽdum, quantũ apud ærarium ex ea cauſa, quã detulerat, remaneret, ſi profeſſionem eam impleſſet. Senatus cenſuit, vt perinde rationes ad ærarium deferat is, à quo tota hæreditas fiſco euicta eſt, vel vniuerſa legata, atque is deferre deberet, à quo pars hæreditatis vel legati euicta ſit. Siquis arguatur falſas ratiões detuliſſe, de eo Præfectus erarij cognoſcat: &, quantã fraudem inuenerit, » tantam pecuniam in ęrarium iubeat inferri. »

AIT DIVVS Traianus, Quicunque profeſſus fuerit. Quicũq;, accipere debemus tam maſculũ » quàm fœminam. Nam fœminis quoque, quanuis delationibus prohibentur: ex beneficio tamen Traiani deferre ſe permiſſum eſt. Necnon illud æquè quidẽ non intererit, cuius ætatis ſit is, qui ſe defert, vtrũ iuſtæ, an pupillaris. Nam pupillis etiam permittitur » deferre ſe, ex quibus non capiunt. VLP.

MOD. IN SVMMA ſciendum eſt omnium fiſcalium
» pœnarum petitionem creditoribus poſtponi.

MART. DEFERRE non poſſunt mulieres propter ſe-
» xus infirmitatem:& ita ſacris conſtitutionibus cautũ
» eſt.Item clariſſimi viri deferre non poſſunt.Item dã-
» nati deferre nõ poſſunt:vt Diui Fratres de eo reſcri-
pſerunt,qui fuſtibus cæſus in opus publicũ erat da-
» tus.Item conſtitutionibus Principum prohibẽtur illi
» deferre,qui in metallum damnati ſunt.hoc ideò, ne
» deſperati,ad delationem facilè poſſint ſine cauſa cõ-
fugere. Sed eas cauſas,quas ante dãnationem cœpe-
runt deferre,poſſe eos etiam poſt damnationem exe
» qui,reſcriptum eſt. Veterani quoque ſacris conſtitu-
» tionibus delatores eſſe prohibentur:propter honorẽ
» vtique & merita militiæ.Item milites propter hono-
rem ſtipendiorum,quæ merent,deferre prohibẽtur.
Sed communem cauſam ſibi cum fiſco quiuis defer-
re poteſt, hoc eſt vindicare:nec per hoc famoſus eſt,
licet in cauſa ſua non obtinuerit. Item eos,qui tu-
tores vel curatores fuerint,non oportere deferre cau
» ſam pupillorum vel adoleſcentium ſuorũ, Diui Ver9
» & Antoninus reſcripſerunt. quod conſequẽs eſt ob-
ſeruari & in eo,qui quaſi procurator negotia geſſit.
& ita hoc ijdẽ Diui Principes reſcripſerũt. Ijdem de
creuerunt nulla conſtitutione prohibitum eſſe procu
ratorem interrogari;ſed accuſare eum,cuius negotia
» geſſit.Et tutorem,qui aut detulit aut mãdauit, ſeue-
» riſſime puniendum reſcripſerunt.Sed nec quidem is,
qui aliquã vẽdidit rem,eãdẽ deferre debet vel per ſe
vel per ſubiectã perſonã : ne aliquis pœnã patiatur
dignam ſuæ perſonæ,vt & cõſtitutum eſſe refertur.
» Papinianus tam VI quàm XI Reſponſorum
» ſcribit ita demum publicam auferri pecuniam ei,qui

cum erat creditor, in ſolutum pecuniã accepit, ſi aut
ſciebat, cum accipiebat, publicum quoq; debitorem
eſſe: aut poſtea cognouit antè, quàm conſumeret pe-
cuniam. Sed placet omnino ei pecuniam auferẽdam »
eſſe, etiam ſi ignorauit, cum cõſumeret. & poſtea qui-
dam Principes directam actionem competere abla- »
ta pecunia reſcripſerunt: vt & Marcellus lib. VI Di- »
geſtorum ſcribit.

DENIQVE non eſſe præſtandas vſuras, quũ PAP.
pecunia reuocatur, conuenit: quoniam res, non perſo-
na conuenitur.

SED REVOCATA pecunia, in fideiuſſorẽ
liberatum vtilis actio dabitur.

TITIVS, qui ſub pignoribus pecuniam debe- PAVL.
bat: cum eſſet fiſci debitor, ſoluit mihi, quæ debebat.
poſtea fiſcꝰ iure ſuo vſus, abſtulit mihi pecuniã. quę- »
rebatur, an liberata eſſent pignora. Marcellus rectè »
exiſtimabat, ſi id, quod mihi ſolutũ eſt, fiſcus abſtulit: »
nõ cõpetere pignorũ liberationẽ. Neq; differẽtiã ad-
mittẽdã eſſe exiſtimo intereſſe putãtiũ, vtrũ idipſum
quod ſolutum eſt, an tantundem repetatur.

RES, quæ in cõtrouerſia ſunt, nõ debẽt à procu- MARC.
ratore Cęſaris diſtrahi: ſed differenda eſt earũ vendi-
tio: vt Diui quoq; Verus & Antoninus reſcripſerũt. »
Et defuncto maieſtatis reo, parato hærede purgare »
innocẽtiã mortui, diſtractionẽ bonorũ ſuſpẽdi iuſſe- »
rũt. & generaliter prohibuerũt rẽ diſtrahi à procura-
tore, quæ eſſet in cõtrouerſia. Res autẽ nexas pigno-
ri, diſtrahere procuratores poſſunt. Sed ſi antè alij
res obligatæ ſunt iure pignoris, nõ debet procurator
ius creditorũ lædere: ſed, ſiquid ſuperfluum eſt, iure
permittitur procuratori vendere, ea lege, vt ĩ primis
creditoribꝰ pręcedẽtibꝰ ſatiſfiat: &, ſiqd ſupfluũ eſt,

fiſco inferatur:aut ſi acceperit totum fiſcus, ſoluat ip
ſe·vel ſimpliciter ſi vẽdiderit procurator,iubebit pe•
cuniam,quam deberi creditori priuato fuerit proba•
» tum exſolui ei.& ita diui Verus & Antoninus reſcri
» pſerunt. Lites donatas ſe non ſuſcipere Diuus Pius
reſcripſit:&,licet bona relicturũ ſe quis profiteatur,
vel partem bonorum,donatũ non ſuſcipere. & adie
cit illum dignũ fuiſſe puniri pro tam turpi támque
inuidioſo commento:&(niſi durum eſſe videatur)in
vltro venientem pœnam ſtatuere. Sicut nun•
tiare cauſam nemo cogitur, ita liberum arbitrium
» deſiſtendi ei non datur,qui detulit. & ita Diui Ve•
» rus & Antoninus reſcripſerunt:& idem eſſe licet a•
» lieno mandato detuliſſet. Planè reſcripſerũt delato•
» rem audiendum volentem à lite deſiſtere, ſi ſibi mã
datorem ſubtractum queratur.

CALL. DE EO delatore,qui cauſam ſolus agere inſti•
tuerat non habita mentione mãdatoris:ſi poſtea de•
ſiſtat,prætendens mandatorem cauſæ deceſſiſſe:pu•
» niendum Diui Fratres reſcripſerunt.

MART. NON tantũ delator punitur,ſi non probauerit:
ſed & mandator,quẽ ipſe exhibere debet delator.

VLP. EXTAT decretum ab Imperatore Seuero &
cõſtitutum,nullo modo exigendum,quem probare
» vnde habeat,circa delationes fiſcales:ſed delatorem
» probare debere ea,quæ intendit.

CVM QVIDAM capitis reus emancipaſſet
» filium,vt hæreditatem adiret:reſcriptum eſt non vi•
deri in fraudem fiſci factum,quod acquiſitũ non eſt.

CVM mortem vxoris necatæ maritus nõ defen
» dit, Diuus Seuerus reſcripſit dotem fiſco vendican•
dam,prout ad maritum pertineat.

SI IS,qui mihi obligauerat,quæ habet,habitu•

rúsve eſſet, cum fiſco contraxerit: ſciendum eſt, in re poſtea acquiſita fiſcum potiorẽ eſſe debere, Papinianum reſpondiſſe: quod & conſtitutum eſt. Præuenit enim cauſas pignoris fiſcus.

EIVS, QVI delatorẽ corrupit, ea conditio eſt, vt pro conuicto habeatur: nam in fiſcalibus cauſis id conſtitutum eſt. Sed enim hæc pœna magis eſt, vt aduerſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit. cæterum aduerſus hæredem eius tranſire nõ debet. Nec enim exinde perit cauſa, ex quo redẽpta eſt, vel actio perimitur, vel condemnatio facta videtur: verùm oportet conſtare prius, & de crimine pronunciari. Planè, ſi forte de retractanda cauſa agatur, quæ ſemel iudicata eſt per delatoris corruptelam: mortuus corruptor non efficiet, quo minus agi poſſit atque retractari cauſa. hæc enim non pœnæ, ſed cauſæ reſtitutio eſt. Eum, qui falſum teſtamentũ dixit, poſſe adire hæreditatem conſtat: ſed, denegatis ei actionibus, fiſco locus erit: & obligationes, quas adeundo confudit, non reſtituentur. Nam & in eo, qui poſt aditam hæreditatem, defuncti mortem non defendit: Imperator noſter cum patre reſcripſit obligationes cõfuſas non reſuſcitari.

NE PROCVRATORES Cæſaris, bonorũ actores, quæ ad fiſcũ deuoluta ſunt, alienent, Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerunt. &, ſi manumiſſi fuerint, reuocantur ad ſeruitutem. MART.

DIVVS Commodus reſcripſit obſidum bona, ſicuti captiuorum, omnimodo in fiſcum eſſe cogẽda.

SED, SI accepto vſu togæ Romanæ, vt ciues Ro. ſemper egerint: diui Fratres procuratoribus hæreditatum reſcripſerunt, ſine dubitatione ius eorum ab obſidum conditione ſeparatũ eſſe beneficio Prin-

cipali: ideóq; idem ius eis ſeruãdũ eſſe,quod haberẽt ſi à legitimis ciuibus Ro. hæredes inſtituti fuiſſent.

VLP. EVM,QVI debitoris fiſci adijt hæreditatẽ, priuilegijs fiſci cœpiſſe ſubiectum eſſe.

MART. IMPERATORES Verus & Antoninus ita Aſclepiadi reſcripſerunt, Tu,qui,defenſione omiſſa, redimere ſententiã maluiſti,cum tibi crimẽ obijceretur: nõ immeritò quingẽtos ſolidos inferre fiſco iuſſus es·omiſſa enim ipſius cauſæ inquiſitione, ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti. Obtinendum eſt enim,vt ij,quibus negotia fiſcalia mouentur,ad defenſionem cauſæ bona fide veniant:non aduerſarios,aut Iudices redimere tentent.

POMP. APVD Iulianum ſcriptum eſt,Si priuat⁹ ad ſe pertinere hæreditatem L. Titij dicat,altero eandem hæreditatẽ fiſco vendicãte:quæritur,vtrũ ius fiſci antè excutiendum ſit,& ſuſtinendæ actiones cæterorum: an nihilominus inhibendæ petitiones creditorum ſingulorum,ne publicæ cauſæ præiudicetur? Quod etiã Senatuſconſultis expreſſum eſt.

PAP. PRAEDIIS à fiſco diſtractis,præteriti temporis tributi eorundem prædiorum onus ad emptorem ſpectare placuit.

QVOD placuit, fiſco non eſſe pœnã petendam niſi creditores ſuũ recuperauerint:eò pertinet, vt priuilegium in pœna contra creditores non exerceatur, non vt ius commune priuatorum fiſcus amittat.

FISCVS in quæſtionẽ falſi teſtamẽti non obtinuit.prius,quàm autem quæſtio ea decideretur, alio nuntiante bona poſtea vacare conſtitit. Fructus poſt primam litem abſumi nõ oportuiſſe reſpondi· neque enim ad Senatuſcõſulti beneficiũ ſcriptum hæredem pertinere·cõtrouerſia mota,Delatoris opera non eſſe

functum reſpondi, qui fiſci pecuniam, quam alius te» nebat, ad ſui temporis adminiſtrationem pertinere (quanuis probare nõ potuiſſet) contendit: quoniam propriam cauſam egerat.

BONA fiſco citra pœnam exilij perpetuã adiu» dicari ſententia non oportet. Eum, qui periculum cõ» munis condemnationis diuidi poſtulauit, quòd par» ticipes iudicati ſoluendo eſſent: reuocatis alienationi» bus, quas fraudulenter fecerat, non videri cauſam pe» cuniæ fiſco vendicaſſe reſpondi. »

ITA FIDEI hæredis cõmiſit, Rogo, fundũ Titio des, de quo te rogaui. Si Titius capere nõ poſſit, non euitabit hæres pœnam taciti fideicõmiſſi· nõ eſt enim palàm relinquere, quod ex teſtamento ſciri non poteſt, cũ recitatũ eſt: quemadmodum nec ille palàm dat, qui ita ſcribit, Rogo vos hæredes meos, quod à vobis petij, fidem præſtetis. Imò in priori ſpecie ma» iorem fraudem excogitaſſe videtur, qui non tantum legẽ circũuenire voluit, ſed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicõmiſſum habetur· Quã» uis enim fundum nominauerit, non tamen eo cogno ſci poteſt, de quo ſit rogatus hæres: cum diuerſitas re» rum obſcurum faciat legatum. Patronus ſi tacite in fidem ſuam recipiat, vt ex portione ſua præſtet, ceſſa re fraudem dicitur: quia de ſuo largitur. PAVL.

EVM, QVI bona vacantia à fiſco comparauit, debere actionem, quæ contra defunctũ competebat, excipere.

ARRIANVS Seuerus Præfectus ærarij, cum » eius, qui tacite rogatus fuerat, nõ capienti fideicõmiſ» ſum reddere, bona publicata erant: pronuntiauit ni» hilominus ius deferendi ex cõſtitutione diui Traiani » habere eũ, cui fideicõmiſſum erat relictũ. Quia autẽ IAB.

» nonnulli ingrati aduerſus beneficium diui Traiani, poſt profeſſionem quoque de tacito fideicommiſſo factam, cum poſſeſſoribus tranſigunt, atque tribus edi» ctis euocati non reſpondent: placuit Senatui tantum ab eo, qui id feciſſet, exigi, quãtum apud ærarium ex ea cauſa, quam detulerat, remanere oporteret, ſi profeſſionẽ ſuam impleſſet: & ſi poſſeſſoris quoque fraus apud Præfectum cõuicta fuiſſet, ab eo quoque, quod conuictus inferre debuiſſet, exigi.

VLP. » IMPERATOR noſter reſcripſit fiſcũ in rem habere actiones ex tacito fideicommiſſo.

PAVL. » DELATOR nõ eſt, qui protegendæ cauſæ ſuæ » gratia aliquid ad fiſcum denuntiat.

IN FRAVDEM fiſci nõ ſolum per donationem, ſed quocunque modo res alienatæ, reuocantur. Idémque iuris eſt, & ſi non queratur. Æquè enim in omnibus fraus punitur. Bona eorum, qui in cuſtodia vel in vinculis vel in cõpedibus deceſſerint, hæredib⁹ eorum non auferuntur, ſiue teſtato ſiue inteſtato de» ceſſerint. Eius bona qui ſibi mortẽ cõſciuerit, nõ antè » ad fiſcum coguntur, quàm prius conſtiterit, cuius cri» minis gratia manus ſibi intulerit. Eius bona qui ſibi ob aliquod admiſſum flagitium mortem conſciuit, & manus intulit, fiſco vendicantur. Quòd ſi is tædio vi» tæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicuius im» patientia id amiſit: non inquietabuntur, ſed ſuo ſucceſſori relinquentur. A debitore fiſci in fraudem » datas libertates retrahi placuit. Sanè ipſum ita ab alio emere mancipium, vt manumittat, non eſt prohibitum: ergo tunc & libertatem præſtare poterit. Ex ijs bonis, quæ ad fiſcum delata ſunt, inſtrumenta vel chirographa, acta etiam ad ius priuatorum pertinentia, reſtitui poſtulantibus conuenit. Neque inſtrumenta

neque acta à quoquam aduerſus fiſcum edi oportet. Idem autem fiſcus actorum ſuorū exempla hac conditione edit, ne is, cui deſcribendi ſit poteſtas, aduerſus ſe vel Remp. his actis vtatur. de quo cauere compellitur, vt, ſi vſus his contra interdictum fuerit, cauſa cadat. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, vt meritò his vti liceat: eâque manu Cōmētarienſis adnotanda ſunt. Quòd, ſi ea aliter proferantur, is, qui ita protulit, cauſa cadat. Quoties iterū apud fiſcum eadē cauſa tractatur, priorū actorū, quorū vſus non fuerat poſtulatus, ex officio recitatio iure poſcetur. Qui pro alio à fiſco cōuentus, debitum exſoluit, nō inique poſtulat perſecutionem bonorum eius, pro quo ſoluit: in quo etiam adiuuari per officium ſolet. Fiſcalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. Cuius rei æſtimatio ita arbitrio iudicantis cōceditur, vt in maioribus ſummis non plus quàm tres menſes: in minoribus verò non plus quàm duo prorogentur: prolixioris autem tēporis ſpatium, ab Imperatore poſtulandum eſt. Si principalis rei bona ad fiſcum deuoluta ſunt, fideiuſſores liberantur: niſi fortè minus idonei ſint, & in reliquū nō exſolutæ quātitatis acceſſerint. Si plus ſeruatum eſt ex bonis debitoris à fiſco diſtractis, iure ac meritò reſtitui poſtulatur. Conductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt: nec cypreſſi materiam vendere vel oliuæ, nō ſubſtitutis alijs: cæteráſque arbores pomiferas cædere. & facta eius rei æſtimatione, in quadruplū conuenitur. Minoribus XXV annis neque fundus neque vectigalia locanda ſunt: ne aduerſus ea beneficio ætatis vtantur.

AVFERTVR ei quaſi indigno ſucceſſio, qui, HERM.

cum hæres inſtitutus eſſet, vt filius: poſt mortem eius, qui pater dicebatur, ſuppoſitus declaratus eſt. Qui aliquid ſciens in fraudem fiſci ſuſcepit: nõ ſolum rem, in qua fraudis miniſterium ſuſcepit, ſed & aliud tan- » tundem reſtituere cogitur. Quod à Præſide prouin- » ciæ vel procuratore vel quolibet alio in ea prouincia, in qua adminiſtrat, licet per ſuppoſitam perſonã com » paratum eſt: infirmato contractu vendicatur, & æſti- » matio eius fiſco infertur. nam & nauẽ in eadem pro- » uincia, in qua quis adminiſtrat, ædificare prohibetur. Fiſcus autem ſemper habet ius pignoris. Qui compẽ- » ſationem opponit fiſco, intra duos menſes debitũ ſi- » bi, docere debet. Vt debitoribus fiſci, quod fiſcus de- bet, compenſetur, ſæpe conſtitutum eſt: excepta cau- » ſa tributaria & ſtipẽdiorum: & item pretio rei à fiſco » emptæ: & quod ex cauſa annonaria debetur. In reatu conſtitutus bona ſua adminiſtrare poteſt: eíque debi tor rectè bona fide ſoluit. Actores, qui aliquod officiũ gerunt: in bonis, quæ diſtrahunt, procuratores venun dare incõſultis Principibus prohibẽtur: & ſi veneãt, venditio nullas vires habebit. Seruus Cæſaris, ſi iuſſu procuratoris adijt hæreditatem, Cæſari volenti acqui rit. Si multi fiſco fraudem fecerint: non vt in actione furti ſinguli ſolidum, ſed omnes ſimul quadrupli pœ- nam pro virili portione debent. Sanè pro nõ idoneis, qui ſunt idonei conueniuntur.

PAVL. » MOSCHIS quædã fiſci debitrix ex conductio- ne vectigalis, hæredes habuerat, à quib⁹ poſt aditam hæreditatem Faria, Seuilla, & alij prædia emerant, cũ conuenirentur propter Moſcidis reliqua, dicebãt hæ- redes Moſchidis idoneos eſſe, & multos alios ex ijſdẽ » bonis emiſſe. Æquũ putauit Imperator noſter prius » hæredes conueniri debere: deinde in reliquũ poſſeſſo-

rem omnem:& ita pronuntiauit. Æmilius Præ-
tolinus conduxerat à fiſco poſſeſſionem:eámque pau-
latim pluribus locauerat maiore quãtitate,quàm ipſe
ſuſceperat. conueniebatur à procuratoribus Cæſaris
in eam quantitatem,quam ipſe perciperet. Hoc ini-
quum & inutile fiſco videbatur, vt tantum ſuo peri-
culo ipſe eos,quibus locauerat, conueniret: idcóque
pronuntiauit in eam ſolam quantitatem eũ conueni- »
ri debere,qua ipſe conductor extiterat.

STATIVS Florus,teſtamẽto ſcripto, hæredis
ſui Pompeij tacitæ fidei commiſerat,vt non capienti,
fundum, & certæ pecuniæ quantitatem daret:& eo
nomine cautionem à Pompeio exigi curauerat,ſe re
ſtituturũ ea,quę ei per præceptionem dederat. poſtea
idem Florus,facto ſecundo teſtamento,& eodem Põ-
peio & Fauſtino hæredibus inſtitutis, nullas præce-
ptiones Pompeio dederat hæc perſona,quòd capere
nõ poterat,ſe detulerat. conſulti Imperatores à pro- »
curatoribus,reſcripſerunt,ſi non probaretur mutatã »
voluntatem,præſtandum eſſe fideicommiſſum.atque »
ita Pompeius condemnatus deſyderabat id onus eſſe
hæreditatis oportere,quia præceptiões nõ acceperat:
Fauſtinus nec poſſe videri pro parte in prima volũta-
te teſtatorẽ perſeueraſſe, ſed in vniuerſo pronuntia-
uit:nec teſtamentum prius extare: nec ſi dediſſet in
primo teſtamento,ex poſteriore peti potuiſſe,niſi re-
petitum eſſet. Placuit, quia non probabat ſibi datas »
præceptiões,ex ſola ſua cautione:ſolũ,fideicõmiſſum »
præſtare debere. Cornelio Felici mater ſcripta
hæres rogata erat hæreditatem reſtituere poſt mor-
tem ſuam. cum hæres ſcripta condemnata eſſet, & à
fiſco omnia bona mulieris occuparentur: dicebat Fe-
lix ſe antè pœnam eſſe. Hoc enim conſtitutum eſt,

Sed,ſi nondum dies fideicōmiſſi veniſſet, quia poſſet
prius ipſe mori, vel etiam mater alias res acquirere:
repulſus eſt interim à petitione.

CVM TACITVM fideicommiſſum is,cui da
tum erat,ſe capere nihil poſſe detuliſſet:in quæſtionē
„ venit,dodrantis,an totius aſſis partem dimidiam ex
„ beneficio diui Traiani recipere debeat. de qua re ex-
„ tat reſcriptū diui Imperatoris Antonini in hęc verba,
„ Imperator Antoninus I. Ruffo, Qui tacitam fidem
„ accommodauit, vt non capienti reſtitueret hæredita
„ tem:ſi deducta quarta parte reſtituerit,nihil retinere
„ debet.quadrās autem,qui hæredi imponitur, ipſi eri-
„ piatur,& ad fiſcum tranſferatur.Vnde dodrantis ſe-
„ miſſem ſolùm capit,qui ſe detulit.

„ VALERIVS patronus procurator Impera-
toris Flauio Statilio prædia certo pretio addixerat.
deinde,facta licitatione,idem Statilius,recepta ea lici
tatione,prædia obtinuerat: & ita in vacuā poſſeſſio-
nem inductus erat.de fructibus medio tempore per-
ceptis quærebatur. patronus, fiſci eſſe volebat.Planè,
ſi medio tempore inter primam licitationem & ſe-
quentem addictionem percepti fuiſſent,ad vendito-
rem pertinere: ſicut ſolet aliâs videri,cū in diem ad-
dictio facta eſt,deinde melior conditio allata eſt.nec
moueri debemus,quòd idem fuiſſet,cui & primo ad-
dicta fuerant prædia. Sed,cum vtraque addictio in-
tra tempus vindemiarum facta fuiſſet, receſſum eſt
ab hoc tractatu. itaque placebat fructus emptoris
„ eſſe. Papinianus & Meſſius nouam ſententiam in-
„ duxerunt, quia ſub colono erant prædia, iniquum
„ eſſe fructus ei auferri vniuerſos, ſed colonū quidem
„ percipere eos debere: emptorem verò penſionem
„ eius anni accepturum: ne fiſcus colono teneretur

quòd ei frui non licuiſſet: atque, ſi hoc ipſum in emendo conueniſſet. Pronuntiauit tamen ſecundum illorum opinionem, quòd, ſi quidem à domino colerentur, vniuerſos fructus haberet: ſi verò ſub colono, pẽſionem acciperet. Tryphonio ſuggerente, quid putarem de fructibus aridis, qui antè percepti in prędijs fuiſſent: reſpondi, ſi nondum dies penſionis veniſſet, cum addicta eſſent, eos quoque emptorem accepturum.

DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO, ET DE REDEMPTIS AB HOSTIBVS.

QVOD SERVVS eius, qui ab hoſtibus captus eſt, poſtea ſtipulatus eſt: aut ſi legatũ ſit ſeruo eius poſtea, quâm ille ad hoſtes peruenit: hoc habebunt hæredes eius: quia, & ſi captiuitatis ei⁹ tempore deceſſiſſet, acquiſitum foret hæredi. MARC.

NAVIBVS longis atque onerarijs propter belli vſum poſtliminium eſt: non piſcatorijs, aut ſi quas actuarías voluptatis cauſa parauerint. Equus item aut equa freni patiens recipiuntur poſtliminio: nam ſine culpa equitis proripere ſe potuerunt. Non idem in armis iuris eſt: quippe, quæ non ſine flagitio amittuntur. Arma enim poſtliminio reuerti negantur, quòd turpiter amittantur,

ITEM veſtis. POMP.

EOS, QVI ab hoſtibus capiuntur, vel qui ab hoſtibus deducuntur: iure poſtliminij reuerti antiquit⁹ placuit. An, qui hoſtibus deditus, reuerſus, nec à nobis receptus eſt, ciuis romanus ſit: inter Brutum & MOD.

» Scæuolam variè tractatum eſt. Et conſequens eſt vt ciuitatem non adipiſcatur.

POMP. » POSTLIMINII ius competit aut in pace, » aut in bello. In bello, cum ij qui nobis hoſtes ſunt, ali» quem ex noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua per» duxerunt. Nam, ſi eodẽ bello is reuerſus fuerit, poſtli» minium habet: id eſt, perinde omnia reſtituuntur ei » iura, ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet. Antequam in » præſidia deducatur hoſtiũ, manet ciuis. Tũc autẽ re» uerſ9 intelligitur, ſi aut ad amicos noſtros perueniat, » aut intra præſidia noſtra eſſe cœperit. In pace quo» que poſtliminium datum eſt. Nam, ſi cum gente ali» qua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœ» dus amicitiæ cauſa factum habemus: ij hoſtes quidẽ » non ſunt: quod autem ex noſtro ad eos peruenit, illo» rum fit, & liber homo noſter ab eis captus, fit ſeruus » eorum. Idémque eſt, ſi ab illis ad nos aliquid perue» niat. Hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum » eſt. Captiuus autem, ſi à nobis manumiſſus fuerit, & » peruenerit ad ſuos: ita demum poſtliminio reuerſus » intelligitur, ſi malit eos ſequi, quàm in ciuitate noſtra manere. Et ideo M. Attilium Regulum, quem Carthaginenſes Romam miſerunt, reſponſum eſt non eſſe poſtliminio reuerſum: quia iurauerat Carthaginem ſe reuerſurum, & nõ habebat animum Romæ » remanẽdi. & ideò in quodam interprete Menãdro, qui poſteaquàm apud nos manumiſſus erat, miſſus eſt ad ſuos: non eſt viſa neceſſaria lex, quæ lata eſt de illo, vt maneret ciuis Ro. Nam, ſiue animus ei fuiſſet remanendi apud ſuos, deſineret eſſe ciuis Ro. ſiue animus ei fuiſſet reuertendi, maneret ciuis: & ideo lex eſſet ſuperuacua.

MVLIER in opus ſalinarum ob maleficiũ da-

ta, & deinde à latrunculis exterę gentis capta, & iu- re commercij vendita ac redempta, in cauſam ſuam » recidit. Cocceio autem Firmo Centurioni pretium ex » fiſco reddendum eſt.

NON DVBITO, quin fœderati & liberi, no- bis extranei nõ ſint, nec inter nos atque eos poſtlimi- nium eſſe. Etenim quid inter nos atque eos poſtlimi- nio opus eſt? cum & illi apud nos & libertatem ſuã & dominium rerum ſuarum æquè atque apud ſe re- tineant, & eadem nobis apud eos contingant? Liber autem populus eſt is, qui nullius alterius populi pote- » ſtati ſubiectus eſt, ſiue is fœderatus eſt, ſiue non fœ- » deratus eſt: item ſiue æquo fœdere in amicitiam ob- » uenit, ſiue fœdere comprehenſum eſt, vt is populus, » alterius populi maieſtatem comiter conſeruet. hoc e- » nim adijcitur, vt intelligatur alterum populũ ſuperio- » rem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe libe- » rum. Et quemadmodum clientes noſtros intelligim⁹ » liberos eſſe, etiam ſi neque authoritate, neque digni- » tate, neque iure omni nobis pares ſunt: ſic & eos, qui » maieſtatem noſtram comiter conſeruare debent, li- » beros eſſe intelligendum eſt. At ſi fiunt apud nos rei » ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos anim- » aduertimus. PROC.

NON VT à patre filius, ita vxor à marito iure poſtliminij recuperari poteſt: ſed tunc, cum & volue- » rit mulier, & adhuc alij poſt conſtitutum tempus nu- » pta non eſt. Quòd ſi noluerit nulla cauſa probabili » interueniente, pœnis diſſidij tenebitur. PAVL.

APVD hoſtes ſuſceptus filius, ſi poſtliminio re- » dierit, filij iura habet. habere enim eum poſtliminiũ, » nulla dubitatio eſt poſt reſcriptum Imperatoris An- » tonini & diui patris eius ad Q. Tertullium Præſi- »

dem prouinciæ Myſiæ inferioris.

PAP. PATER inſtituto impuberi filio ſubſtituerat, & ab hoſtibus captus ibi deceſſit. poſtea, defuncto impubere, legitimum admitti quibuſdam videbatur, » neque tabulas ſecundas in eius perſona locum habere, qui viuo patre ſui iuris effectus fuiſſet. verum huic ſententiæ, iuris ratio refragatur: quoniam, ſi pater qui non rediјt, iam tunc deceſſiſſe intelligitur, ex quo ca» ptus eſt: ſubſtitutio ſuas vires neceſſario tenet. Si mortuo patre capiatur impubes inſtitutus vel exhæ» redatus: in promptu eſt dicere legem Corneliam de » tabulis ſecundis nihil locutam eſſe, ſed eius duntaxat perſonam demonſtraſſe, qui teſtamenti factionem habuiſſet. Planè captiui etiã impuberis legitimam hæ» reditatem per legem Corneliam deferri: quod verum eſt: nec impuberem quidem factionẽ teſtamenti habuiſſe: & ideò non eſſe alienum, Prætorem ſubſequi nõ minus patris quàm legis voluntatẽ, & vtiles actiones in hæreditatem ſubſtituto dare.

QVOD, ſi filius antè moriatur in ciuitate, nihil eſt, quod de ſecundis tabulis tractari poſſit: ſiue quoniam viuo patre filiuſfamiliâs mori intelligitur: ſiue quoniã non reuerſo eo, exinde ſui iuris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtiũ poteſtati ſubditus eſt. Sed, ſi ambo apud hoſtes ſunt, & prior pater decedat: ſufficit » lex Cornelia ſubſtituto: nõ aliâs, quàm ſi apud hoſtes patre defuncto, poſtea filius in ciuitate deceſſiſſet.

TRYP. IN BELLO poſtliminium eſt: in pace autem » ijs, qui in bello capti eſſent, de quibus nihil in pactis » erat comprehẽſum. Quod ideò placuiſſe Seruius ſcri» bit, quia ſpem reuertẽdi ciuibus in virtute bellica ma» gis quàm in pace Romani eſſe voluerũt. Item in pa» ce, qui peruenerunt ad alteros: ſi bellum ſubito exar»

ſiſſet, eorum ſerui efficiuntur, apud quos iam hoſtes, ſuo fato deprehenduntur: quibus ius poſtliminij eſt tam in bello quàm in pace: niſi fœdere cautum fuerit, ne eſſet his ius poſtliminij. Si quis capiatur ab hoſtibus, ij, quos in poteſtate habuit, in incerto ſunt, vtrum ſui iuris facti, an adhuc pro filijſfamiliâs computentur: Nam, defuncto illo apud hoſtes: ex quo captus eſt, filij ſui iuris fuiſſe videbuntur. patre verò familiâs reuerſo, nunquam nō in poteſtate eius fuiſſe credētur. Ideóque & de ijs, quæ medio tempore acquirunt ſtipulatione, traditione, legato. Nam hæreditatem an poſſint, tractatum eſt, vbi non eſt reuerſus: ſi forte alij vel in totum, his exhæredatis, teſtamento: vel in partem inſtituti ſunt hæredes: vtrum in hæreditate captiui, quæ lege Cornelia inducitur, an propria ipſorum ſint? Quod verius eſt. Diuerſúmque in ijs, quæ per ſeruos acquiruntur, & meritò: quoniam hi, bonorum fuerunt, & eſſe perſeuerant: ij, ſui iuris, exindéque ſibi ideo acquiſiſſe intelliguntur. Factæ autem cauſæ, infectæ nulla conſtitutione fieri poſſunt. Ideóque eorum, quæ vſucapiebat per ſemetipſum poſſidens, ei, qui poſtea captus eſt, interrumpitur vſuſcapio: quia certum eſt eum poſſidere deſiiſſe. eorum verò, quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſſidebat, vſuque capiebat, vel, ſi qua poſtea peculiari nomine comprehenduntur: Iulianus ſcribit hæredi ſuo tempore impleri vſuſcapionem, remanentibus iiſdem perſonis in poſſeſſione. Marcell⁹ ſcribit nihil intereſſe an ipſe poſſediſſet: an ſubiecta ei perſona. ſed Iuliani ſententia ſequenda eſt. Medio tempore filius, quem habuit in poteſtate ſua captiuus, vxorem ducere poteſt: quanuis conſentire nuptijs pater eius non poſſit. nam vtique

nec diſſentire. Suſceptus ergo nepos in reuerſi captiui poteſtate ita eſt, vbi redierit, ſuúſque hæres ei quodammodo inuito, cum nuptijs non conſenſerit: nec mirum, quia illius temporis conditio neceſſitáſque faciebat, & publica nuptiarum vtilitas exigebat. Sed „ captiui vxor, tametſi maxime velit, & in domo eius „ ſit, non tamen in matrimonio eſt. Codicilli, ſiquos „ tempore captiuitatis ſcripſerit, non creduntur iure ſubtili confirmati teſtamento, quod in ciuitate fecerat. Sed nec fideicommiſſum ex eis peti poteſt: quia non ſunt ab eo facti, qui teſtamenti factionem habuerit. Sed quia merum principium eorum in ciuitate conſtituto captiuo factum eſt, & in eo teſtamento confirmatio codicillorum, & is poſtea reuerſus eſt, & „ poſtliminio ius ſuum recepit: humanitatis rationi „ congruum eſt eos codicillos ita ſuum effectum habere, quaſi in medio nulla captiuitas interceſſiſſet. Cætera, quæ in iure ſunt, poſtea quàm poſtliminio rediijt, pro eo habentur, ac ſi nunquam iſte hoſtiũ poteſtati ſubditus fuiſſet. Si quis ſeruum captum ab ho„ ſtibus redemerit, protinus eſt redimẽtis, quanuis ſciẽ„ tis alienũ fuiſſe: ſed oblato ei pretio, quod dedit, poſt„ liminio rediiſſe aut receptus eſſe ſeruus creditur. „ Et ſi ignorans captiuum, exiſtimans vendentis eſſe, redemerit: an quaſi vſucepiſſe videatur, ſcilicet ne poſt legitimum tempus offerendi pretij priori domino facultas ſit, videamus. Nam occurrit, quòd conſtitutio, quæ de redemptis lata eſt, eũ redimentis ſeruum facit: & quod meum eſt, iam vſucapere me, intelligi non poteſt. Rurſus, cum conſtitutio non dete„ riorem cauſam redimentium, ſed ſiquidem meliorẽ „ effecerit: perimi ius bonę fidei emptoris verſutiſſimũ, „ & iniquum, & contra mentẽ conſtitutionis eſt. ideó

que tranſacto tempore, quanto, niſi conſtitutio eum
proprium feciſſet, vſucapi potuiſſet: nihil ex conſtitu-
tione domino ſupereſſe recte dicetur. Manumitten-
do autem vtrum definit dominus tantum eſſe, & re-
lictus ab eo ſeruus, in ius prioris domini redit? an &
liberũ eum facit, ne præſtatio libertatis, dominij fiat
tranſlatio? Certe apud hoſtes manumiſſus, liberatur:
& tamen, ſi eum nactus dominus ipſius vetus intra
præſidia noſtra fuiſſet, quanuis non ſecutum res no-
ſtras, ſed, quum eo cõſilio veniſſet, vt ad illos reuerte-
retur: ſeruum retinet iure poſtliminij, quod in liberis
aliter erat: nõ enim poſtliminio reuertebatur, niſi qui
hoc animo ad ſuos veniſſet, vt eorum res ſequeretur,
illóſque relinqueret à quibus abijſſet: quia (vt Sabinꝰ
ſcribit) de ſua quaque ciuitate cuique conſtituendi fa
cultas libera eſt, non de dominij iure. Verum hoc non
multum onerat præſentem inſpectionem: quia ho-
ſtium manumiſſio obeſſe ciui noſtro domino ſerui nõ
potuit. at is, de quo quæritur, lege noſtra, quem con-
ſtitutio fecit ciuem Ro. dominum habuit. Et an ab
eo poſſit libertatem aſſequi, tractamus. Quid enim, ſi
nunquam ille pretium eius offerat: ſi nec conueniẽ-
di eius ſit facultas? liber erit ſeruus, qui nullo merito
ſuo poterit à domino libertatem conſequi? quod eſt
iniquum, & contra inſtitutum à maioribus libertatis
fauore. Certe & veteri iure ſi ab hoc quis ſciẽs alienũ
eſſe redemiſſet, alius bona fide emiſſet: vſucapere, ad
libertatémque perducere potuit: & iſto quoque mo-
do prior dominus, qui ante captiuitatem fuerat, ius
ſuum amittebat. quare igitur iſte non habet ius ma-
numittendi? Si ſtatuliber fuerit, antequã ab hoſtibus
caperetur: redemptus pendẽte conditione ſuã cauſã
retinebit. Quid ergo, ſi ita libertatem acceperat, ſi x

dederit? quęſitum eſt vnde dare ea debebit: quoniam & ſi conceſſum eſt ſtatulibero de peculio dare, hoc tamen quod apud hunc, qui redemit, habet: nũquid vice illius ſit, quod apud hoſtes quæſiuiſſet? Vtique, ſi ex re illius aut ex operis ſuis quæſitum eſt. Ex alia autem cauſa parato peculio, poteſt dari, ita vt conditioni benigne eum paruiſſe credamus. Si pignori ſeruus datus fuerit ante captiuitatem: poſt dimiſſum redem» ptorem, in veterem obligationem reuertitur. & ſi creditor obtulerit ei, qui redemit, quanto redemptus eſt, habet obligationem & in priorem debiti cauſam, & in eam ſummam, qua eum liberauit: quaſi ea obligatione quadam conſtitutione inducta: vt, cum poſterior creditor priori ſatiſfacit, confirmat ſui pignoris cauſam: niſi quòd in hoc diuerſa res eſt: & poſterior, qui apud nos eſſet prior, quia eum ſeruum vt apud nos eſſet, effecit: ab eo, qui tempore prior fuit, vt infirmior dimittendus eſt. Si ſeruus complurium fuerat, & omnium nomine ei, qui redemerit, reſtitu» tum pretium erit: in communionem redibit. ſi vnius » tantum, vel quorundam, nec omnium: ad eum eóſ» ve, qui ſoluerunt, pertinebit: ita, vt in portionem ſu» am priſtinum ius obtineant: in partem cæterorum is qui redemit, ſuccedat. Si fideicommiſſaria libertas debita captiuo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, niſi redemptori ſatiſfecerit. Si deporta» tum ab inſula hoſtes ceperunt: redemptus is, qui» bus caſibus redit, in eam cauſam veniet, in qua fu» turus eſſet, ſi captus non fuiſſet. deportabitur igitur. Sed, ſi in captiuo ſeruo talis præceſſerat cauſa, quæ eius vel ad tempus vel ad perpetuum libertatem impediret: nec redemptione ab hoſtibus mutabitur: » veluti ſi in legem Flauiam commiſiſſe eum con»

ſtiterit:vel ita venierit, ne manumitteretur. habebit autē interim ſine pœna ſua, qui redemit. ergo de me» »
tallo captus redemptus, in pœnam ſuam reuertetur. »
nec tamen vt tranſfuga metalli puniendus erit: ſed redemptor à fiſco pretium recipiet. quod etiā conſti»
tutū eſt ab Imperatore noſtro & diuo Seuero. Si na» »
tum ex Pamphila, legatum tibi fuerit: túque matrē redemeris, & ea apud te pepererit: nō videtur te par- »
tum ex cauſa lucratiua habere: ſed officio Iudicis æ» »
ſtimandum, conſtituto pretio partus, perinde atque »
ſi quanti mater eſt empta, ſimul & partus veniſſet. »
Quòd, ſi iam natum apud hoſtes, quod eo tempore, quo capiebatur, in vtero mater gerebat, cum matre redimatur ab eodem pretio: oblato quantum eſt pre»tium, quod pro vtroque datum eſt, æſtimationē con»tingere part⁹ & videtur is poſtliminio reuerſus. mul »
tò magis, ſi diuerſi emptores vtriuſque extiterint vel vnius. Sed, ſi ſuo quenque pretio redemerit: id offer»ri pro ſingulis oportebit redemptori, quod hoſti pro quoque datum eſt: vt ſeparatim quoque poſtliminio reuerti poſſint.

SI ME tibi arrogandum dediſſem, emancipato me reuerſum ab hoſtibus filium meum loco nepotis tibi futurum conſtat. PAVL.

CVM DVAE ſpecies poſtliminij ſint, vt aut nos » POMP.
reuertamur, aut aliqua recipiamus: cum filius reuer» »
titur, duplicē in eo cauſam eſſe oportet poſtliminij: »
& quòd pater eum recuperet, & ipſe ius ſuum. Non »
vt pater filium, ita vxorem maritus iure poſtliminij »
recipit: ſed conſenſu redintegratur matrimonium. »

SI, PATRE redempto, & ante luitionem de» VLP.
functo, filius poſt mortem eius redemptionis quan»titatem offerat: dicēdum eſt ſuum ei poſſe hæredem

» exiſtere: niſi forte quis ſubtilius dicat hũc dum mo» ritur, quaſi iure pignoris finito, nactum eſſe poſtlimi» nium, & ſine obligatione debiti obijſſe, vt poſſit ſuũ habere. quod non ſine ratione dicetur.

» RETRO creditur in ciuitate fuiſſe qui ab hoſti» bus aduenit.

PAVL. » POSTLIMINIO carent qui armis victi, ho ſtibus ſe dediderunt.

VLP. IN OMNIBVS partibus iuris qui reuerſus non eſt ab hoſtibus, quaſi tunc deceſſiſſe videtur, cũ captus eſt.

PAVL. » POSTLIMINIVM eſt ius amiſſæ rei recu» perandæ ab extraneo & in ſtatũ priſtinum reſtituen» dæ, inter nos ac liberos omnes populos regêſq;, mo» ribus ac legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſ» ſimus, aut etiam circa bellum: hoc ſi rurſus recipia» mus, dicimur poſtliminio recipere. ídque naturali æ» quitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab ex» traneis detinebatur, is vbi in fines ſuos redijſſet, pri» ſtinum ius ſuum reciperet. Induciæ ſunt cum in bre» ui & in præſenti tempore conuenit ne inuicem ſe la» ceſſerent. quo tempore non eſt poſtliminium. A pira» tis aut latronibus capti, liberi permanent. Poſtlimi» nio redijſſe videtur quis, cum fines noſtros intraue» rit: ſicut vbi fines noſtros exceſſit, amittitur. Sed & ſi » in ciuitatem ſociam amicámve, aut ad regem ſocium » vel amicum venerit: ſtatim poſtliminio redijſſe vide» tur: quia ibi primûm nomine publico tutus eſſe inci» piat. Tranſfugæ nullum poſtliminium eſt. Nam qui » malo cõſilio, & proditoris animo patriam relinquit, » hoſtiũ numero habendus eſt. Sed hoc in libero trãſ» fuga iuris eſt ſiue fœmina ſiue maſculus ſit. ſi verò ſeruus tranſfugerit ad hoſtes: quoniam & cum cau»

ſa captus eſt, dominus in eo poſtliminium habet. Rectiſſime dicitur etiam ei poſtliminium eſſe, ſcilicet vt dominus in eo priſtinum ius recipiat: ne contrarium ius non tam ipſi iniurioſum ſit qui ſeruus ſemper permaneat, quàm domino damnoſum cõſtituatur. Si ſtatuliber trãſfuga reuerſus ſit exiſtente conditione: poſtquam redijt, liber efficitur. Diuerſum eſt, ſi cõditio extitiſſet, dum apud hoſtes eſt. In eo enim caſu neque ſibi reuerti poteſt, vt liber ſit: neque hæredi in eo ius poſtliminij eſt: quia non poteſt queri, cũ nullum damnum patiatur, libertate iam obtingente, ſi nõ impediret, quod tranſſuga factus eſt. Filius quoque familiâs tranſſuga non poteſt poſtliminio reuerti neq; viuo patre: quia pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria: & quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. Tranſſuga autem non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello tranſſugerit: ſed etiam qui per induciarum tempus ad eos quibus cum nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta tranſſugit. Si is, qui emerat ab hoſtibus: pluris alij ius pignoris, quod in redempto habet, ceſſerit: non eam quantitatẽ, ſed priorem redẽptus reddere debet: & emptor habet actionem aduerſus eum, qui vendidit, ex empto. Poſtliminium eſt omnibus, cuiuſcunque ſexus conditioniſve ſint. nec ĩtereſt, liberi an ſerui ſint. nec enim ſoli poſtliminio recipiuntur, qui pugnare poſſunt: ſed & omnes homines, qui eius naturæ ſunt, vt vſui eſſe vel cõſilio, vel alijs modis poſſint.

SI CAPTIVVS, de quo in pace cautũ fuerat, vt rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit: non ei poſtea poſtliminiũ eſſe, verum eſt. Expulſis hoſtib⁹ ex agris, quos ceperant: dominia eorum agrorũ ad prio- POMP.

res dominos redire, nec aut publicari, aut prædæ lo-
» co cedere. Publicatur enim ille ager qui ex hoſtibus
» captus eſt. Redemptio facultatem redeũdi præbet,
» non ius poſtliminij mutat.

VLP. SI QVIS ingenuam ab hoſtibus redemptam, eo animo ſecũ habuerit, vt ex ea ſuſciperet liberos: & poſtea ex ſe natum ſub titulo naturalis filij cũ matre manumiſerit: ignorãtia mariti eiuſdémque patris neque ſtatui eorum, quos manumiſiſſe viſus eſt, offi-
» cere debet: & exinde intelligi oportet remiſſum ma-
» tri vinculum pignoris, ex quo de ea ſuſcipere liberos
» optauerat: ideóque eã, quæ poſtliminio reuerſa erat,
» liberam & ingenuam ingenuum peperiſſe conſtat.
» Quòd, ſi, publice præda virtute militum recuperata,
» nulli pretiũ matris pater numerauerit: protin9 poſt-
» liminio reuerſa, nõ cum domino, ſed cũ marito fuiſ-
ſe declaratur. In ciuilibus diſſenſionibus, quan-
» uis ſæpè per eas reſp. lædatur, non tamẽ in exitium
» reip. cõtenditur: qui in alterutras partes diſceſſiſſent,
» vice hoſtium non ſunt eorum, inter quos iura capti-
» uitatum aut poſtliminiorum fuerint: & ideò captos
» & venundatos poſteàque manumiſſos placuit ſuper-
» uacuo repetere à Principe ingenuitatem, quam nul-
la captiuitate amiſerant.

IVL. BONA eorum, qui in hoſtium poteſtatẽ perue-nerint, atque ibidem deceſſerint: ſiue teſtamenti fa-ctionem habuerint, ſiue non habuerint, ad eos perti
» nent, ad quos pertinerent, ſi in poteſtatẽ hoſtium nõ
» perueniſſent. Idémque ius & eadem cauſa omnium
» rerum iubentur eſſe lege Cornelia, quæ futura eſſent,
» ſi ij de quorum hæreditatibus & tutelis conſtitueba-
» tur, in hoſtium poteſtatem non perueniſſent. Appa-
ret ergo eadem omnia pertinere ad hæredem eius

quem ipſe, qui hoſtium poteſtati ſubditus eſt, habiturus eſſet, ſi poſtliminio reuertiſſet. Porrò, quæcunque ſerui captiuorum ſtipulantur, vel accipiunt: acquiri dominis intelliguntur, cū poſtliminio redierint: quare neceſſe eſt ad eos pertinere, qui ex lege Cornelia hæreditatem adierint. Quòd, ſi ex lege Cornelia nemo hæres extiterit, bona publica fient. legata quoq; ſeruis eorum præſenti die vel ſub cōditione, ad hæredes pertinebūt. Itē, ſi ſeruus ab extraneo hęres inſtitut⁹ fuerit, iuſſu hæredis captiui adire poterit. Quod filius eius, qui in hoſtium poteſtate eſt, accipit aut ſtipulatur: id, patre, priuſquā poſtliminio redierit, mortuo, ipſi acquiſitum intelligitur: & ſi viuo patre deceſſerit, ad hæredem patris pertinebit. Nam ſtatus omnium, quorum patres in hoſtium poteſtate ſunt, in pendēti eſt. & reuerſo quidem patre exiſtimatur nunquā ſuæ poteſtatis fuiſſe: mortuo patre, tunc paterfamiliâs fuiſſe, cum pater eius in hoſtium poteſtatem perueniret. Quę peculiari nomine ſerui captiuorum poſſident, in ſuſpēſo ſunt. Nam ſi domini poſtliminio redierint, eorum facta intelligūtur. ſi ibi deceſſerint, per legem Corneliam ad hæredes eorū pertinebunt. Siquis, cum pręgnantem vxorem haberet, in hoſtium poteſtatem peruenerit: nato deinde filio & mortuo ibi deceſſerit, eius teſtamentū nullum eſt, quia & eorum, qui in ciuitate remanſerunt, hoc caſu teſtamenta rumpuntur.

SI QVIS prægnante vxore relicta, in hoſtium poteſtatem peruenerit: mox natus filius eius, vxore ducta filium vel filiā procreauerit: ac tunc poſtliminio auus reuerſus fuerit: omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac ſi is filius natus in ciuitate fuiſſet.

HOSTES ſunt quib⁹ bellum publice Po. Ro. VLP.

» decreuit, vel ipſi Po.Ro. cæteri verò, latrunculi vel prædones appellãtur. Et ideo qui à latronibus capt⁹ » eſt, ſeruus latronum non eſt: nec poſtliminium illi » neceſſarium eſt. Ab hoſtib⁹ autẽ captus, puta à Ger» manis ſeu Parthis & ſeruus eſt hoſtium, & poſtlimi» nio ſtatum recuperat priſtinum.

FLOR. NIHIL intereſt quomodo captiu⁹ reuerſus eſt: » vtrum dimiſſus eſt, an vi vel fallacia poteſtatem ho» ſtium eua ſerit: ita tamen, ſi ea mente venerit, vt non illò reuerteretur. Nec enim ſatis eſt corpore domum » quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt. Sed &, qui victis » hoſtibus recuperantur, poſtliminio rediiſſe exiſti» mantur.

MARC.» DIVVS Verus & Antoninus reſcripſerunt, ſi vxor cum marito ab hoſtibus capta ſit, & ibidem ex marito enixa ſit: ſi reuerſi fuerint, iuſtos eſſe & parẽ» tes & liberos: & filium in poteſtate patris, quemad» modũ ſi iure poſtliminii inde reuerſus ſit. Quod, ſi cũ » matre ſua ſola reuertatur, quaſi ſine marito nat⁹, ſpu» rius habebitur.

IAB. LATRONES tibi ſeruum eripuerant: poſtea is ſeruus ad Germanos peruenerat: inde bello victis » Germanis, ſeruus venierat. Negant poſſe vſucapi eũ » ab emptore Labeo, Offilius & Trebatius: quia verũ » eſſet eum ſurreptum eſſe, nec, quòd hoſtiũ fuiſſet, aut poſtliminio rediiſſet, ei rei impedimento eſſe.

IAB. SI QVID bello captum eſt, in præda eſt, non » poſtliminio redit. Paulus. Imò, ſi in bello captus, pa» ce facta domum rediit, deinde renouato bello capi» » tur: poſtliminio redit ad eum, à quo priore bello ca» » ptus erat: ſi modò non conuenerit in pace, vt captiui redderentur.

IAB. SI POSTLIMINIO rediſti, nihil dũ in ho»

ſtium poteſtate fuiſti, vſucapere potuiſti. Paul⁹. Imò, ſi quid ſeru⁹ tuus peculij nomine, dum in eo ſtatu eſſes, poſſederit: id eo quoque tempore vſucapere poteris: quoniam eas res etiam inſcientes vſucapere ſolemus: & eo modo etiam hæreditas nõdum nato poſthumo, aut nondum adita, augeri per ſeruum hæreditarium ſolet.

SI ID, QVOD noſtri hoſtes ceperũt, eius generis eſt, vt poſtliminio redire poſſit: ſimul atque ad nos redeũdi cauſa profugerit ab hoſtib⁹, & intra fines imperij noſtri eſſe cœperit, poſtliminio rediſſe exiſtimãdum eſt. Paulus. Imò, cum ſeruus cuiuſuis noſtrũ ab hoſtibus captus, inde aufugit: & in vrbe Ro. ita eſt, vt neque in domini poteſtate ſit, neque vlli ſeruiat, nondum poſtliminio redijſſe exiſtimandus eſt.

DE RE MILITARI.

MILES, QVI in commeatu agit, non videtur Reip. cauſa abeſſe. VLP.

MILITVM delicta ſiue admiſſa aut propria ſunt, aut cum cæteris communia: vnde & perſecutio aut propria, aut cõmunis eſt. Proprium militare eſt delictũ: quod quis vti miles admittit. Dare ſe militem, cui nõ licet, graue crimen habetur: & augetur (vt in cæteris delictis) dignitate, gradu, ſpecieque militiæ. FVR.

DESERTOREM auditum ad ſuum ducem cum elogio Præſes mittet: præterquam ſiquid graui⁹ ille deſertor in ea prouincia, in qua repertus eſt, admiſerit. Ibi enim eũ plecti pœna debere, vbi facinus admiſſum eſt, diui Verus & Antonin⁹ reſcripſerunt. Pœna militum huiuſmodi eſt, caſtigatio, pecuniaria MOD.

multa. munerum interdictio. militiæ mutatio. grad⁹ deiectio. ignominioſa miſſio. Nā in metallum aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur. Emanſor eſt, qui diu vagatus ad caſtra reuertitur. Deſertor eſt, qui per prolixum tempus euagatus reducitur. Is qui in exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut qui à foſſa recedit: capite puniendus eſt. Qui ſtationis munus relinquit, plus quàm emāſor eſt. itaque pro modo delicti aut caſtigatur aut gradu militiæ deijcitur. Si Præſidis aut cuiuſuis Præpoſiti ab executione quis deſiſtat: peccatū deſertoris ſubibit. Si ad diem commeatus quis non veniat, perinde in eum ſtatuendum eſt, ac ſi emanſiſſet vel deſeruiſſet, pro numero temporis: facta prius copia docendi, num fortè caſibus quibuſdam detentus ſit, propter quos venia dignus eſſe videatur. Qui militiæ tēpus in deſertione impleuit, emerito priuatur. Si plures ſimul primûm deſeruerint, deinde intra certum tēpus reuerſi ſint: gradu pulſi, in diuerſa loca diſtribuēdi ſūt. ſed tyronibus parcendum eſt: qui ſi iterato hoc admiſerint, pœna competenti afficiuntur. Is, qui ad hoſtes cōfugit, & redijt, torquebitur: ad beſtiaſq; vel in furcā dānabitur: quāuis milites nihil eorū patiantur. Et is, qui volēs trāſfugere, apprehēſus eſt, capite punietur. Sed, ſi ex improuiſo, dū iter quis facit, capiatur ab hoſtib⁹: inſpecto vitæ eius præcedētis actu, venia ei dabitur, &, ſi expleto tēpore militiæ redeat, vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet. Miles, qui in bello arma amiſit, vel alienauit, capite punitur: humanè militiā mutat. Qui aliena arma ſurripuit, gradu militiæ pellendus eſt. In bello qui rē à Duce prohibitam fecit, aut mādata non ſeruauit: capite punitur, etiam ſi res bene ceſſerit. Sed, qui agmen exceſſe

rit,ex cauſa vel fuſtibus cæditur, vel mutare militiã ſolet. Necnon & ſiquis vallum tranſcendat, aut per murũ caſtra ingrediatur:capite punitur·Si verò quis foſſam tranſiuit,militia reijcitur.Qui ſeditionem militum atrocem concitauit,capite punitur.ſi intra vociferationem aut leuem querelã ſeditio mota eſt:tũc gradu militiæ reijcitur.Et ſi multi milites in aliquod flagitium conſpirent,vel ſi legio deficiat,auocari militia ſolent.Qui Præpoſitum ſuum protegere noluerint,vel deſeruerint, occiſo eo capite puniuntur.

ARR.

QVI CVM vno teſticulo natus eſt,quive amiſit:iure militabit,ſecundum Diui Traiani reſcriptũ. Nam & Duces Sylla & Cotta memorantur eo habitu fuiſſe naturæ. Ad beſtias datus,ſi profugerit,& militiæ ſe dederit:quandocunque inuentus capite puniendus eſt.Idémque obſeruandum eſt in eo,qui paſſus eſt ſe legi.In inſulam deportatus,ſi effugiens militiæ ſe dedit,lectúſve diſſimulauit, capite puniẽdus eſt.Temporarium exilium volũtario militi inſulæ relegationem aſſignat:diſſimulanti,perpetuum exiliũ. Ad tempus relegatus,ſi expleto ſpatio fugę,militiæ ſe dedit:cauſa damnationis quærenda eſt:vt,ſi contineat infamiã perpetuã, idem obſeruetur· ſi trãſactũ de futuro ſit:& in ordinem redire poteſt,& honores petere militiæ non prohibetur.Reus capitalis criminis,voluntarius miles,ſecundum diui Traiani reſcriptum,capite puniendus eſt: nec remittendus eſt eò, vbi reus poſtulatus eſt, ſed vbi accedente cauſa militiæ audiendus eſt,ſi dicta cauſa ſit,vel requirendus annotatur,Ignominia miſſus, ad Iudicem ſuum remittendus eſt:nec recipiendus poſtea militare volẽs, licet fuerit abſolutus.Adulterij vel aliquo iudicio publice damnati,inter milites non ſunt recipiẽdi. Non

» omnis qui litẽ habuit, & ideò militauerit, exaucto-
» rari iubetur:ſed qui eo animo militiæ ſe dedit, vt ſub
obtentu militiæ , prætiſiorem ſe aduerſario faceret.
Nec tamen facile indulgendum eſt extra ordinem iu
dicationis ei qui negotiũ antè habuerit:ſed ſi in trãſ-
actionem reciderit, indulgendum eſt. Exauctoratus
» eo nomine, non vtique infamis erit: nec prohibẽdus
» lite finita militiæ eiuſdem ordinis ſe dare· alioqui,&
ſi relinquat litem, vel tranſigat, retinendus eſt. Qui
poſt deſertionem in aliam militiam nomen dederũt,
» legíve ſe paſſi ſũt, Imperator noſter reſcripſit & hos
» militariter puniendos. Grauius autem delictum eſt
detrectare munus militiæ, quàm appetere· Nam,&
» qui ad edictum olim non reſpondebant, vt prodito-
» res libertatis, in ſeruitutem redigebantur. ſed mu-
» tato ſtatu militiæ, receſſum eſt à pœna capitis: quia
» plerunque volũtario milite numeri ſupplentur. Qui
filium ſuum ſubtrahit militię belli tempore, exilio &
» bonorum parte multandus eſt. ſi in pace, fuſtibus cę
di iubetur: & requiſitꝰ iuuenis, vel à patre poſtea ex-
» hibitus in deteriorem militiam dãdus eſt· Qui enim
ſolicitauerit ſe ab alio, veniam nõ meretur. Eum, qui
» filium debilitauit delectu per bellum indicto, vt in-
» habilis militiæ ſit: præceptum Diui Traiani depor-
» tauit. Edictum Germanici Cæſaris militem deſer-
» torem faciebat, qui diu abfuiſſet: vt is inter emãſores
haberetur. Sed ſiue adeat quis & offerat ſe, ſiue de-
prehenſus offeratur: pœnam deſertionis euitat: nec
intereſt, cui ſe offerat, vel à quo deprehendatur. Le-
» uius itaque delictum emanſoris habetur, vt erro-
» nis in ſeruis: deſertoris grauius, vt in fugitiuis. Ex-
aminãtur autem cauſæ ſemper emanſionis: & cur
& vbi fuerit, & quid egerit: & datur venia valetu-

dini, affectioni parentum & affinium, & ſi ſeruum fugientem perſecutus eſt, vel ſiqua huiuſmodi cauſa ſit. Sed & ignoranti adhuc diſciplinam Tyroni ignoſcitur.

NON OMNES DESERTORES ſimiliter puniendi ſunt: ſed habetur & ordinis & ſtipendiorum ratio, & gradus militiæ, vel loci ac muneris deſerti, & anteactæ vitæ. Sed & numeri, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum pluribus deſeruit, aliúdve quod crimen deſertioni adiunxerit. Item temporis quo in deſertione fuerit: & eorum, quæ poſtea geſta fuerint. Sed, ſi fuerit vltro reuerſus, non cum neceſſitudine: non erit eiuſdem ſortis. Qui in pace deſeruit, eques gradu pellendus eſt: pedes militiam mutat. In bello idem admiſſum capite puniendum eſt. Qui deſertioni aliud crimen adiungit, grauius puniendus eſt: &, ſi furtum factum ſit, veluti alia deſertio habebitur: vel, ſi plagium factum eſt, vel aggreſſura, ſeu abigeatus, vel quid ſimile acceſſerit. Deſertor ſi in Vrbe inueniatur, capite puniri ſolet· alibi apprehēſus, ex prima deſertione reſtitui poteſt: iterum deſerendo, capite puniendus eſt. Qui in deſertione fuerit, ſi ſe obtulerit, ex indulgentia Imperatoris noſtri in inſulam deportandus eſt. Qui captus cum poterat redire, non rediјt: pro tranſfuga habetur. Item eum, qui in præſidio captus eſt, in eadem conditione eſſe certum ęſt. Si tamē ex improuiſo, dum iter facit, aut epiſtolam fert, capiatur quis, veniam meretur. A barbaris remiſſos milites ita reſtitui oportere Adrianus reſcripſit, ſi probabūt ſe captos euaſiſſe, nō tranſfugiſſe. ſed licet hoc liquido conſtare nō poſſit, argumentis tamen cognoſcendū eſt. & ſi bonus miles antè exiſtimatus fuerit, propè eſt vt affirmationi

» eius credatur. Si emanſor, aut negligens ſuorum, aut
ſegnis, aut extra contubernium agens: non credetur
ei ſi poſt multum temporis redijt. Qui ab hoſtibꝰ ca
ptus eſt, & captum eum, non tranſfugiſſe cõſtiterit:
» vt veteranus erit reſtituendus, & pręmiũ emeritum
capiet. Qui tranſfugit, & poſtea multos latrones ap-
» prehendit, & tranſfugas demonſtrauit: poſſe ei par-
» ci Diuus Adrianus reſcripſit: ei tamen pollicenti ea,
» nihil permitti oportere.
» OMNE delictum eſt militis, quod aliter quàm
» diſciplina communis exigit, cõmittitur: veluti ſegni-
» tiæ crimen, vel contumacię, vel deſidiæ. Qui manus
» intulit Præpoſito, capite puniendus eſt. Augetur au-
» tem petulantiæ crimen dignitate Præpoſiti. Contu-
» macia omnis aduerſus Ducem vel Præſidem militis
» capite punienda eſt. Qui in acie fugam prior fecit,
» ſpectantibus militibus (propter exemplũ) capite pu-
niendus eſt. Exploratores, qui ſecreta nuntiãt hoſti-
» bus, proditores ſunt, & capitis pœnas luunt. Sed &
» caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulauit, in
pari cauſa eſt. Siquis commilitonem vulnerauerit, ſi
» quidem lapidę, militia reijcitur: ſi gladio, caput amit
» tit. Qui ſe vulnerauerit, vel aliâs mortem ſibi conſci-
» uerit: Imperator Adrianus reſcripſit (vt modus eius
» rei ſtatutꝰ ſit) vt, ſi impatiẽtia doloris, aut tædio vitę,
» aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluerit:
» non animaduertatur in eũ, ſed ignominia mittatur:
» ſi nihil tale prætendat, capite puniatur. Per vinum
aut laſciuiam lapſis, capitalis pœna remittẽda eſt: &
» militiæ mutatio irroganda eſt. Qui Præpoſitum ſuũ
» non protexit, cum poſſet: in pari cauſa factori habẽ-
» dus eſt. ſi reſiſtere non potuerit, parcendum eſt ei.
Sed & in eos, qui Præfectum centuriæ à latronibus

circunuentum deſeruerunt, animaduerti placuit. »

PRODITORES vel tranſfugæ plærunque capite puniuntur: & exauthorati torquentur. Nam pro hoſte, non pro milite habentur. MART. »

QVI ſtatus controuerſiã patiuntur, licet re vera liberi ſint, non debẽt per id tempus nomen militiæ dare: maximè lite ordinata: ſiue ex libertate ĩ ſeruitutem, ſiue cõtrà petantur. nec ij quidem qui ingenui bona fide ſeruiunt. ſed nec, qui ab hoſtibus redẽpti ſunt, prius, quàm ſe luant. VLP.

MILITES prohibẽtur prædia comparare in ijs prouincijs, in quibus militant: præter, quàm ſi paterna eorum fiſcus diſtrahat. Nam & hanc ſpeciem Verus & Antoninus remiſerunt. Sed ſtipendijs impletis emere permittuntur. Fiſco autem vendicatur prædium illicite comparatum, ſi delatum ſit. Sed, ſi nondum delata cauſa, ſtipendia impleta ſint, vel miſſio contigerit: delationi non eſt locus. Milites, ſi hæredes extiterint, poſſidere ibi prædia nõ prohibẽtur. MART. » » » » » » » »

QVI EXCVBIAS palatij deſeruerit, capite punitur. Sed ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medij temporis ſtipendia & donaria accipit, niſi hoc ei ſpecialiter liberalitas Principalis indulſerit. PAVL. » » » »

AB OMNI militia ſerui prohibentur. alioquí capite puniuntur. MART. »

OFFICIVM regentis exercitum non tãtũ in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit. »

Paternus quoque ſcribit debere eum, qui ſe meminerit armato præeſſe, parciſſime commeatum dare: equum militarem extra prouinciam duci nõ permittere: ad opus priuatum, piſcatum, venatum, militẽ nõ mittere. Nã in diſciplina Auguſti ita cauetur, » » » » » »

» Et ſi ſcio fabrilibus operibus exerceri milites non eſ-
» ſe alienū, vereor tamē ſi quicquam permiſero, quod
» in vſum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re ad-
» hibeatur, qui mihi non ſit tolerandus. Officium Tri-
» bunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, mili-
» tes in caſtris continere, & ad exercitationem produ-
» cere: claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum cir
» cuire, frumētationibus commilitonum intereſſe, fru
» mentum probare, menſuræ fraudem coërcere, deli-
» cta ſecundum ſuæ authoritatis modū caſtigare, prin
» cipijs frequenter intereſſe, querelas commilitonum
» audire, valetudinarios inſpicere.

MILITES agrum comparare prohibentur in
» ea prouincia in qua bellica opera peragūt: ſcilicet ne
» ſtudio culturæ, à militia ſua auocentur: & ideò do-
» mum comparare non prohibentur. Sed & agros in
» alia prouincia comparare poſſunt. cæterū in ea pro-
» uincia, in quam propter cauſam belli venerūt, ne ſub
» alieno quidem nomine eis agrum comparare licet.
alioqui fiſco vendicabitur. Is etiam, qui contra
diſciplinam agrum cōparauerit, ſi nulla de ea re quę-
ſtione mota, miſſionē acceperit: inquietari prohibe-
tur. Illud conſtat, præſcriptionis huius commodum
ad eos, qui ignominiæ cauſa miſſi ſunt, non pertine-
re: quod præmij loco veteranis conceſſum intelligi-
» tur. ideo & ad eum, qui cauſarie miſſus eſt, poteſt di-
ci pertinere: cum huic quoque præmium præſtetur.
» Miſſionum generales cauſæ ſunt tres: honeſta, cau-
» ſaria, ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ
» impleto datur. Cauſaria, cū quis vitio animi vel cor-
» poris minus idoneus militiæ renūtiatur. Ignominio-
» ſa cauſa eſt, cum quis propter delictum ſacramento
» ſoluitur. Et is, qui ignominia miſſus eſt, neque Romę

neque in ſacro comitatu agere poteſt. Sed & ſi ſine » ignominiæ mentione miſſi ſunt, nihilominus ignominia miſſi intelliguntur. Irreuerens miles non tan» tum à Tribuno vel Centurione, ſed etiam à Principe coercendus eſt. Nam eum qui Cẽturioni caſtiga» re ſe volenti reſtiterit, veteres notauerũt. Si vitem te» nuit, militiam mutat. Si ex induſtria fregit, vel manũ » Cẽturioni intulit, capite punitur. Eius fugam, qui cũ » ſub cuſtodia vel in carcere eſſet, diſceſſerit: in nume» ro deſertorum non computandam Menander ſcri» pſit: quia cuſtodiæ refuga, nõ militiæ deſertor eſt. Eũ tamen qui carcere effracto fugerit, etiam ſi antè nõ » deſeruerit, capite puniendum Paulus reſpondit. De» ſertorem, qui à patre ſuo fuerat oblatus, in deteriorẽ » militiam Diuus Pius dari iuſſit: ne videatur (inquit) » pater ad ſupplicium filium obtuliſſe. Item Diui Ve» rus & Antoninus eum, qui poſt quinquennium de» » ſertionis ſe obtulit, deportari iuſſerunt. quod exẽplũ » & in cæteris ſequi nos debere Menander ſcripſit. »

QVI cõmeatus ſpatiũ exceſſit, emãſoris vel de» ſertoris loco habendus eſt. habetur tamen ratio dierum, quibus tardi⁹ reuerſus eſt: item tẽporis nauigationis vel itineris. &, ſi ſe probet valetudine impeditum, vel à latronibus detentũ, ſimilíve caſu moram paſſum: dũ tamẽ non tardius à loco profectũ ſe probet, quàm vt occurrere poſſet intra cõmeatum: reſtituẽdus eſt. Arma alienaſſe, graue crimẽ eſt: & ea cul» pa deſertiõi exæquatur: vtiq; ſi tota alienauerit. Sed » & ſi partẽ eorũ, nihil quidẽ intereſt. Nã, ſi tibiale vel » humerale alienauit: caſtigari verberibus debet. ſi ve» » rò loricam, ſcutũ, galeã, gladiũ: deſertori ſimilis eſt. » Tyroni in hoc crimine facilius parcetur: armorúmq; » cuſtodi plerũque eadẽ culpa imputatur, ſi arma mi» » PAVL.

liti commiſit non ſuo tempore.

PAVL. EX CAVSA deſertionis notatus ac reſtitut⁹, » temporis,quo in deſertionis cauſa fuerit, ſtipendijs » expungitur.quòd ſi ratio conſtiterit, neque deſerto» » rem fuiſſe apparuerit:omnia ſtipẽdia circa temporis finem redduntur.

QVI METV criminis,quo reus fuerat poſtu» » latus,nomen militiæ dedit:ſtatim ſacramento ſoluẽ» » dus eſt.Miles turbator pacis capite punitur.

DE CASTRENSI PECVLIO.

VLP. F ILIIFAMILIAS militis,ſi peculium apud patrem remanſit,ſine teſta » mento filio defuncto, pater ipſi hæres » non fit:ſed tamen hęres ijs fiet,quibus & filius fuit.

SI FILIVSFAMILIAS miles deceſſerit: » ſi quidem inteſtatus,bona eius non quaſi hæreditas, » ſed quaſi peculium patri deferuntur. Si autem teſta» » mento facto, hic pro hæreditate habetur caſtrenſe peculium.

» SI MVLIER filio viri militi ad caſtrenſes vel » forte militares res cõparandas reliquerit pecuniam: » vtique caſtrenſi peculio ea,quæ comparantur,annu» merari incipiunt.

TERT. MILES pręcipua habere debet,quæ detulit ſecum in caſtra concedente patre. Actionem perſecu» » tionémque caſtrẽſium rerum ſemper filius etiam in» » uito patre habet. Si paterfamiliâs militiæ tempore, vel etiam poſt miſſionem arrogandum ſe præbuerit: vidẽdum erit,ne huic quoque intelligatur earum re» rum permiſſa adminiſtratio, quas ante arrogationẽ

in caſtris acquiſierit:quanuis conſtitutiones Principa » les de iis loquantur, qui ab initio,cum eſſent filijſfamiliâs militauerint. Quod admittendum eſt.

MILES filiuſfamiliâs à commilitone vel ab eo, quem per militiam cognouit, hæres inſtitutus, etiã citra iuſſum patris, ſuo arbitrio rectè pro hærede gerit. »

SIMILITI filiofamiliâs vxor ſeruum manumittendi cauſa donauerit: an ſeruum libertũ fecerit, videamus:quia & peculiares ſeruos & libertos potuit habere. Et magis eſt,vt hic caſtrenſi peculio non an- » numeretur:quia vxor ei non propter militiã nota eſt. » Planè,ſi mihi proponas ad caſtra eunti marito vxorẽ ſeruos donaſſe,vt manumittat, & habiles ad militiam libertos habeat:poteſt dici ſua voluntate ſine permiſ- » ſu patris manumittentem ad libertatem perducere. »

SI CASTRENSE peculiũ habeat maritus, in quantum facere poteſt, condemnabitur: quia etiã » nõ caſtrenſibus creditoribus ex eo peculio magis eſt » eum cogi reſpondere.

SI FORTE vxor vel cognat⁹ vel quis alius nõ ex caſtris notus, filiofamiliâs donauerit quid vel legauerit, & expreſſerit etiam nominatim,vt in caſtrenſi peculio habeat:an poſſit caſtrenſi peculio aggregari? Et nõ puto veritatẽ enim ſpectam⁹, an verè caſtrẽſis » peculij notitia vel affectio fuit:non quod quis finxit. »

PROPONEBATVR filiuſfam. miles teſtamento facto extraneũ hæredem ſcripſiſſe:patre deinde ſuperſtite deceſſiſſe:pater,deliberante hærede inſtituto, & ipſe diem functus:deinde hæres inſtitutus repudiaſſe hæreditatem defuncti. quærebatur,ad quem caſtrenſe peculium pertineret. Dicebam caſtrenſe peculium filij fam. ſi quidem teſtatus deceſſit,quaſi hæ- » reditatem deferri hæredi ſcripto, ſiue extraneũ ſcri- »

pſit hæredem, ſiue patrem. Sed, cum nihil de peculio dixerit filius: non nunc obueniſſe patri, ſed nõ eſſe ab eo profectum creditur. Denique, ſi ſeruo filij caſtrenſi libertatem pater adſcripſerit, moxque filius viuo pa » tre defunctus ſit: nõ impeditur libertas: cũ, ſi filius pa » tri ſuperuixerit, impediatur libertas. Vnde Marcellus » putat neceſſariũ quoque hæredem ſeruum filij peculiarem patri exiſtere poſſe, ſi filio pater ſuperuixerit. Idem referebã, & ſi rem peculiarẽ filij pater legauerit, » nã eodem caſu, quo libertatẽ competere diximus, le» gatũ quoque vel debebitur vel impedietur. Quibus » ita præmiſſis, in propoſito dicebam, cũ hæres nõ adijt hæreditatem, retro peculiũ patris bonis acceſſiſſe. Vnde poteſt dici etiam patris bona aucta per hanc repu» diationem. Nec eſt nouũ, vt ex poſtfacto aliquis ſuc» ceſſorem habuiſſe videatur. Nam, & ſi filius eius, qui ab hoſtibus captus eſt, deceſſerit patre captiuo viuo: ſi quidem pater reuerteretur, quaſi filiuſfamiliâs peculium haberet. enimuero, ſi ibidem pater deceſſerit, » quaſi paterfam. legitimũ habebit ſucceſſorẽ, & retro » habuiſſe creditur eius ſucceſſor. Ea quoque, quæ medio tẽpore filiuſfamiliâs ita quæſiuit, nec hæredi patris, ſed ipſi filio quæſita videbuntur.

POMP. » EX NOTA Marcelli conſtat nec patribus aliquid ex caſtrenſibus bonis filiorum deberi.

» CASTRENSE peculiũ eſt, quod à parẽtibus » vel cognatis in militia degenti donatum eſt: vel quod » ipſe filiuſfam. in militia acquiſiuit: quod, niſi militaret, » acquiſiturus nõ fuiſſet. Nam, quod erat etiam ſine mi» litia acquiſiturus, id peculiũ eius caſtrenſe non eſt.

PAP. » PATER, qui dat in adoptionẽ filium militẽ, pe» culium ei auferre non poteſt, quod ſemel iure militiæ » filius tenuit. qua ratione nec emancipando filiũ pecu

liũ ei aufert: quia nec in familia retẽto poteſt auferre. »

DIVVS Adrianus reſcripſit in eo, quẽ militan» tem vxor hæredem inſtituerat, filium extitiſſe hære» dem: & ab eo hæreditarios ſeruos manumiſſos, pro» prios eius libertos fieri.

FILIVSFAMILIAS miles ſi captus apud hoſtes vita fũgatur, lex Cornelia ſubuenit ſcriptis hæ» redibus: quib⁹ ceſſantibus, iure priſtino peculiũ pater habebit. Proxima ſpecies videtur, vt ſcriptis hæredi» bus deliberantibus, quod ſeruus interim ſtipulatus eſt, vel ab alio ſibi traditum accepit: quod quidem ad patris perſonã attinet, ſi forte peculiũ apud eũ reſe» derit, nulli⁹ momẽti videatur: cũ illo tẽpore nõ fuerit ſeruus patris. quod autẽ ad ſcriptos hęredes, in ſuſpẽ» ſo fuiſſe traditio itẽmq; ſtipulatio intelligatur. vt enim hæreditarius fuiſſe credatur, poſt aditã hæreditatẽ fit. Sed paterna verecũdia nos mouet, quatenus & in illa ſpecie, vbi iure priſtino apud patrẽ peculiũ remanet, etiam acquiſitio ſtipulationis vel rei traditę per ſeruũ fiat. Legatum, quod ei ſeruo relictũ eſt: quanuis tunc propter incertum, nulli ſit acquiſitũ: omiſſo teſtamen» to, patri tunc primũ ipſum per ſeruũ acquiritur: cum ſi fuiſſet, exemplo hæreditatis, peculio acquiſitũ, ius patris hodie non conſyderaretur.

PATER militi filiofamilias reuerſo, quod do» nat, caſtrenſis peculij non facit: ſed alterius peculij, perinde ac ſi filius nũquam militaſſet. Si ſtipulãti filio ſpõdeat: ſi quidẽ ex cauſa peculij caſtrẽſis, tenebit ſti» pulatio. cęterũ ex qualibet alia cauſa nõ tenebit. Si pa» ter à filio ſtipuletur, eadẽ diſtinctio ſeruabitur. Si ſeruus peculij, quod ad filium ſpectat, ab extero ſtipu» letur, aut per traditionẽ accipiat: ſine diſtinctiõe cau» ſarũ res ad filiũ pertinebit. Non enim vt filius duplex

ius ſuſtinet, & patris, & filijfamiliâs: ita ſeruus, qui ca-
„ ſtrêſis peculij eſt, quique nullo iure, quandiu filius vi-
„ uit, patri ſubiect9 eſt, aliquid acquirere ſimpliciter ſti
„ pulando vel accipiendo patri poteſt. quæ ratio ſuadet,
vt, ſi ab ipſo patre ſeruus, qui ad filiũ pertinet, ſtipu-
letur ex quacunque cauſa, vel traditũ accipiat: ſic ac-
quiratur filio res & ſtipulatio, quemadmodũ ſi exte-
ro promiſiſſet: quoniã perſona ſtipulantis & accipien
tis ea eſt, vt ſine differentia cauſarum, quod per eum
agitur, ad emolumentum filij ſpectet. Si ſerui pater
„ vſumfructũ amiſerit, cuius proprietatẽ in caſtrẽſi pe-
„ culio filius habebat: plenam proprietatẽ habebit fili9.

DOTEM filiofamiliâs datam vel promiſſam, in
„ peculio caſtrenſi non eſſe reſpondi. Nec ea res cõtra-
„ ria videbitur ei quòd diui Adriani tẽporib9 filiũfami
„ liâs militẽ vxori hæredẽ extitiſſe placuit, & hæredita-
„ tẽ in caſtrenſe peculiũ habuiſſe. Nã hæreditas aduen
„ titio iure quæritur: dos autem matrimonio cohærẽs,
„ oneribus eius, ac liberis communibus, qui ſunt in aui
„ familia, cõfertur. Hæreditatẽ caſtrẽſi peculio nõ vide-
„ ri quæſitã reſpõdi, quã frater patruelis in alia prouin
„ cia ſtipẽdia merens, fratri patrueli, cũ quo nunquã mi
„ litauit, relinquit. Sanguinis etenim ratio, non militiæ
„ cauſa, meritum hæreditatis accipiendæ præbuerat.

„ PATER, qui caſtrenſe peculiũ inteſtati filij reti
„ nebit, æs alienum intra modum eius & annum vtilẽ
„ iure Prætorio ſoluere cogitur. Idem, ſi teſtamento ſcri
„ ptus hæres extiterit, perpetuo ciuiliter vt hæres cõue
nietur. Pater à filio milite, vel qui militauerit, hæ
res inſtitutus, teſtamenti cauſam omiſit, & caſtrenſe
„ peculiũ poſſidet. Legitimi hæredis exemplo cogetur
„ ad finẽ peculij perpetuo legata præſtare. Quòd, ſi fi-
lius poſt annũ quàm militare deſierat, iure communi

teſtamento facto vita deceſſerit: ratione Falcidiæ retinebitur quarta. Cæterum, ſi teſtamenti cauſam pater omiſit, cum peculium creditoribus ſoluendo nõ eſt: nihil dolo videbitur feciſſe, quanuis temporis incurrat compendium.

EX CASTRENSI peculio ſeruus à patre hæres inſtitui non poteſt, & filium neceſſariũ hæredem patri facit. Et in ſumma, eius rei actus patris, qui ad præſens alienationẽ alicuius iuris de caſtrẽſi peculio præſtant, impediũtur. ij verò, qui nõ ſtatim quidem, ſed poſtea efficere ſolent: eo tempore animaduertentur, quo habere effectũ cõſueuerũt: vt, ſi ſit filiuſfamiliâs, cui auferatur, nihil agatur. ſi antè deceſſerit, actꝰ patris non impediatur. Itaque negabimus patrẽ, filio ſaluo, cõmuni diuidundo agentẽ, proprietatẽ alienaturũ, exemplo dotalis prædij. Sed nec ſi ſocius vltrò cum eo agat, quicquam agetur: veluti ſi cũ eo agatur, cui bonis interdictum eſt. Seruos ex eo peculio, item prædia, tam vſufructu quàm cæteris ſeruitutibus pater liberare poterit. ſed & ſeruitutes iiſdem acquirere poteſt: id enim & eum, cui bonis interdictum eſt, verum eſt conſequi poſſe. Neque autem ſeruis ex eo peculio, neque prædijs vſumfructum vel ſeruitutẽ imponere pater poteſt. Siquãdo ex eo peculio filiuſfamiliâs rem alienam bona fide tenebit, an pater eius in rem vel ad exhibẽdum actionem pati debeat, vt cæterorum filiorũ nomine, quæritur? Sed verius eſt, cũ hoc peculiũ â patris bonis ſeparetur, defenſionis neceſſitatem patri non imponendam. Sed nec cogẽdus eſt pater propter æs alienũ, quod filius peculij nomine, quòd in caſtris acquiſiuit, contraxiſſe dicetur, de peculio actionẽ pati. Et, ſi ſponte patiatur, vt quilibet defenſor, ſatiſdato filiũ inſolidum non peculio tenus

MART.

patris ceſſauerit: quòd, ſi inteſtatus deceſſerit filius, poſtliminij cuiuſdam ſimilitudine pater antiquo iure habeat peculiũ, retróque videatur habuiſſe rerũ dominia: non tamẽ, ſi, vt hæres viuo filio vindictam ſeruo impoſuit, dicatur eum poſt mortẽ inteſtati filij ex illa manumiſſione liberũ factum eſſe. Quid autem ſi teſtamentũ fecerit filius, & non ſit eius adita hæreditas? Nõ tam facile eſt dicere continuatum patri, poſt mortẽ filij, rerum peculij dominiũ: cum medium tempus, quo deliberabant inſtituti hæredes, imaginẽ ſucceſſionis præſtiterit: alioqui, & ſi adita ſit ab inſtituto filij hæreditas, dicetur à patre ad eũ trãſiſſe proprietatẽ: quod abſurdum eſt: niſi in pendenti, vt in alijs, & in hac ſpecie habeamus dominia: vt ex poſtfacto retro fuiſſe aut non fuiſſe patris credamus. ſecũdum quod difficile erit expedire, ſi, dum deliberat hæres, dies ceſſerit legati ſeruo dati iſtius peculij in teſtamẽto eius, ex quo pater nihil capere potuiſſet: an id ad ipſum pertineat, cũ vtique ad hæredẽ filij pertineret. facilior tamẽ de libertate ſerui deliberatio eſt in ſpecie, in qua inteſtatus fili9 deceſſiſſe proponitur. Nõ eſt ergò ratio reſpõdendi cõpetere libertatem eo tẽpore datã, quo nõ fuit in dominio patris. fauorabilẽ tamẽ ſententiã contrariam vtroque caſu non negamus.

SED, SI proponas filium teſtamentũ feciſſe, & patrem hæredem inſtituiſſe: cũ vtique pater teſtamẽto ſuo ſeruo filij libertatem dediſſet, qui ad eũ ex teſtamento filij pertinere cœperit, videndum eſt, nunquid ei comparari debeat, qui, cum manumitteretur, alienus erat, deinde poſtea acquiſitus eſt. Sed fauorabilius eſt libertatẽ à patre relictam admittere: & ab initio patris eum eſſe videri, ex hoc, quod poſtea contingit, oſtenditur. PAVL.

DE PRIVILEGIIS VETERANORVM.

ARRI. 1 VETERANORVM priuilegiũ inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, vt ſeparentur à cæteris in pœnis. Nec ad beſtias itaque veteranus datur, nec fuſtibus cæditur.

VLP. 2 HONESTE ſacramẽto ſolutis immunitas, etiã in eis ciuitatibus, apud quas incolæ ſunt, valet: nec labefactatur, ſi quis eorum volũtate ſua honorem aut munus ſuſceperit: Vectigalia & patrimoniorũ onera ſolennia omnes ſuſtinere oportet.

MART. 3 VETERANIS & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & Decurionib⁹. igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum vel ad beſtias, nec fuſtibus cædentur.

VLP. 4 VIAE ſternendæ immunitatem veteranos non habere, I. Goſiano veterano reſcriptum eſt. nam nec à contributionibus, quæ in poſſeſſionibus fiunt, veteranos eſſe excuſatos palàm eſt. Sed & naues eorũ angariari poſſe, Æl. Ruffino & Antonino Claro veteranis reſcriptum eſt.

PAVL. 5 VETERANOS diuus Magnus Antonin⁹ cũ patre ſuo reſcripſit à nauium fabrica excuſari. Sed & ab exactione tributorum habent immunitatem: hoc eſt, ne exactores tributorum conſtituantur. Sed veterani, qui paſſi ſunt ſe in ordinem legi, muneribus fungi coguntur.

AD MVNICIPALEM, ET DE INCOLIS.

1 MVNICIPEM AVT NATIVITAS facit, aut manumiſſio, aut adoptio. Et propriè quidē municipes appellantur, muneris participes, recepti in ciuitatem, vt munera nobiſcum facerent. Sed nunc abuſiue municipes dicimus ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues: vtputa Campanos, Puteolanos. Qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed &, ſi ex patre Campano, matre Puteolana, ęquè municeps Campan9 eſt. niſi ſi forte priuilegio aliquo materna origo cēſeatur. tunc enim maternæ originis erit municeps: vt puta Ilienſibus cōceſſū eſt, vt, qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps. Etiā Delphis hoc idem tributum & conſeruatum eſt. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere, vt, qui Pontica matre natus eſſet, Ponticus eſſet. Quod beneficium ad vulgo quæſitos ſolos pertinere quidam putant: quorum ſentētiam Celſus nō probat. neque enim debuiſſe caueri, vt vulgo quęſitus, matris cōditionem ſequeretur. quam enim aliā originem hic habet? ſed ad eos, qui ex diuerſarum ciuitatum parentibus orirentur. VLP.

2 QVOTIES filiusfamiliâs volūtate patris Decurio creatur, vniuerſis muneribus, quæ Decurioni filio iniunguntur, obſtrictus eſt pater quaſi fideiuſſor pro filio. Conſenſiſſe autem pater Decurionatui filij videtur, ſi præſens nominationi filij non contradixit. Proinde, quicquid in Rep. filius geſſerit, pater, vt fide-

» iuſſor præſtabit. Geſtum autē in rep. ſic accipere de» bemus, pecuniam publicam habere, debitam tracta» re, ſiue erogandā decernere. Sed, & ſi curatores operum vel alicuius alterius negotij reip. creauerit, tene» bitur. Sed, & ſi ſucceſſorem ſibi nominauerit, patrem » obſtringet. Sed, & ſi vectigalia publica locauerit, pa» ter erit obſtrictus. Sed, & ſi filius tutores dare non curauerit, vel minus idoneos elegerit, nec pupilli rē ſal» uam fore ſatis exegerit, vel non idoneum acceperit: » ipſe quidē quin ſit obſtrict⁹, nulla dubitatio eſt: pater verò ita demū obligatur, ſicut fideiuſſores hoc nomine obligari ſolent. Sed non ſolent· hoc etenim relatū » & reſcriptum eſt: quia fideiuſſores rem pupilli ſaluā » fore promittunt: Reipublicæ autem nihil, quod ad rem pecuniariam attinet, intereſt, pupillis tutores » dari. Is, qui vltra commeatum abeſt, vel vltra for» mam cōmeatui datam, ad munera reuocari poterit.

PAVL. » 3 PLACET etiam filiumfam. domicilium habere poſſe,

4 NON VTIQVE vbi pater habuit, ſed vbicū» que ipſe domicilium conſtituerit.

» 5 LABEO iudicat eū, qui pluribus locis ex æquo » negotietur, nuſquam habere domicilium: quoſdam » autem dicere refert pluribus locis eum incolam eſſe, » aut domicilium habere. quod verius eſt.

VLP. » 6 ASSVMPTIO originis, quæ non eſt, verita» tem naturæ nō perimit· Errore enim veritas originis » non amittitur, nec mendacio dicentis ſe eſſe, vnde nō » ſit, deponitur: neque recuſando quis patriam, ex qua » oriundus eſt, neque mentiendo de ea, quam non ha» bet: veritatem mutare poteſt. Filius ciuitatem, » ex qua pater eius naturalem originem ducit, non » domicilium ſequitur. Iuriſprudentibus placuit duo»

bus locis poſſe aliquem habere domicilium, ſi vtro- »
bique ita ſe inſtruxerit, vt non ideò minus apud »
alteros ſe collocaſſe videatur, Libertini originem pa- »
tronorum vel domicilium ſequuntur: item, qui ex his
naſcuntur.

SI QVIS à pluribus manumiſſus ſit, omnium
patronorum originem ſequitur. »

NON DEBERE cogi Decuriones vilius præ- MART.
ſtare frumentum ciuibus ſuis, quàm annona exigit, »
diui Fratres reſcripſerunt, & alijs quoque conſtitutio »
nibus Principalibus id cautum eſt. »

EIVS qui iuſtum patrem non habet, prima ori- NER.
go à matre, exque eo die, quo ex ea editus eſt, nume- »
rari debet.

SIMILE priuilegium fiſco nulla ciuitas habet MART.
in bonis debitoris, niſi nominatim id à Principe »
datum ſit.

IMPERATORES Verus & Antoninus Lę- PAVL.
tulo Varo reſcripſerunt, Magiſtratuum officium in- ‹‹
diuiduũ, at periculum eſſe commune, quod ſic intelli- ‹‹
gi oportet, vt ita demum collegę periculum aſſcriba-
tur, ſi neque ab ipſo, qui geſſit, neque ab ijs qui pro eo
interuenerunt, res ſeruari poſſit, & ſoluendo nõ fue-
rit honore depoſito· alioqui, ſi perſona eorũ vel cautio
ſit idonea, vel ſoluẽdo fuerit quo tempore cõueniri
potuit: vnuſquiſque in ijs, quæ adminiſtrauit, tenebi-
tur. Quòd, ſi fortè is, qui periculo ſuo nominauerit
Magiſtratũ ſoluẽdo ſit: vtrũ in eũ prius actio reddi,
quàm in fideiuſſorẽ debeat? an verò nõ aliâs, quàm
ſi res à collega ſeruari non poſſit? Sed placuit fideiuſ-
ſoris exemplo priorem conueniendum, qui nomina-
uerit: quoniam collega quidem negligentiæ ac pœnæ
cauſa: qui verò nominauerit, fidei ratione cõuenitur.

ET EI, qui nominauit, contra collegam vtilem
actionem dari oportet.
QVID ergo ſi alter ex Magiſtratibus tot annis
abfuerit? aut etiam forte præſens per contumaciam
ſiue ignauiam vel ægram valetudinem, Reip. nego-
tia non geſſerit, & omnia collega ſolus adminiſtraue-
rit: nec tamen tota res ab eo ſeruari poſſit? Talis or-
do dabitur, vt in primis, qui negotia geſſit Reip. &
qui pro eo cauerint, inſolidū conueniantur: mox per-
actis omnibus periculum agnoſcat, qui nō idoneum
nominauerit: poſtremo alter ex Magiſtratib⁹ vel ad-
miniſtratoribus, qui Reip. negotijs ſe nō immiſcuit.
Nec iuſtè qui nominauerit, vniuerſum periculū re-
cuſauit: cum ſcire deberet eum, qui nominaretur, in-
diuiduum officium, & cōmune periculum ſuſceptu-
rum. nam &, cum duo geſſerunt, & ab altero ſeruari,
quod deberet, nō poteſt: qui collegam nominauit, in
vniuerſum conuenitur.
» MVNICIPES intelliguntur ſcire, quod ſciūt
ij quibus ſumma Reip. commiſſa eſt.
ORDINE Decurionum ad tempus motus, &
in ordinem regreſſus, ad honores, exemplo relegati,
tanto tempore non admittitur, quanto dignitate ca-
ruit. ſed in vtroque placuit examinari, quo crimine
damnati huiuſmodi ſententiam meruerūt: durioribꝰ
etenim pœnis affectos, ignominia velut tranſacto ne-
gotio poſtea liberari: minoribꝰ verò quàm leges per-
» mittunt, ſubiectos, nihilominus inter infames habe-
ri: cum facti quidem quæſtio ſit in poteſtate iudican-
tium, iuris autem authoritas non ſit. In eum, qui ſuc-
ceſſorem ſuo periculo nominauerit, ſi finito magiſtra-
tu ſucceſſor idoneus fuerit, actionem dari non opor-
tet. In fraudem ciuilium munerum per tacitam fidē

prædia trãſlata, fiſco vendicantur: tantúmque alterũ interdictæ rei miniſter de ſuis bonis cogitur ſoluere.

Ius originis in honoribus ſubeundis ac muneribus ſuſcipiendis adoptione non mutatur: ſed nouis quoq; munerib⁹ fili⁹ per adoptiuũ patrẽ adſtringitur. ¶ SED SI is emancipetur ab adoptiuo patre, nõ tantum filius, ſed etiam ciuis eius ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat factus, eſſe deſinit. HERM.

¶ LIBERTVS propter patronũ à ciuilibus muneribus non excuſatur. nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel miniſterium capto luminibus exhibeat. Liberti verò Senatorum, qui negotia patronorũ gerunt, à tutela decreto Patrum excuſantur. Filium pater Decurionem eſſe voluit. Antè filium ex perſona ſua Reſp. debet conuenire, quàm patrem ex perſona filij. Nec ad rem pertinebit, an filius caſtrenſe peculium tantum poſſideat, cum antè militaſſet, vel poſtea. Præſcriptio temporum, quæ in honoribus repetendis vel in alijs ſuccipiendis data eſt: apud eoſdem ſeruatur, non apud alios. ſed eodẽ tempore non ſunt honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. cũ ſimul igitur vtrobique deferũtur, potior eſt originis cauſa. Sola ratio poſſeſſionis ciuilibus muneribus poſſeſſori iniungendis, citra priuilegium ſpecialiter ciuitati datum idonea non eſt. Poſtliminio reuerſi muneribus patriæ obtemperare coguntur: quanuis in alienæ ciuitatis finibus conſiſtãt. Exigendi tributi mun⁹, inter ſordida munera non habetur, & ideò Decurionibus quoque mandatur. Ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus, in muneribus ciuilibus, manumiſſoris originem ſequitur, nõ eius, qui libertatẽ reliquit. In adoptiua familia ſuſceptum, exemplo dati munerib⁹ ciuilibus apud originẽ aui quoque naturalis reſpon-

dere, diuo Pio placuit: quamuis in iſto fraudis ne ſuſpicio quidem interueniret. Error eius, qui ſe municipē aut colonum exiſtimans, munera ciuilia ſuſcepturū promiſit, defenſionem iuris non excludit. Patris domiciliū, filiū aliorum incolā, ciuilibus muneribus alienæ ciuitatis non adſtringit: cū in patris quoque perſona domicilij ratio temporaria ſit. In quæſtionibus nominatos capitaliū criminū, ad nouos honores ante cauſam finitā admitti non oportet: cæterū dignitatē priſtinā interim retinent. Sola domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domiciliū nō facit. Nominati ſucceſſoris periculū fideiuſſores nominātis nō tenet. Fideiuſſores, qui ſaluā rempublicā fore ſpoponderunt, & qui Magiſtratus ſuo periculo nominant: pœnalibus actionibus nō adſtringuntur, in quas inciderunt ij, pro quibus interuenerunt: eos enim damnum reip. præſtare ſatis eſt, quod promittere videntur.

PAVL. 18 DIVVS Seuerus reſcripſit interualla temporū in continuandis honoribus, inuitis, non etiam volentibus conceſſa, dum ne quis continuet honores.

SCAEV. 19 QVOD maior pars curię efficit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint.

PAVL. 20 DOMICILIVM re & facto tranſfertur, non nuda conteſtatione, ſicuti in ijs exigitur, qui negant ſe poſſe ad munera vt incolas vocari.

21 L. TITIVS, cū eſſet in patris poteſtate, à Magiſtratibus inter cæteros frumento comparando, inuito patre curator cōſtitutus eſt: cui rei L. Titius neque cōſenſit, neque pecuniam accepit, neque in eam rem cauit, aut ſe comparationibus cū cęteris miſcuit: & poſt mortē patris in reliqua collegarū interpellari cœpit. quæritur an ex ea cauſa teneri poſſit? Paulus reſpōdi eum qui iniunctum munus à Magiſtratibus

ſuſcipere ſuperſederit, poſſe cōueniri eo nomine propter dānum reip. quāuis eo tempore, quo creatus eſt, in aliena fuerit poteſtate. Paulus reſpōdi eū, qui pro » alijs nō ex cōtractu, ſed ex officio, quod adminiſtrauerit, cōuenitur: in damnū ſortis ſubſtitui ſolere: nō etiā in vſuras. Idem reſpōdi hęredes patris propter mune » ra filij, quæ poſt mortē patris ſuſcepit, iure conueniri nō poſſe. Hoc reſpōſum & ad eū pertinet, qui à patre Decurio factus, poſt mortē patris munera ſuſceperit. Idem reſpōdi eū, qui Decurionē adoptauit, onera Decurionatus eius videri ſuſcepiſſe: exemplo patris, cui⁹ voluntate filius Decurio factus eſt. Idem reſpōdi cōſtante matrimonio dotē in bonis mariti eſſe: ſed, » ſi ad munera municipalia accepto modo ſubſtātię cō uocetur, dotē non debere computari. Idem reſpōdi, » ſi per accuſatorē criminum capitaliū nō ſtetiſſet, quo minus crimen intra ſtatutum tempus perſequeretur: reum non debuiſſe medio tempore honorē appetere. Imperatores Verus & Antoninus Septimio Zenoni,

Pro infante filio, quem Decurionem eſſe voluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum adſtrinxeris, « tamen interim onera ſuſtinere non cogeris: cū ad ea, « quæ mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videris. « Idem reſpōdi, ciuitas nullam propriam legem habet » de addictionibus admittendis, non poſſe recedi à locatione vel venditione prædiorum publicorum iam perfecta: tempora enim addictionibus præſtituta, ad cauſas fiſci pertinere.

22 FILII libertorum libertarúmque, liberti pater VLP. ni & patroni manumiſſoris domicilium aut originē » ſequuntur. Vidua mulier, amiſſi mariti domiciliū re » tinet, exemplo clariſſimæ perſonæ per maritū factæ. » ſed vtrūque alijs interueniētib⁹ nuptijs permutatur. »

» Municipes ſunt liberti & in eo loco in quē ipſi domi-
ciliū ſua voluntate tulerūt, nec aliquod ex hoc originī
patroni faciunt præiudicium, & vtrobique muneribꝰ
» adſtringuntur. Relegatus, in eo loco in quem relega-
» tus eſt, interim neceſſarium domicilium habet. Sena
tor ordine motus, ad originalem patriam (niſi ſpecia
liter hoc impetrauerit) non reſtituitur. Senatores, &
» eorū filij filiæque, qui quæve eo tempore nati natæve
» ſunt, itémque nepotes & pronepotes ex filio pro ori-
gine ex filijs eximuntur, licet municipalem retineāt
» dignitatem. Senatores, qui liberum commeatū, id eſt
» vbicunque velint morandi arbitrium impetrauerūt:
» domiciliū in vrbe retinent. Qui fœnus exercent, one-
» ribus patrimonij in tribulationibus fungi debent, etſi
poſſeſſionem non habeant.

HERM. » 14 MVNICEPS definit eſſe Senatoriam adeptus
» dignitatem. hoc autem quantum ad munera. quantū
» verò ad honorem pertinere creditur, originem reti-
» net. Denique manumiſſi ab eo, eius municipij effici-
» untur municipes, vnde originem trahit. Miles ibi do-
micilium habere videtur, vbi meret, etſi nihil in pa-
tria poſſideat.

SCAEV. » 24 CONSTITVTIONIBVS Principum con
» tinetur, vt pecuniæ, quę ex detrimento ſoluitur, vſu-
» ræ non præſtentur. & ita Imperatores Verus & An-
» toninus reſcripſerunt, his verbis, Humanum eſt reli-
» quorum vſuras neque ab ipſo, qui ex adminiſtratione
» honoris relinquatur, neque à fideiuſſore eius, & mul-
» to minus à Magiſtratibus, qui cautionē acceperint,
» exigi. cui conſequens eſt, vt ne in futurum à forma
» obſeruata diſcedatur.

VLP. 25 MAGISTRATVS municipales, cum vnum
» Magiſtratum adminiſtrent, etiā vnius hominis vicē

ſuſtinent: & hoc plerunque quidem lege municipali eis datur: verum, & ſi non ſit datum, dummodo non denegatum, moribus competit.

26 EA, QVAE magis imperij ſũt, quàm iuriſdictionis, Magiſtratus municipalis facere non poteſt. Magiſtratibus municipalibus nõ permittitur in integrũ reſtituere, aut bona rei ſeruandæ cauſa iubere poſſidere, aut dotis ſeruandę vel legatorum ſeruandorum cauſa. PAVL.

27 EIVS, qui manumiſit, municeps eſt manumiſſus: non domicilium, ſed patriam eius ſecutus. & ſi patronum habeat duarum ciuitatum municipẽ, per manumiſſionem earũdem ciuitatum erit municeps. Si quis negotia ſua non in colonia, ſed in municipio ſemper agit, in illo vendit, emit, contrahit: eo in foro, balneo, ſpectaculis vtitur: ibi feſtos dies celebrat: omnibus honorib⁹, denique municipij commodis, nullis coloniarum fruitur: ibi magis habere domicilium quàm vbi colẽdi ruris cauſa diuerſatur. Celſus lib. I Digeſt. ſcribit, ſi quis inſtruct⁹ ſit duobus locis æqualiter, neque hic minus quâm illic frequenter commoretur: vbi domicilium habeat, æſtimationem animi eſſe accipiendam. Ego dubito, ſi vtrobique deſtinato ſit animo, an poſſit quis duobus locis habere domicilium. Et verum eſt habere, licet difficile eſt: quemadmodũ difficile eſt ſine domicilio quenquam eſſe. Puto ego & hoc procedere poſſe, ſi quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat, quærens quò ſe conferat, atque vbi conſiſtat: nã hunc puto ſine domicilio eſſe. Domicilium autem habere poteſt & relegatus eo loci, vnde arcetur, vt Marcellus ſcribit. VLP.

28 INTER cõuenientes, etiam de re maiori apud Magiſtratus municipales agetur. PAVL.

CAIVS. » INCOLA & iis Magiſtratibus parere debet,
» apud quos incola eſt, & illis apud quos ciuis eſt. nec
» tantum municipali iuriſdictioni in vtroque munici-
» pio ſubiectus eſt, verumetiam omnib⁹ publicis mu-
neribus fungi debet.

VLP. » QVI EX vico ortus eſt, eam patriam intelligi-
» tur habere, cui reip. vicus ille reſpondet.

MART. NIHIL eſt impedimento, quò minus quis, vbi
» velit, domicilium habeat, quod ei interdictũ non ſit.

MOD. EA, QVAE deſponſata eſt, ante contractas nu-
» ptias ſuum non mutat domicilium.

» ROMA communis patria noſtra eſt.

» INCOLA iam muneribus publicis deſtinat⁹,
» niſi perfecto munere, incolatui renuntiare nõ poteſt.

SCIRE oportet, quoniam qui in agro perma-
» net, incola eſſe non exiſtimatur: qui enim illius ciuita
» tis præcipuis non vtitur, non exiſtimatur eſſe incola.

TITIO, cum eſſet Romæ ſtudiorum gratia, epiſtola miſſa eſt à Magiſtratibus patriæ ſuæ, vt porrigeret Imperatori decretum eiuſdem ciuitatis, quod erat cum ipſa epiſtola miſſum. Is autem, qui ſuſcepit » literas reſtituẽdas, colluſione facta dedit L. Titio, qui & ipſe Romæ morabatur ſuæ rei gratia. Sublato Titij nomine, cui erat decretum miſſum, vt per ipſum daretur: ſuum nomẽ inſcripſit, & ſic Imperatori decretum, ſecundum mandata reip. dedit. Quæro, quis viaticum ab eo petere potuiſſet? & quid commiſiſſe videtur is, qui nõ reſtituit literas ei, cui reſtituere mãdatũ ſuſceperat: & is, qui ſublato alieno nomine, inſcriptóq; ſuo, quaſi ipſe iuſſus à patria, decretũ Imperatori porrexit? Her. Modeſtinus reſpondi Titium » quidem viaticum petere non poſſe, ſed eum qui nomen indidiſſet. Titius pro pecunia publica, quã

ipſe credidit, pignus accepit, pacto facto cum debi-
tore, vt non ſoluto debito, ſine vlla repromiſſione di-
ſtrahatur pignus. ſuccedẽtes gradus in locum Titij,
nomen & pignus probauerunt, vſque ad Meuium.
ex venditione pignoris, propter remiſſionem à Magi
ſtratu vendentibus factam, modo fundi demonſtra-
to, ſatis debito factum non eſt. quærebatur, quis rei-
» publicæ teneretur. Her. Modeſtinus reſpondi Titiũ,
cum ſucceſſores, eiꝰ nominis periculum agnouerint,
eo nomine obſtrictum non eſſe: ſed nec poſt Magi-
ſtratus, qui vendidiſſe proponuntur: cum videlicet
pluris vendiderint, propter menſuræ agri demõſtra-
tionem: & hoc, quia pluris vendiderũt, reſtituere mi-
nore modo deprehẽſo iuſſi ſunt. eum ergo, qui nouiſ-
ſimus nomen probauerit, indemnitati reipublicæ ſa-
tiſfacere debere, ſi nomẽ ad ſucceſſorem idoneũ trãſ-
miſiſſe non doceatur.

DE IVRE omnium incolarum, quod quæque CALL.
ciuitas ſibi vendicat, Prę́ſidum prouinciarum cogni- »
tio eſt. Cum tamen quis ſe negat incolam eſſe: apud
eum Præſidem prouinciæ agere debet, ſub cuius cu-
ra eſt ea ciuitas, à qua vocatur ad munera: non apud »
eam, ex qua ipſe ſe dicit oriundum eſſe. Idque diuus »
Adrianus reſcripſit in perſona mulieris, quæ aliunde »
orta, alibi nupta eſt. Libertos eo loco munera facere
debere, vnde patrona orta erat, & vbi ipſi domiciliũ
habebãt, placet. Mulieres, quæ ſeſe in matrimonium »
dederint non legitimũ: non ibi muneribus fungi co- »
gendas, vnde mariti ſunt earum, ſciendũ eſt: ſed vn-
de ipſæ ortæ ſunt. idque diui Fratres reſcripſerunt. »

IMPERATORES Verꝰ & Antoninꝰ reſcri- PAP.
pſerunt gratiã ſe facere iuriſiurãdi ei, qui iurauerat ſe »
ordini nõ interfuturum, & poſtea Duumuir creatus »

eſſet. Item reſcripſerũt colonos prædiorum fiſci muneribus fungi ſine damno fiſci oportere: idque excutere Præſidem adhibito procuratore debere. Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerunt ad Magiſtratus officium pertinere exactionem pecuniæ legatorum: & ſi ceſſauerint, ipſos, vel hæredes conueniri: aut ſi ſoluendo non ſint, fideiuſſores eorum, qui pro his cauerunt. Item reſcripſerunt mulierem, quandiu nupta eſt, incolam eiuſdem ciuitatis videri, cuiꝰ maritus eius eſt: & ibi, vnde originem trahit, non cogi muneribus fungi. Item reſcripſerunt patris, qui conſultò filiũ emancipauerat, ne pro magiſtratu eius caueret: perinde bona teneri, quaſi fideiuſſor pro eo extitiſſet. Item reſcripſerũt, cum quæritur, an municeps quis ſit, etiam ex ipſis rebus probationes ſumi oportere. Nam ſolam nominis ſimilitudinẽ ad confirmãdam cuiuſque originem ſatis non eſſe. Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerunt nõ minus eos, qui cõpulſi Magiſtratu funguntur, cauere debere, quàm qui ſponte officium agnouerunt.

DE DECVRIONIBVS, ET EORVM FILIIS.

VLP. DECVRIONES, quos ſedibus ciuitatis, ad quam pertinent, relictis, in alia loca tranſmigraſſe probabitur: Præſes prouinciæ reuocare in patrium ſolum, & muneribus cõgruentibus fungi curet.

QVI AD tempus relegatus eſt, ſi Decurio ſit, deſinit eſſe Decurio. Reuerſus planè locũ ſuum quidem nõ obtinebit: ſed non ſemper prohibebitur De-

curio fieri. denique in locum ſuum non reſtituetur: nam & ſublegi in locũ eius poteſt: &, ſi numerus ordinis plenus ſit, expectare eum oportet donec alius locus vacet. Alia cauſa eſt eius, qui ad tempus ordine remouetur. Hic enim impleto tempore Decurio eſt. Sed & in huius locum ſublegi poterit. ſed, & ſi locum plenum inuenerit, expectet, donec locus vacet. Reſtitutus tamen in ordinem, vtrum eum ordinẽ teneat, quem primum habuit: an verò, quem nunc nactꝰ eſt: quæri poteſt. Et, ſi forte de ordine ſententiarũ dicendarum agatur: arbitror tamen eundem ordinem tenere, quem pridem habuerit. Non idem erit in eo, qui ad tempus relegatus eſt: nam hic velut nouus in ordinem venit. In filijs Decurionum quæſtio eſt, vtrum is ſolus Decurionis filius eſſe videatur, qui cõceptꝰ & natꝰ eſt ex Decurione: an verò & is, qui antè natꝰ eſt, quàm pater Decurio fieret. Et quidẽ, quãtum pertinet, ne fuſtibus caſtigetur, & ne in metallũ detur: non nocet plebeio patre eſſe natum, ſi poſtea honor Decurionis patri eorũ acceſſerit. In auo quoque Papinianus idem reſpondit, ne qua patris nota filius maculetur. Sed, ſi pater ipſius ordine motꝰ ſit, ſiquidem ante cõceptionem eius moueatur, arbitror eum quaſi plebeij filium in honoribꝰ ſpectari. quòd, ſi poſt conceptionem ipſius pater dignitatem amiſerit, dicendũ erit benigne, vt Decurionis filiũ intuendum. Proinde hic quoque, qui poſt patris relegationem natus ſit, ſi quidem antè conceptus ſit, ſimilis Senatoris filio habebitur: ſi poſtea, nocebit ei relegatio. Si ad tẽpus ordine moto patre fuerit natus, medióque tẽpore conceptus & editus: an quaſi Decurionis filiꝰ naſcatur, licet pater eiꝰ antè obierit quàm in ordinem venerit? Quod benigne erit admittẽdum.

Præterea,ſi conceptus ſit à plebeio:mox ante editio-
nem pater eius Decurionatum adeptus,ante editio-
„ nem amiſerit:non infauorabiliter quis medium tem-
„ pus illi prodeſſe veluti iam nato reſpōdebit.Nullum
„ patris delictum innocenti filio pœnę eſt:ideóque nec
ordine Decurionum aut cæteris honoribus propter
eiuſmodi cauſam prohibetur.Maiores ãnis quinqua-
„ gintaquinque, ad Decurionatus honorem inuiti vo-
„ cari, conſtitutionibus prohibentur. Sed,ſi ei rei con-
ſenſerint,etſi maiores annis ſeptuaginta ſint:mune-
ra quidem ciuilia ſubire non coguntur:honores tamē
gerere debent.

GENERALITER id erit defendendum,vt,
qui clementiorem ſentētiam paſſus eſt,ob hoc,quòd
ad tēpus relegatus eſt,boni conſulere debeat huma-
nitatis ſententiæ:nec Decurionatum accipiat.Sed,ſi
quis ob falſi cauſam vel aliam de grauioribus non ad
tempus ſit relegatus,ſed ad tempus Ordine motus:
in ea eſt cauſa , vt poſſit in ordinem redire. Impera-
„ tor enim Antoninus edicto propoſito ſtatuit,vt,cui-
„ cunque, aut quacūque cauſa ad tempus Ordine vel
„ aduocationibus vel quo alio officio fuiſſet interdictū,
completo tēpore nihilominus fungi honore vel offi-
cio poſſit:& hoc rectè.neque enim exaggeranda fuit
ſententia,quæ modū interdictioni fecerat. Spu-
„ rios quoque poſſe in ordinem adlegi,nulla dubitatio
„ eſt.Sed,ſi habeāt competitorē legitime quæſitū,præ-
„ ferri eum oportere diui Fratres Iul. Auito Bithyniæ
„ Præſidi reſcripſerūt.Ceſſantibus verò his, etiã ſpurij
ad Decurionatū & re & vita honeſti recipiētur:quod
vtiq; nō ſordi erit ordini:cū ex vtilitate eius ſit,ſem-
„ per ordinem plenū habere.Eos,qui Iudaicã ſuperſti-
„ tionem ſequūtur, diui Verus & Antoninus honores

adipiſci permiſerũt:ſed & neceſſitatem eis impoſue- »
runt,qui ſuperſtitionem eorum non læderent. »

DECVRIO, qui prohibetur cõducere quædã: MART.
ſi iure ſucceſſerit in conductionem, remanet in ea:
quod & in omnibus ſimilibus ſeruandum eſt.

AD TEMPVS ordine motos ex crimine, PAP.
quod ignominiam importat: in perpetuum moueri »
placuit. ad tempus autem exulare iuſſos ex crimine »
leuiore, velut tranſacto negotio, non eſſe inter infa- »
mes habendos.

SPVRII, Decuriones fiunt:& ideò fieri pote- »
rit ex inceſtu quoque natus. Non enim impedienda »
eſt dignitas eiꝰ, qui nihil admiſit. Minores XXV an-
nis Decuriones facti ſportulas Decurionum accipi- »
unt: ſed interim ſuffragium inter cæteros ferre non
poſſunt. Decurio etiam ſuæ ciuitatis vectigalia exer- »
cere prohibetur. Qui iudicij publici quæſtionẽ citra
veniam abolitionis deſeruerũt, Decurionum honore »
decorari non poſſunt: cũ ex Turpiliano s.c. noten- »
tur ignominia, veluti calumniæ cauſa iudicio publi-
co damnati. Pater, qui filio Decurione creato prouo-
cauit: etſi præſcriptione temporis excluſus fuerit: ſi,
quod geſtum eſt, non habuerit ratum: ciuilibus mu-
neribus pro filio nõ tenebitur. Priuilegijs ceſſantibus
cæteris, eorum potior cauſa habetur in ſententijs fe-
rendis, qui pluribus eodem tempore ſuffragijs iure
Decurionum decorati ſunt. Sed &, qui plures liberos »
habet, in ſuo collegio primus ſentẽtiam rogatur, cæ- »
teróſque honoris ordine præcellit. »

HONORES & munera non ordinatis omni- PAVL.
bus, ſed potioribus, quibuſque iniungenda ſunt. Sur-
dus & mutus ſi in totũ non audiant, aut nõn loquã- »
tur: ab honoribus ciuilibus, nõ etiã à muneribus ex- »

» cuſantur. Is, qui non ſit Decurio, Duumuiratu vel a» lijs honoribus fungi non poteſt: quia Decurionũ honoribus plebeij fungi prohibentur. Ad Decurionatũ filij ita demum pater non conſentit, ſi contrariã voluntatẽ vel apud acta Præſidis, vel apud ipſum Ordinem, vel quo alio modo conteſtatus ſit.

HERM. » DECVRIONIBVS facultatibus lapſis ali» menta decerni permiſſum eſt: maxime ſi ob munifi» centiam in patriam, patrimonium exhauſerint.

PAVL. SEVERVS Auguſtus dixit, Etſi probetur Ti» tius in ſeruitute ſui patris natus, tamen cum ex libe» ra muliere ſit procreatus, non prohibetur Decurio » fieri in ſua ciuitate. Non eſt dubitandum, quin naui» cularij non debeant Decuriones creari.

MOD. » HERENNIVS Modeſtinus reſpondi ſola ſa» larij perceptione minime Decurionem factũ, qui ſecundum legem Decurio creatus non ſit.

CALL. NON TANTVM, qui teneræ ætatis, ſed etiã, » qui grandes natu ſunt, Decuriones fieri prohibẽtur. » Illi, quaſi inhabiles remp. tueri, ad tempus excuſan» tur: hi verò & in perpetuum amouentur: non aliâs ſeniores: ne ſeniorũ excuſatione iuniores onerentur, ad omnia munera publica ſuſcipiẽda ſoli relicti. Ne» que enim minores XXV annis Decuriones eligi niſi ex cauſa poſſunt: neque ij, qui ãnum quinquageſimũ » & quintum exceſſerunt. Nonnunquam etiam longa » conſuetudo in ea re obſeruata reſpicienda erit: quod etiam cuſtodiendum Principes noſtri conſulti, de eli» gendis in ordine Nicomedenſium huius ætatis ho» minibus reſcripſerunt.

EOS, QVI vtenſilia negotiantur, & vendũt: li» cet ab Ædilibus cædãtur, nõ oportet quaſi viles per» ſonas negligi. deniq; non ſunt prohibiti huiuſcemodi

homines Decurionatū vel aliquem honorem in ſua »
patría petere·nec enim infames ſunt. Sed nec quidē »
arcentur honoribus,qui ab Ædilibus flagellis cæſi »
ſunt.Quanquam iure ſuo ita Ædiles officio iſto fun-
gantur, inhoneſtum tamen puto eſſe huiuſmodi »
perſonas flagellorum ictibus ſubiectas in ordinem »
recepi:& maxime in eis ciuitatibus,quæ copiam vi-
rorum honeſtorum habēt·Nam paucitas eorum,qui
muneribus publicis fungi debeant, neceſſario hos »
etiam ad dignitatem municipalem,ſi facultates ha- »
beant,inuitat.

IMPERATORES Antoninus & Verus re- PAP.
ſcripſerūt, in tempus relegatos, & reuerſos in ordi- »
nem eligi ſine permiſſu Principis non poſſe. Item re- »
ſcripſerunt relegatos non poſſe tempore finito in Or-
dinem Decurionum eligi,niſi eius ætatis fuerint,vt »
Decuriones creari poſſent, & dignitas certam ſpem »
eius honoris iſs fecerit,vt id Princeps indulgere poſ-
ſit. Item reſcripſerunt eum qui in relegatione natus »
eſt,non prohiberi honore Decurionatus fungi.Item »
reſcripſerunt non admitti cōtradicere volentē,quòd
non rectè quis ſit creatus Decurio:cum initio con-
tradicere debuerit.

DE DECVRIONE damnato non debere PAVL.
quæſtionem haberi Diuus Pius reſcripſit. vnde e- »
tiam ſi deſierit Decurio eſſe, deinde damnetur,non »
» eſſe torquendum, in memoriam prioris dignitatis, »
placuit.

DE ALBO SCRIBENDO.

VLP. » » D ECVRIONES IN ALBO ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcipitur. Sed, ſi lex ceſſat, tūc dignitates erunt ſpectandę: vt ſcribātur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio funct⁹ eſt: vtputa, qui Duūuiratum geſſerunt, ſi hic honor præcellat. & inter Duumuirales antiquiſſimus quiſque prior. deinde ij, qui eorum ſecundo poſt Duumuiratū honore in Reipub. functi ſunt. poſt eos, qui tertio: & deinceps. mox ij, qui nullo honore functi ſunt: prout quiſque eorum in ordinem venit. In ſententijs quoq; dicendis idem ordo ſeruādus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.

IN ALBO Decurionū & municipum nomina antè ſcribi oportet eorum qui dignitates Principis iudicio cōſecuti ſunt: poſtea eorū qui tantum municipalibus honoribus functi ſunt.

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS.

HERM. » » M VNERVM ciuilium quædam ſunt patrimonij, quædam perſonarum. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimat⁹. Ab iſtis enim, periculo ipſorum, exactio» nes ſolennium celebrantur. Perſonalia ſunt ciuilia » munera, defenſio ciuitatis, id eſt vt ſyndicus fiat: legatio ad cenſus accipiēdos, vel vt patrimonium ſcribatur: ſitonia, id eſt annonæ ac ſimilium cura: prædiorum quoque publicorum, frumenti comparandi, aquæductus, equorum, circenſium ſpectacula, pu

blicæ viæ munitiones, arcæ frumentariæ, calefactiones thermarum, annonæ diuiſio: & quæcunque aliæ curæ ſunt ſimiles iſtis. Ex ijs enim, quæ retulimus, cætera & per leges cuiuſque ciuitatis, & ex conſuetudine longa intelligi poterunt. Illud tenendum eſt generaliter, perſonale quidem munus eſſe, quod cũ corporibus, cum labore & ſolicitudine animi ac vigilantia principaliter exiſtit. Patrimoniale verò eſt, in quo ſumptus maximè poſtulatur. Æquè perſonale munus eſt tutela, cura, adulti furioſive, itẽ prodigi, muti, & ventris, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum, & ſimilia: ſed & in bonis: cuius officio vſuſcapiones interpellantur, ac ne debitores liberẽtur, prouidetur. Item ex Carboniano edicto bonorum poſſeſſione petita, ſi ſatis non detur: cuſtodiendis bonis curator datus, perſonali fungitur munere. His ſimiles ſunt bonis dati curatores, quæ fuerunt eius, qui ab hoſtibus captus eſt, & reuerti ſperatur. Item cuſtodiendis ab eo relictis bonis, cui necdum quiſquam ciuili vel honorario iure ſucceſſit, curatores cõſtituti.

QVOD AD HONORES pertinet, creditur in poteſtate filium habere etiam is, qui in patris poteſtate eſt. VLP.

ET, QVI originem ab Vrbe Roma habent, ſi alio loco domicilium conſtituerint, munera eius ſuſtinere debent. Ijs, qui caſtris operam per militiam dãt, nullum municipale munus iniungi poteſt. Cæteri autem priuati, quanuis militum cognati ſunt, legibus patriæ ſuæ & prouinciæ obedire debent. Si in metallum datus in integrum reſtitutus ſit, perinde ac ſi nec damnat⁹ fuiſſet, ad munera vel honores vocatur: nec opponet fortunã & caſus triſtiores ſuos

ad hoc ſolùm, ne patriæ idoneus eius videatur. Cor=
„ poralia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quo mi
„ nus honores vel munera iniungantur. Si filius nullã
„ habeat excuſationẽ, intercedere pater, in cuius pote=
ſtate eſt, ius non habet. Quòd pater nõ conſen=
ſit honoribus ſiue muneribus filij, ne illius patrimo=
nium oneri ſubijciatur, non prẹſtat defenſionem: nã
„ ciuem patriæ vtilitatibus, quatenus poteſt, aufert.

Quãuis maior annis L X X, quinque liberorum incolumium pater ſit, ideóque à muneribus ciuilib9 excuſetur: filij tamen eius ſuo nomine cõpetentia mu nera agnoſcere debent: ideo enim proprium præmi= um immunitatis propter filios patribus datum eſt,
„ quòd illi ſubibunt. Vitricus onera munerum ciuiliũ
„ nomine priuigni ſui ſuſcipere nulla iuris ratione co=
„ gitur. Liberti muneribus fungi debent apud originẽ
„ patronorum, ſed, ſi ſua patrimonia habeãt, ſuffectu=
„ ra oneribus. Res enim patronorũ, muneribus liber=
„ tinorum ſubiecta non eſt. Quòd, ſi pater in reatu cri
„ minis alicuius eſt, filijs impedimento ad honores eſſe
„ non debet. Decaprotos etiam minores annis X X V
fieri non militantes, iampridem placuit: quia patri= monij magis onus videtur eſſe. Exactionẽ tributorũ,
„ onus patrimonij eſſe conſtat. Cura frumenti cõparã=
„ di, munus eſt: & ab eo ætas ſeptuaginta annorum,
„ vel numerus quinque liberorum incolumiũ excuſat.
Eos milites, quibus ſuperuenientibus hoſpitia prẹbe= ri in ciuitate oportet, per vicos ab omnibus, quos id
„ mun9 cõtingit: ſuſcipi oportet. Munus hoſpitis in do
„ mũ recipiẽdi, nõ perſonę, ſed patrimonij on9 eſt. Prę
„ ſes prouinciæ prouideat munera & honores in ciui=
„ tatibus æqualiter per vices ſecũdum ætates & digni=
„ tates aut gradus munerũ honorúmq́, qui antiquitus

ſtatuti ſunt, iniungi: ne ſine diſcrimine & frequenter his oppreſſis, ſimul viris & viribus reſpublicæ deſti» tuantur. Si duo filij in poteſtate patris ſunt, eodem tẽ pore munera eorum pater ſuſtinere nõ compellitur. » Si is, qui duos filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio ſu» premis ſuis cauit: proprijs ſumptibus is & munera » & honores, quæ ei iniunguntur, ſuſcipere debet: » quanuis pro altero viuus pater eiuſmodi onera ex» pedierit.

CVRA EXTRVENDI vel reficiendi ope» ris in ciuitate, munus publicum eſt: à quo quinque li » berorum incolumium nomine pater excuſatur: nec, » ſi per vim extortũ munus fuerit, excuſationẽ, quam habet ab alijs muneribus, auferet. Deficiẽtium facul tatibus, ad munera vel honores, qui indicuntur, excu » ſatio non perpetua, ſed temporalis eſt. Nam, ſi ex vo » to honeſtis rationibus patrimonium incrementum acceperit: ſuo tempore, an idone9 ſit aliquis ad ea, ad quæ creatus fuerit, æſtimabitur. Inopes onera patri» monij, ipſa non habendi neceſſitate, non ſuſtinent: corpori autem indicta obſequia ſoluunt. Qui obno» xius muneribus ſuæ ciuitatis fuit, & nomen militiæ, defungendi oneris municipalis gratia, dedit: deterio» rem cauſam Reipub. facere non potuit.

NAVICVLARII & mercatores olearij, qui » SCAEV. magnam partem patrimonij ei rei contulerũt, intra » quinquennium muneris publici vacationem habẽt. »

RESCRIPTO Diuorum Fratrum ad Ruti» VLP. lium Lupum ita declaratur, Cõſtitutio, qua cautum » eſt, prout quiſque Decurio creatus eſt, vt ita & Ma» » giſtratũ adipiſcatur: toties ſeruari debet, quoties ido» » neos & ſufficientes omnes eſſe contingit. Cęterum ſi »

» ita quidam tenues & exhauſti ſunt, vt non modò pu» blicis honoribus pares ſint, ſed etiam vix de ſuo vi» ctum ſuſtinere poſſint: & min⁹ vtile, & nequaquam » honeſtum eſt, talibus mandari magiſtratum: præſer» tim cum ſint, qui conuenienter rei, & ſuæ fortunę, & ſplendori publico poſſint creari. Sciãt igitur locupletiores, non debere ſe hoc prætextu legis vti: & de tẽpore, quo quiſque in curiam adlect⁹ ſit, inter eos demum eſſe quærendum, qui pro ſubſtantia ſua capiãt » honoris dignitatem. Debitores rerum publicarũ, ad » honores inuitari nõ poſſe certum eſt: niſi prius in id, quod debetur Reip. ſatiſfecerint. Sed eos demũ de» bitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex » adminiſtratione, Reip. reliquantur. Cæterum, ſi non ex adminiſtratione ſunt debitores, ſed mutuam pecuniam à repub. acceperunt: non ſunt in ea cauſa, vt honoribus arceantur. Planè vice ſolutionis ſufficit, vt quis aut pignoribus aut fideiuſſoribus idoneis caue» at. & ita diui Fratres Cl. Herennio reſcripſerunt. Sed & ſi ex pollicitatione debeant, quæ tamen pollicitatio recuſari non poteſt, in ea ſunt conditione, vt honoribus arceantur. Si quis accuſatorem non habet, ab honoribus prohiberi non debet: quemadmodum nec is, cuius accuſator deſtiterit. Ita enim Impe» rator noſter cum diuo fratre ſuo reſcripſit. Sciendum eſt quædam eſſe munera aut perſonarum, aut patrimoniorum: itidem quoſdam eſſe honores. Quæ munera patrimonijs iniunguntur, vel in re tributiones, talia ſunt, vt neque ætas ea excuſet, nec numerus liberorum, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus excuſare. Sed enim hæc munera, quę patrimonijs indicuntur, duplicia ſunt. Nam quædã poſſeſſoribus iniunguntur: ſiue municipes ſint, ſiue

non ſint. Quædam verô nõ niſi municipibus vel incolis. In re tributiones, quæ in agris fiũt vel ædificijs, poſſeſſoribus indicũtur. Munera verò, quæ patrimoniorum habentur: non alijs, quàm municipibus vel incolis.

REVS DELATVS, etiam ante ſententiam honores petere, Principalibus conſtitutionibus prohibetur. Nec intereſt plebeius an Decurio fuerit. ſed poſt annum, quâm reus delatus eſt, petere non prohibetur: niſi per ipſum ſteterit, quo min⁹ cauſa intra annum expediretur. Eum, contra quem propter honores appellatum eſt, ſi pendente appellatione vſurpauerit honorem: coercendum Diuus Seuerus reſcripſit. Ergo, & ſi is, qui honoribus ſecundum ſententiã vti prohibitus eſt, appellauerit: abſtinere interim â petitione honoris debebit. MART.

AD REMP. adminiſtrandam ante XXV annum, vel ad munera, quę non patrimonij ſunt, vel ad honores admitti minores nõ oportet. Minores denique nec Decuriones creantur, nec creati ſuffragium in curia ferunt. Annus autem viceſimusquintus cœptus pro pleno habetur. Hoc enim in honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt, vt pro plenis inchoatos accipiamus: ſed in ijs honoribus, in quibus Reip. cauſa quid eis non committitur. cæterum cum dãno publico honorem eis committi, non eſt dicendum, etiã cum ipſius minoris pernicie. VLP.

SI QVIS Magiſtratus in municipio creatus, munere iniunƈto fungi detreƈtet: per Præſidem munus agnoſcere cogẽdus eſt remedijs, quibus tutores quoque cogi ſolent ad munus, quod iniunƈtum eſt, agnoſcendum.

HONOREM SVSTINENTI, munus im MOD.

» poni vel inferri non poteſt. munus ſuſtinenti, honor deferri poteſt.

VT GRADATIM honores deferãtur, edi» »cto: & vt à minoribus ad maiores perueniatur, epi» »ſtola Diui Pij ad Titianum exprimitur. Etſi lege mu »nicipali caueatur, vt præferantur in honoribus certæ conditionis homines, attamen ſciendum eſt, hoc eſſe »obſeruãdum, ſi idonei ſint· & ita reſcripto diui Mar» ci continetur. Quoties penuria eſt eorum, qui Magiſtratum ſuſcipiunt, immunitas ad aliquid ini» »fringitur: ſicuti diui Fratres reſcripſerunt. Reproba» ri poſſe medicum à Republica, quãuis ſemel proba» »tus ſit, Diuus magnus Antoninus cum patre reſcri» »pſit. Eos, qui primis literis pueros inducunt, non ha» »bere vacationem Diuus Antoninus reſcripſit.

IAB. CVI MVNERIS publici vacatio datur, nõ remittitur ei, ne Magiſtrat⁹ fiat: quia id ad honorem magis, quâm ad munera ptinet. Cætera omnia, quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti munitio viarum, ab huiuſmodi perſona exigenda non ſunt.

VACATIO, itêmq; immunitas, quæ liberis & poſteris alicuius data eſt, ad eos dúntaxat pertinet, qui eius familiæ ſunt.

CALL.» HONOR municipalis eſt adminiſtratio Reip. »cum dignitatis gradu, ſiue cũ ſumptu, ſiue ſine ero» »gatione contingens. Munus aut publicum, aut »priuatum eſt. Publicum munus dicitur, quod in ad» »miniſtrãda republica cum ſumptu ſine titulo digni» »tatis ſubimus. Viarum munitiones, prædiorum col» lationes, non perſonę, ſed locorum munera ſunt. De honoribus ſiue muneribus gerẽdis cum quæritur: in »primis cõſyderanda perſona eſt eius, cui defertur ho »nor, ſiue muneris adminiſtratio: item origo nataliũ:

facultates quoque an ſufficere iniuncto muneri poſ- »
ſint: item lex. ſecundũ quam muneribus quiſque fun »
gi debeat. Plebeij filiuſfamiliâs periculo ei9 qui nomi- »
nauerit, tenebitur. ídque Imperator noſter Seuer9 A. »
in hæc verba reſcripſit, Si in numero plebeiorum fi- «
lius tuus eſt, quanquam inuitus honores ex perſona «
filij ſuſcipere cogi nõ debeas, tamen reſiſtere, quò mi- «
nus patriæ obſequatur, periculo eius, qui nominaue- «
rit: iure patriæ poteſtatis non potes. Gerendorum ho- «
norũ non promiſcua facultas eſt, ſed ordo certus huic »
rei adhibitus eſt. Nam neque prius maiorẽ magiſtra- »
tum quiſquam, niſi minorẽ ſuſceperit, gerere poteſt: »
neque ab omni ætate: neque cõtinuare quiſquam ho- »
nores poteſt. Si alij non ſint, qui honores gerant: eoſ-
dem compellendos, qui geſſerunt, compluribus conſti
tutionibus cauetur. Diuus etiam Adrianus de iteran »
dis muneribus reſcripſit in hæc verba, Illud cõſentio, «
vt, ſi alij non erunt idonei, qui hoc munere fungãtur, «
ex ijs, qui iam functi ſunt, creentur. «

ETSI filium Decurionẽ pater eſſe voluit, tamẽ defuncto, honores, qui filio Decurioni congruentes poſt mortem patris obtigerũt, ad onus cohæredis filij non pertinent, cum eidem Decurioni ſufficiẽtes facultates pater reliquerit. PAVL.

AESTIMATIONEM honoris aut muneris PAP.
in pecunia pro adminiſtratione offerentes, audiendi »
» nõ ſunt. Qui pro honore pecuniam promiſit: ſi ſolue- »
re eam cœperit, totam præſtare, operis inchoati exẽ- »
plo, cogendus eſt. Inuitus filius pro patre remp. ſaluã «
fore cauere non cogitur. Defenſionem reip. amplius, «
» quàm ſemel ſuſcipere nemo cogitur, niſi ſi id fieri ne- «
ceſſitas poſtulet.

SPONTE prouinciæ ſacerdotiũ iterare nemo HERM.

prohibetur. Immunis ab honoribus & muneribus ciuilibus, ſi Decurioni creato filio, quem habet in poteſtate, cōſentiat: in muneribus & honoribus ſumptus ſubminiſtrare filio compellitur.

ARCA. MVNERVM ciuiliū triplex diuiſio eſt. nā quædam munera perſonalia ſunt, quædā patrimoniorū dicuntur, alia miſta. Perſonalia ſunt quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intētione ſine aliquo gerentis detrimento pertractantur: veluti tutela & cura. Calendarij quoque curatio, & quæſtura in aliqua ciuitate, inter honores non habetur, ſed perſonale munus eſt. Tyronum ſiue equorum productio, & ſiqua alia animalia neceſſario producenda ſunt, vel res prouehendæ ſiue perſequendæ ſunt: vel pecuniæ fiſcalis, ſiue annonæ, vel veſtis: perſonale munus eſt. Curſus vehicularis ſolicitudo, item angariarum prębitio, perſonale munus eſt. cura quoque emendi frumenti & olei. Nam harum ſpecierū curatores, quos σιτώνας καὶ ἐλαιεμπόρους Græci appellant, creari moris eſt. Inter perſonalia munera in quibuſdā ciuitatibus numeratur & calefactio publici balnei, ſi ex redditibus alicui9 ciuitatis curatori pecunia ſubminiſtretur. Sed & cura cuſtodiendi aquæductus, perſonalibus muneribus aggregatur. Irenarchæ quoque, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur: ſed & qui ad reficiendas vias eligi ſolent: cū nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant: itē epiſcopi, qui præſunt pani & cæteris venalib9 rebus, quæ ciuitatū populis cotidianum victum ſuggerunt, perſonalibus muneribus funguntur. Qui annonam ſuſcipit, vel exigit, vel erogat: & exactores pecuniæ pro capitib9, perſonalis muneris ſolicitudinū ſuſtinent. Sed & curatores, qui ad colligendos ciuitatum publicos reddi-

tus eligi ſolent, perſonali muneri ſubiugãtur. Ij quoque, qui cuſtodes ædium, vel archeothæ, vel logographi, vel tabularij, vel xenoparochi (vt in quibuſdam ciuitatibus) vel limenarchæ, vel curatores ad extruẽda vel reficienda ædificia publica ſiue palatia ſiue naualia vel manſiones deſtinantur, (ſi tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogant) & qui faciendis vel reficiendis nauibus vbi vſus exigit, præponuntur: muneribus perſonalib9 adſtringũtur. Camelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt. Nã ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelarijs dari debet: vt ſolo corporis miniſterio obligentur. hos & alio ordine vocari, nec vlla excuſatione liberari, niſi ſola læſi & inutilis corporis infirmitate, ſpecialiter ſit expreſſum. Legati quoque, qui ad ſacrarium Principis mittuntur: quia viaticum, quod legatitium dicitur, interdum ſolent accipere: ſed & nicoſtrategi, & piſtrinorum curatores, perſonale munus ineũt. Defenſores quoque ciuitatum, quos Græci ſyndicos appellant, & qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. Iudicandi quoque neceſſitas inter munera perſonalia habetur. Si autẽ aliquis fuerit electus, vt compellat eos, qui pecuniam publicam poſſident, ſternere viam: perſonale munus eſt. Pari modo, qui acceptandis ſiue ſuſcipiendis cenſualibus profeſſionibus deſtinãtur: ad perſonalis muneris ſolicitudinem animum intendũt. Maſtigophori quoque, qui agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ Magiſtratus, perſonali muneri ſeruiunt. Patrimoniorũ ſunt munera, quæ ſumptibus patrimonij & damnis adminiſtrãtis expediũtur. Elæemporia & oſprionia apud Alexãdrinos patrimonij munus exiſtiman-

» tur. Suſceptores quoque vini per prouinciã Africam. patrimonij munus gerunt. Patrimoniorum autẽ munera duplicia ſunt. Nam quædam ex his muneribus, poſſeſſionibus ſiue pàtrimonijs indicuntur: veluti ag» minales equi vel mulæ, & angariæ, atque veredi. Huiuſmodi agitur obſequia & ij, qui neque municipes neque incolæ ſunt, agnoſcere cogũtur. Sed & eos, qui fœnus exercent, etſi veterani ſint, tributiones eiuſmo» di agnoſcere debere, ſæpè reſcriptũ eſt. Ab huiuſmodi muneribus neque primipilaris neque veteran⁹ aut miles aliúsve, qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt, ne» que Pontifex excuſatur. Præterea habent quædam ciuitates prærogatiuam, vt ij, qui in territorio earũ poſſident, certum quid frumenti pro menſura agri per ſingulos annos præbeãt. quod genus collationis, mu» nus poſſeſſionis eſt. Miſta munera ſunt decaprotiæ, » icoſaprotiæ: vt Her. Modeſtinus & notando & diſputando bene & optima ratione decreuit. Nã decapro» ti & icoſaproti tributa exigentes & corporale miniſte» rium gerũt, & pro muneribns defunctornm fiſcalia detrimenta reſarciunt: vt meritò inter miſta hoc munus numerari debeat. Sed in ea, quę ſuprà perſonalia eſſe diximus, ſi ij, qui funguntur: ex lege ciuitatis ſuæ vel more etiam de proprijs facultatibus impenſas faciant: vel annonam exigentes, deſertorum prædiorũ damna ſuſtineant: miſtorum diffinitione continebuntur. Hæc omnia munera, quæ trifariã diuiſimus: vna ſignificatione comprehenduntur. Nam perſonalia & patrimoniorum & miſta munera ciuilia ſeu publica appellantur. Siue autem perſonalium dũntaxat, ſiue etiam ciuilium munerum immunitas alicui conceda» tur: neque ab annona, neque ab angarijs, neque à » veredo, neque à naue, neque ab hoſpite recipiendo,

neque à capitatione, exceptis militibus & veteranis, excuſari poteſt. Magiſtris, qui ciuilium munerum vacationem habent, item grammaticis, & oratoribus, » & medicis, & philoſophis, ne hoſpitem reciperent, à » Principibus fuiſſe immunitatẽ indultã, & pius Veſpa » ſianus & diuus Adrianus reſcripſerunt. »

DE VACATIONE ET EXCVSATIONE MVNERVM.

OMNIS EXCVSATIO ſua æquitate nititur. Sed, ſi prætendentibus aliquid, ſine Iudice credatur, aut paſſim ſine temporis præfinitione, prout cuique libuerit, permiſſũ fuerit ſe excuſare: non erunt, qui munera neceſſaria in rebus publicis obeãt. quare &, qui liberorũ incolumiũ iure a muneribus ci » uilibus ſibi vendicãt excuſationem, appellationẽ in » terponere debent: &, qui tempora præfinita in ordi » ne eiuſmodi appellationem peragendo non ſeruauerint, meritò præſcriptione repelluntur. Qui excuſatione aliqua vtũtur, quotieſcunque creati fuerint, & » ſi iam ante abſoluti ſunt, neceſſe habẽt appellare. Sed, » ſi per calumniam & ſæpius idem aduerſarius vexandi gratia eius, quem ſcit perpetua vacatione ſubnixũ, id facere probatus erit: ſumptus litis, exemplo decretorum Principalium præſtare iubeatur ei, quem ſine cauſa ſæpius inquietauerit. Qui in fraudem ordinis, in honoribus gerẽdis, cum inter eos ad primos honores creari poſſent, qui in ciuitate numerabãtur, euitandorum maiorum onerũ gratia ad colonos præ » diorum ſe tranſtulerunt, vt minoribus ſubijciantur: » hanc excuſationem ſibi non parauerũt. Quanuis ſe

VLP.

» ptuagintaquinque annorũ ſit aliquis, & tres liberos
» incolumes habeat: à muneribus tamẽ ciuilibus pro‑
pter has cauſas non liberatur.

SEXTVMDECIMVM ætatis annum agen‑
» tem, ad munus ſitoniæ vocari nõ oportet, ſed, ſi nihil
propriè in patria ſeruatur. De minoribus quoque an‑
nis vigintiquinque ad munera ſiue honores creandis
iuſta ætas ſeruanda eſt. Numerus liberorũ aut LXX
» annorum ab honoribus vel muneribus his cohæren‑
» tibus excuſationem nõ præſtat, ſed à muneribus tan
» tum ciuilibus. Adoptiui filij in numerum non profi‑
» ciunt eorum liberorum, qui excuſare parentes ſolent.
» Qui ad munera vocantur: viuorũ ſe liberorũ numerũ
» habere tempore, quo propter eos excuſari deſyderãt,
» probare debent. numerus enim liberorum poſtea im
» pletus, ſuſceptis antea muneribus non liberat. Quæ
» patrimoniorum onera ſunt, numero liberorum non
» excuſantur. Incolumes liberi etiam ſi in poteſtate pa
» tris ſui deſierint eſſe: excuſationem à muneribus ciui
libus præſtant. Minus audiens, immunitatem ciuiliũ
munerum non habet. Quem ita ſenio & corporis im
becillitate vexari Præſes animaduerterit, vt muneri
perferendæ pecuniæ non ſufficiat, dimittat, & alium
» cõſtituat. Corporis debilitas eorũ munerum excuſa‑
» tionem præſtat, quæ tantum corpore implenda ſunt.
Cæterum, quæ conſilio prudentis viri vel patrimonio
ſufficientis in honores obiri poſſunt: niſi certis & re‑
ceptis probabilibus cauſis non remittuntur. Qui pue
» ros primas literas docent, immunitatem à ciuilibus
» muneribus non habent. Sed, ne cui eorum id, quod
» ſupra vires ſit, indicatur, ad Præſidis religionem per‑
» tinet, ſiue in ciuitatib⁹, ſiue in vicis primas literas ma
giſtri doceant.

IIS, QVI naues marinas fabricauerunt, & ad SCAEV.
annonam Po. Ro. præfuerunt, non minores quinqua-
ginta milium modiorum, aut plures ſingulas non mi-
nores decem milium modiorum, donec hæ naues na-
uigant, aut aliæ in earum locum: muneris publici va- »
catio præſtatur ob naues. Senatores autem hanc va- »
cationē habere non poſſunt, quòd nec habere illis na- »
uem ex lege Iulia repetundarum licet. »

TEMPVS vacationis, quod datur eis qui reip. NERA.
cauſa abfuerunt: non ex eo die numerandum eſt quo
quis abeſſe deſijt, ſed cum laxamento quodam itine-
ris. Neque enim minus abeſſe reipublicæ cauſa intel-
ligendus eſt, qui adit negotium, vel ab eo reuertitur.
Siquis tamen plus iuſto temporis aut in itinere aut
in alio loco commoratus conſumpſerit, ita ea inter-
pretanda erunt, vt ex eo tempore vacationis dies in-
cipiat ei cedere, quo iter ex commodo peragere po-
tuiſſet.

A DECVRIONATV, quanuis hic quoque MART.
honor eſt, ad alium honorem nullam vacationem tri- »
buendam Vlpianus reſpondit. »

À MVNERIBVS ciuilibus, quæ nō patrimo-
nijs indicuntur, veterani poſt opt. noſtri Seueri A. li- »
teras, perpetuo excuſantur.

II, QVI muneris publici vacationem habent, PAP.
ad ea, quæ extra ordinem imperantur, compelli non »
ſolent.

IN HONORIBVS delatis neque maior an-
nis LXX, neque pater numero quinque liberorū ex- »
cuſātur, ſed in Aſia ſacerdotiū prouinciæ ſuſcipere nō »
coguntur numero liberorum quinque ſubnixi. quod »
opt. max. Princeps noſter Seuerus A. decreuit, atque »
poſtea cæteris in prouincijs ſeruandū eſſe conſtituit. »

Nō alios fiſci vectigalium redemptores à muneribus ciuilib⁹ ac tutelis excuſari placuit, quàm eos qui præſentes negotium exercent. Vacationum priuilegium nō ſpectat ad liberos veteranorum. Qui muneris pu» blici vacationem habet, per Magiſtratus ex improui» ſo collationes indictas rectè recuſat: eas uerò, quæ ex lege fiunt, recuſare non debet. Philoſophis qui ſe fre» quentes atque vtiles per eandem ſtudiorum ſectam » contendentibus præbent: tutelas, item munera ſordi» da corporalía remitti placuit, non ea, quæ ſumptibus expediūtur. Etenim verè philoſophantes, pecuniam contemnunt: cuius retinendæ cupidine, fictam aſſeuerationem detegūt. Qui maximos Principes appellauit, & cauſam propriam acturus Romā profectus eſt: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus & ciuibus muneribus apud ſuos excuſatur.

PAVL. EOS QVI Romæ profitentur, perinde in patria ſua excuſari à muneribus oportet, ac ſi in pa» tria ſua profiterentur. Paulus reſpondi priuilegiū frumentarijs negotiatoribus conceſſum, etiam ad honores excuſandos pertinere.

IIS HONORIBVS, qui poſſeſſionib⁹ vel patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præſtant vacationem. Corpus menſurarum frumenti iuxta annonam vrbis habent vacationē: in prouincijs non item. » Angariarum præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas & militibus & liberalium artiū profeſſoribus inter cætera remiſſa ſunt. Auctis poſt appellationē me» dio tēpore facultatibus, paupertatis obtentu non ex» cuſantur. Defenſores reip. ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant.

HERM. SVNT munera, quæ rei proprie cohærēt: de quibus neque liberi, neque ætas, neq; merita militię, nec

vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem, vt eſt prædiorum collatio, viæ ſternēdæ angariarúmue exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus. Nam nec huiuſmodi quiſquam excuſationem præter eos, quibus Principali beneficio cōceſſum eſt, habet: & ſiqua ſunt præterea alia huiuſmodi.

LEGATO, qui publicum negotium tuitus ſit, intra tempora vacationi præſtituta rurſus eiuſdē negotij defenſio mandari non poteſt. Comites Præſidū & Proconſulū, Procuratorúmve Cæſaris, à muneribus & honoribus & tutelis vacant. PAVL.

PRAETOR eos, quoſcunque intelligit operam dare non poſſe ad iudicandum, pollicetur ſe excuſaturum: forte, quòd in perpetuum quis operam dare non poteſt: quòd in eam valetudinem incidit, vt certum ſit eum ciuilia officia ſubire non poſſe: aut ſi alio morbo laboret, vt ſuis negotijs ſupereſſe non poſſit, vel ſi qui ſacerdotiū nacti ſint, vt diſcedere ab eo ſine religione nō poſſint: nā & hi in perpetuū excuſantur. Duo genera tribuēdę muneris publici vacationis ſūt: vnum plenius: cum & militiæ datur. aliud exiguum, cum nudam muneris vacationē acceperint. Qui autem non habet excuſationem, etiam inuitus iudicare cogitur. Si poſt cauſam actam cœperit ſe excuſare Iudex: ſi quidem priuilegio quod habuit antè, quàm ſuſciperet iudicium, velit ſe excuſare: non eſt audiendus. ſemel enim agnoſcendo iudicium, renuntiat excuſationi. quòd ſi poſtea iuſta cauſa incidat, vt Iudex vel ad tempus excuſetur: nō debet in aliū tranſferri iudicium, ſi cum captione id futurum eſt alterutrius. Tollerabilius denique eſt interdum Iudicem, qui ſemel cognouerit, tantiſper expectare, quàm Iudici nouo rem rurſus iudicandam committere. VLP.

MOD. AD EXCVSATIONEM munerum defun » ƈtus filius non prodeſt præterquam in bello amiſſus. Eodem tempore idem duas curas operis non adminiſtrabit.

DE IVRE IMMVNITATIS.

VLP. QVI OB hoc tãtum in nauibus ſunt, » vt in eis agendi cauſa operentur: nulla » conſtitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habẽt. Perſonis datæ im» munitates, hæredibus non relinquun» tur. Sed & generi poſteriſque datæ, cuſtoditæque ad » eos, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent.

II, QVI certa conditione muneribus vel honoribus ſe adſtrinxerint, cum aliâs compelli nõ poſſent inuiti ſuſcipere iſtum honorem, fides ſeruanda eſt. conditio quoque, ſiue ad munera, ſiue ad honores applicati ſe paſſi ſunt. Impuberes, quanuis neceſſitas penuriæ hominum cogat, ad honores nõ eſſe admit» tendos, reſcripto ad Beridium Ruffum Legatum Siciliæ declaratur.

» MAIORES LXX annis à tutelis & muneribus vacant. ſed qui ingreſſus eſt LXX annum, non» dum egreſſus, hac vacatione non vtetur: quia non » videtur maior eſſe LXX annis, qui annum agit ſeptuageſimum.

MOD. » IMMVNITATES generaliter tributæ, eo iu» re, vt ad poſteros tranſmitterẽtur, in perpetuum ſuccedentibus durant.

CALL. » SEMPER in ciuitate noſtra ſenectus venerabi» lis fuit: nanque maiores noſtri penè eundem honorẽ » ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant. circa mune-

ra quoque municipalia ſubeunda idem honor ſene- »
ctuti tributus eſt. ſed eum, qui in ſenectute locuples »
factus eſt, & antè nullo munere publico functus eſt: »
dici poteſt nō eximi ab hoc honore priuilegio ætatis: »
maximè ſi nō tam corporis habeat vexationē, quàm
pecunię erogationem indicti muneris adminiſtratio:
& ex ea ſit ciuitate, in qua non facilè ſufficientes viri
publicis muneribus inueniantur. Legem quoque re-
ſpici cuiuſque loci oportet, an cū aliquas immunita-
tes nominatim complecteretur, etiā de numero an-
norū in ea cōmemoretur. Idque etiā colligi poteſt ex
literis diui Pij, quas miſit ad Æm. Proculū Proconſu- »
lem prouinciæ Africæ. Demonſtratur varie nec ab-
ſciſe numerum liberorum ad excuſationem munici-
palium munerum prodeſſe, ex reſcriptis diui Æl. Per-
tinacis. nanque Saluio Candido in hæc verba reſcri- «
pſit, Etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrē «
natorum numerus, tamen, quia ſexdecim pueros ha- «
bere te per libellum notificaſti, non eſt irrationabile, «
vt concedamus filiorum educationi, remitti tibi mu- «
nera. Negotiatores, qui annonam Vrbis adiuuant: «
item nauicularij, qui annonæ Vrbis ſeruiunt, immu- »
nitatem à muneribus publicis conſequuntur, quan- »
diu in huiuſmodi actu ſunt. nam remuneranda peri-
cula eorum, quin etiam cohortanda præmijs meritò
placuit, vt qui peregre muneribus quidem publicis
cum periculo & labore fungerentur, à domeſticis ve-
xationibus & ſumptibus liberentur: cum non ſit alie-
num dicere etiam hos reip. cauſa dum annonę Vrbis
ſeruiunt, abeſſe. Immunitati quæ nauicularijs præſta- »
tur, certa forma data eſt: quam immunitatem ipſi »
dúntaxat habent: nō etiā liberis aut libertis eorū prę-
ſtatur. idque Principalibus cōſtitutionib⁹ declaratur.

» Diuus Adrianus reſcripſit immunitatē nauium ma-
» ritimarum dûntaxat habere, qui annonæ vrbis ſerui-
unt. Licet in corpore nauiculariorum quis ſit, nauem
tamen vel naues non habeat, nec omnia ei congruāt
quæ Principalibus conſtitutionibus cauta ſunt, non
poterit vti priuilegio nauicularijs indulto. idque diui
» Fratres in hæc verba reſcripſerunt. ἦσαν καὶ ἄλλοι
τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σῖτον
καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δή-
μου τοῦ ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τῆς λη-
τουργίας διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε
τὸ πλεὸν μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ
ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες. ἀφαιρέθητο τῶν τοιούτων
ἡ ἀτέλεια. Hoc circa vacationes dicēdū eſt, vt, ſi antè
quis ad munera municipalia vocatus ſit, quâm nego
tiari inciperet, vel antê, quâm in colegium aſſumere-
tur, quod immunitatē pariat, vel antê, quâm ſeptua-
genarius fieret, vel antê, quâm liberos ſuſciperet, cō-
» pellatur ad honorē gerēdū. Negotiatio pro incremē-
» to facultatū exercēda eſt. alioqui, ſi quis maiore pecu-
niæ ſuæ parte negotiationē exercebit, & rurſus locu-
ples factus in eadē quātitate negotiationis perſeuera
uerit: tenebitur munerib9, ſicuti locupletes, qui modi
ca pecunia comparatis nauib9 ſe publicis muneribus
» ſubtrahere tentāt. idque ita obſeruandū, epiſtola diui
» Adriani reſcriptū eſt. Diu9 quoque Pius reſcripſit, vt
quoties de aliquo nauiculario quæratur, illud excutia
tur, an effugiendorū munerū cauſa imaginē nauicu-
larij induat. Cōductores etiā vectigaliū fiſci, neceſſita
tate ſubeundorū municipalium munerū nō obſtrin-
» guntur. idque ita obſeruādum diui Fratres reſcripſe-
runt. ex quo Principali reſcripto intelligi poteſt nō ho
nori cōductorū datum, ne compellantur ad munera

municipalia, ſed ne extenuentur facultates eorum
quæ ſubſignatę ſunt fiſco. vude ſubſiſti poteſt, an pro
hibēdi ſint à Præſide vel procuratore Cæſaris, etiā ſi
vltro ſe offerāt municipalibus muneribus. quod pro-
pius eſt defendere, niſi paria cū fiſco feciſſe dicātur.
Coloni quoque Cęſaris à muneribus ciuilibus vel mu-
nicipalibus liberātur, vt idoneiores prædijs fiſcalibus
habeātur. Quibuſdā collegijs vel corporib⁹, quib⁹ ar-
tificij ſui cauſa ius coeūdi lege permiſſū eſt, immuni-
tas tribuitur, ſcilicet eis collegijs vel corporib⁹ in qui-
bus artificij ſui cauſa vnuſquiſque aſſumitur, vt fabro
rum corpus eſt, & ſiqua eandē rationē originis habēt.
Hæc idcirco cōſtituta ſunt, vt neceſſariā operā publi-
cis vtilitatibus exhiberent. Nec omnibus promiſcue,
qui aſſumpti ſūt in his colegijs immunitas datur, ſed
artificib⁹ dùntaxat. nec ab omni ætate adlegi poſſūt,
vt diuo Pio placuit: qui reprobauit prolixe vel imbe-
cillis admodū ætatis homines. Sed ne eos quidē, qui
augeāt facultates, & munera ciuitatū ſuſtinere poſ-
ſunt: priuilegijs, quæ tenuioribus per collegia diſtribu
tis cōceſſa ſunt, vti poſſe, plurifariā conſtitutū eſt. Eos,
qui in corporibus adlecti ſunt, quæ immunitatē præ-
bēt nauiculariorū: ſi honorem Decurionatus agnoue-
rint. cōpellēdos ſubire munera publica accepi· ídque
etiā confirmatum videtur reſcripto diui Pertinacis.

QVIBVSDAM aliquam vacationē munerū grauiorum, conditio tribuit, vt ſunt menſores, optio- CALL.
nes, valetudinarij medici, capſarij artifices, & qui foſ
ſam faciunt: veterinarij, architecti, gubernatores, nau
pegi, baliſtari, fabri, ſagittarij, ærarij, bacularij, ſtru-
ctores, carpentarij, ſcādularij, gladiatores, aquileges,
turbarij, cornuarij, arcarij, plūbarij, ferrarij, lapidarij,
& ij, qui calcem coquunt, & qui ſyluam incidunt, &

qui arborem cædunt, ac torrent. In eodem numero
„ ſolent haberi lanij, venatores, victimarij, & optio fa-
„ bricæ, & qui ægris præſto ſunt, librarij quoque, qui
„ docere poſſunt, & horreorum librarij, & librarij depo
„ ſitorum, & librarij caducorum, & adiutores cornicu-
„ lariorum, & ſtratores, & poliones, & cuſtodes armo-
„ rum, & præco, & buccinator. Hi igitur omnes inter
immunes habentur.

DE LEGATIONIBVS.

VLP. „ LEGATVS municipalis, ſi deſerue-
rit legationem, pœna afficietur extra-
ordinaria, motus ordine, vt plerunque
aſſolet.

LEGATVS, contra remp. cui⁹
„ legatus eſt, per alium à Principe quid poſtulare po-
teſt. Vtrum quis deſeruerit legationem, an ex neceſſa
ria cauſa moram paſſus ſit, Ordini patriæ ſuæ proba
re debet. Ceſſatio vnius legati, ei, qui munus, vt opor-
„ tet, obijt, non nocet. Ijs, qui non gratuitam legationē
„ ſuſceperunt, legatitium ex forma reſtituitur.

AFR. CVM quæritur, an in eum, qui in legatione ſit, a-
ctio dari debeat: non tam intereſt, vbi quis aut credi
derit, aut dari ſtipulatus ſit, quâm illud, an id actum
ſit, vt legationis tempore ſolueretur.

MART. „ SCIENDVM eſt debitorem reip. legatione
„ fungi nō poſſe: & ita diuus Pius Cl. Saturnino & Fau
„ ſtino reſcripſit. Sed & eos, quibus ius poſtulandi non
„ eſt, legatione fungi nō poſſe: & ideò arena remiſſum,
„ non iure legatum eſſe miſſum, diui Verus & Anto-
„ ninus reſcripſerunt. Debitores autem fiſci non pro-
„ hibentur legatione fungi. Si accuſatio alicuius publi-

ce inſtituta ſit, non eſt compellendus accuſator ad eum legationem ſuſcipere, qui ſe amicum vel domeſticũ dicit eius, qui accuſatur. & ita diui Fratres Æm. Furio reſcripſerunt. Legati vicarios dare non alios poſſunt niſi filios ſuos. Ordine vnuſquiſque munere legationis fungi cogitur: & non aliâs compellendus eſt munere legationis fungi, quàm ſi priores, qui à curia electi ſunt, functi ſint. Sed ſi legatio de primatibus viris deſyderet perſonas, & qui ordine vocãtur, inferiores ſint: non obſeruãdum ordinẽ diuus Adrianus ad Clazomenios reſcripſit. Præcipitur autem edicto diui Veſpaſiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm ternos legatos mittant.

LEGATO TEMPVS prodeſt, ex quo legatus creatus eſt, non ex quo Romam venit. Sed ſi nõ conſtat, legatus ſit, an non: Romæ Prætor de hoc cognoſcet. SCAEV.

FILIO propter patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noſter cum patre Cl. Calixto reſcripſit in hæc verba, Quod deſyderas, vt propter legationem patris tui, à legatione tu vaces: in interuallis honorum, qui ſumptum habent, recte obſeruatur: in ſtipendijs legationum, quæ ſolo miniſterio obeuntur, diuerſa cauſa eſt. VLP.

FILIVS Decurio pro patre legationis officiũ ſuſcepit. ea res filium, quo minus ordine ſuo legatus proficiſcatur, non excuſat: pater tamen biennij vacationem vendicare poterit: quia per filium legatione functus videtur PAP.

PAVLVS reſpõdi eum, qui legatione functus eſt, intra tempora vacationi præfinita non oportere compelli rurſus ad defendendum publicum negotium, etiam ſi de eadem cauſa litigetur. Imperatores PAVL.

„ Verus & Antoninus A A Germano Siluano, Legatio
„ ne functis, biennij vacatio conceditur: nec intereſt,
„ vtrum legatio in vrbe an in prouincia agentibus no-
„ bis mandata ſit. Paulus reſpondi, eum qui legatione fungitur, neque alienis, neque proprijs negotijs ſe interponere debere: in qua cauſa non videri eum quoque contineri, qui cum amico ſuo Prætore gratis conſilium participat.

„ PAVLVS reſpondi de eo damno, quod legationis tempore legatus paſſus eſt, poſſe etiã legationis tempore experiri.

LEGATVS antè, quàm officio legationis functus ſit, in rem ſuam nihil agere poteſt: exceptis ijs quæ ad iniuriam eius vel damnũ parata ſunt. Si quis
„ in munere legationis antè, quàm ad patriam reuerte-
„ retur, deceſſerit: ſumptus, qui proficiſcenti dati ſunt, non reſtituuntur.

SI ABSENTI iniuncta eſt legatio, eámque gratuitam ſuſceperit, poteſt & per alium quis legationem mittere. Qui legationis officio fungitur, licet ſuũ negotium curare non poteſt, magnus tamen Antoninus permiſit ei pupillæ nomine & inſtituere & defendere cauſam, licet legationi, quam ſuſcepit, nondũ renuntiauerit: præcipue cum participem officij ipſius abſentem eſſe dicat.

SCAEV. LEGATVS creatus à patria ſua, legatione ſuſcepta in vrbem Romam venit, & nondum perfecta legatione, domum, quæ erat in ipſius ciuitate Nicopoli, emit. quæſitum eſt, an in Senatuſconſultum
„ inciderit, quó prohibentur legati ante perfectam le-
„ gationẽ negotij svel priuatis rebus obſtringi. Reſpõdi non videri teneri.

PAPY. VICLARIVS alieni muneris volũtate ſua dat⁹,

ordine ſuo legationem ſuſcipere non admiſſa bienij præſcriptione cogetur.

QVI LIBERA legatione abeſt, nõ videtur, reip. cauſa abeſſe: hic enim nõ publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt. VLP.

IS QVI legatione fungitur, libellum ſine permiſſu Principis de alijs ſuis negotijs dare nõ poteſt. MOD.

» EVNDEM plures legationes ſuſcipere, prohibitum non eſt: præſertim ſi & ſumptus & etiam itineris compendium ſuadeat. Ante legationem ſuſceptam ſi cui negotium moueatur: etiam abſens defendi debet. ſuſcepta verò legatione, non niſi iniuncto munere fungatur.

SI QVIS legatum hoſtiũ pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur: quia ſancti habẽtur legati. Et ideò, ſi, cum legati apud nos eſſent gentis alicuius, bellum eis indictum ſit: reſpõſum eſt liberos eos manere: id enim iure gentium conuenit eſſe. Itaque eum, qui legatum pulſaſſet. Qu. Mutius dedi hoſtibus, quorum erant legati, reſpondit vtilius eſſe. quem hoſtes ſi non recepiſſent, quæſitum eſt, an ciuis Romanus maneret: quibuſdam exiſtimantibus manere: alijs cõtrà, quia, quem ſemel Populus iuſſiſſet dedi, ex ciuitate expuliſſe videretur: ſicut faceret, cum aqua & igni interdiceret. in qua ſententia videtur P. Mutius fuiſſe. Id autem maxime quæſitum eſt in Hoſtilio Mancino, quem Numãtini ſibi deditum non acceperunt: de quo tamen lex poſtea lata eſt, vt eſſet ciuis Romanus: & Præturam quoque geſſiſſe dicitur. POMP.

DE ADMINISTRATIONE RERVM AD CIVITATEM PERTINENTIVM.

VLP. QVOD AD certam ſpeciem ciuitati relinquitur, in alios vſus conuertere nō licet.

NON VTIQVE de exēplo poſterioris locationis, præteritarū conductionum quæ ſuam legem habuerunt, rationem iniri
» oportet. Quod quis ſuo nomine exercere prohibe-
» tur, id nec per ſubiectam perſonam agere debet. Et
ideo ſi Decurio ſubiectis aliorum nominibus, prędia publica colat, quæ Decurionibus conducere nō licet, ſecundum legem, vſurpata reuocētur. Quod de frumentaria ratione in alium vſum conuerſum eſt, ſuæ cauſæ cum incremēto debito reſtituatur: ídque & ſi contra abſentem pronuntiatū eſt, inanis querela eſt. ratio tamen adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum & datorum ponatur. Frumentariæ pecuniæ
» ſuo nomine debitor quàm primum ſoluat. Neceſſa-
» ria enim omnibus rebus publicis frumentaria pecu-
» nia moram ſolutionis accipere nō debet: ſed debito-
» res, quos ex eadem cauſa habet, ad ſolutionē per Prę-
» ſidem prouinciæ compellantur. Ad frumenti com-
» parationem pecunia data, reſtitui ciuitati, non com-
penſari in erogata debet. Si autem frumentaria pecunia in alios vſus, quàm quibus deſtinata eſt, conuerſa fuerit, velut in opus balneorum publicorum: licet ex bona fide datum probatur, compenſari qui-
» dem frumentariæ pecuniæ non oportet: ſolui autem
» à procuratore reip. iubetur. Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum ſuis vſuris ſit: immodicæ & illicitæ diſpenſationis modus non adhibetur, id eſt

ne commodorũ commoda, & vſuræ vſurarum incrementum faciant. Grani æſtimationem, per iniuriam poſt emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, curator reip. domino reſtitui iubeat. Si eo tempore, quo eſt nominatus, idoneus, poſtea lapſus facultatibus, damnum debitis reip. dederit: quia fortuitos caſus nullum hominum conſilium prouidere poteſt, procurator hoc nomine nihil præſtare debet. Ius reipublicæ pacto mutari non poteſt quo minus Magiſtratus collegæ quoque nomine conueniatur in ijs ſpeciebus, in quibus fieri id iure permiſſum eſt. Actio autem, quæ propter eum in collegam decerni ſolet: ei, qui pro altero dependit, ex æquitate competit: &, quod depenſum eſſe per collegam in magiſtratu probabitur, ſolui & ab hæredibus eius Præſes prouinciæ iubet. Conductore perficiendi operis punito, fideiuſſor qui pro eo interuenerat, idem opus extruendum alij locauerat. Nec à ſecũdo redemptore opere perfecto, vſurarum præſtationem hæres fideiuſſoris recuſare nõ debet: cum & prior cauſa in bonæ fidei contractu in vniuerſum fideiuſſorem obligauerit, & poſterior locatio (quia ſuum periculum agnouerit) ſolidæ præſtationi reip. eum ſubſtituerit. Qui fideiuſſerunt pro conductore vectigalis in vniuerſam conductionem, in vſuras quoque iure conueniuntur: niſi ſi proprie quid in perſona eorum verbis obligationis expreſſum eſt. Sed & ſi in locatione fundorum, pro ſterilitate temporis, boni viri arbitratu in ſoluenda penſione cuiuſque anni pacto comprehenſum eſt: explorata lege conductionis, fides bona ſequenda eſt.

CVRATORES communis officij diuiſa pecunia quam omnibus inſolidum publice dari placuit, PAP.

periculo vice mutua non liberantur:

VLP. PRIOR tamen exemplo tutorum conueniendus eſt is, qui geſſit. Prædium publicum in quinque annos idonea cautione non exacta curator reipublicæ locauit. Cæteris annis colonus ſi reliqua traxerit, „ & de fructibus prædij mercedes ſeruari non potue„ rint: ſucceſſor qui locauit, tenebitur. Idem in vectigalibus non ita pridē conſtitutum eſt, ſcilicet vt ſui tēporis ſinguli periculum præſtarēt. In eū qui adminiſtrationis tempore creditoribus reipublicæ nouatione facta pecuniam cauit: poſt depoſitum officium actionem denegari nō oportet. Diuerſa eſt cauſa eius qui ſolui cōſtituit: ſimilis etenim videtur ei qui publice vendidit aut locauit. Filiū pro patre curatore reip. creato cauere cogi nō oportet: nec mutat quod in eū pater emancipatum, priuſquā curator crearetur, certam partem bonorum ſuorum donationis cauſa contulit. Pro Magiſtratu fideiuſſor interrogatus, pignora quoque ſpecialiter dedit. In eū caſum pignora videntur data, quo rectè cōuenitur: videlicet poſtquā res ab eo ſeruari non potuerit, pro quo interceſſit.

VAL. LEGATAM municipio pecuniam, in aliam „ rem quam defunctus voluit, conuertere, citra Princi„ pis authoritatem non licet. & ideo, ſi vnum opus fieri iuſſit, quod Falcidiæ legis interuētu fieri nō poteſt: permittitur ſummam, quæ eo nomine debetur, in id, quod maxime neceſſarium reip. videatur, cōuertere. Si verò plures ſummæ in plura opera legantur, & legis Falcidię interuentu id, quod relinquitur, omnium operum extructioni non ſufficit: permittitur in vnū opus quod ciuitas velit, erogari. Sed municipio pecuniam legatam ita, vt ex reddita eius venatio aut ſpectacula edantur, Senatus in eam cauſam erogari ve

tuit:& pecuniā eo nomine legatam, in id quod maxime neceſſariū municipibus videatur, conferri permittitur, vt in eo munificētia eius, qui legauit, inſcriptione notetur.

DECVRIONES pretio viliori frumētū quod annonæ temporalis eſt, patriæ ſuæ præſtare nō ſunt cogendi. Niſi ad nouum opus pecunia ſpecialiter legata ſit, vetera ex hac reficienda ſunt. PAVL.

MAGISTRATVS reipublicæ nō dolum ſolummodo, ſed & latam negligentiam, hōc amplius etiam diligentiam debent.

FILIVSFAMILIAS volente patre magiſtratum ſi geſſerit, Iulianus exiſtimabat in ſolidū patrem teneri in id quod eius nomine, reip. abeſſet. PAVL.

CALCVLI erroris retractatio etiam poſt decēnij & vicēnij tempora admittetur. ſed ſi gratioſē expunctæ dicantur, non retractabuntur. MOD.

IMPERATORES Antoninus & Verus reſcripſerunt, pecuniæ, quæ apud curatores remanſit, vſuras exhibendas: eius vero, qnæ à redemptoribus operum exigi non poteſt, ſortis dūntaxat periculum ad curatores pertinere. Itē reſcripſerunt operū periculum ad hæredes etiam curatorum pertinere. Item reſcripſerūt agros reip. retrahere curatorem ciuitatis debere, licet à bonæ fidei emptoribus poſſideantur: cum poſſint ad auctores ſuos recurrere. Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerūt operum exactionē ſine cautione non oportere committi. Item reſcripſerunt curatores, ſi negligēter in diſtrahendis bonis ſe geſſerint, in ſimplum teneri: ſi per fraudem, teneri in duplum: nec ad hæredes eorum pœnam deſcēdere. Item reſcripſerunt pecuniam ad annonam deſtinatam, diſtractis rebus curatorem exigere debere. Item PAP.

reſcripſerunt ſitonas indemnes eſſe oportere, qui nõ ſegniter officio ſuo functi ſunt: ſecundum literas Adriani. Item reſcripſerunt à curatore calendarij cautionem exigi non oportere, cum à Præſide ex inquiſitione eligatur. Item reſcripſerunt curatorem etiam nomine collegę teneri, ſi interuenire & prohibere eũ oportuit. Item reſcripſerunt nominum, quæ deteriora facta ſunt tẽpore curationis, periculum ad ipſum pertinere. quæ verò antequam curator fieret, idonea non erant, æquum videri, periculum ad eum nõ pertinere. Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerũt eum qui pecuniam publicam magiſtratus ſui tempore & pòſt non pauco tempore detinuerat, vſuras etiam præſtare debere: niſi quid allegare poſſit, qua ex cauſa tardius intulerit.

DE DECRETIS AB ORDINE FACIENDIS.

VLP. MEDICORVM intra terminũ præfinitum conſtituendorum arbitriũ non Præſidi prouinciæ commiſſum eſt, ſed Ordini & poſſeſſoribus cuiuſque ciuitatis; vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant ipſi, quibus ſe liberóſque ſuos in ægritudine corporum committant.

MART. ILLA decreta, quæ non legitimo numero Decurionum coacto facta ſunt, non valent.

VLP. LEGE autem municipali cauetur, vt Ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis.

AMBITIOSA decreta Decurionum reſcindi debent, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſint. Proinde (vt ſolẽt) ſiue decreuerint de pu-

blico alicui vel prædia vel ædes vel certam quantitatem præſtari: nihil valebit huiuſmodi decretum. Sed » & ſi ſalarium alicui Decuriones decreuerint, decretũ id nonnunquam vllius erit momenti: vtputa ſi ob liberalem artem fuerit conſtitutum, vel ob medicinã: ob has enim cauſas licet conſtitui ſalaria.

QVOD ſemel ordo decreuit, nõ oportere id reſcindi, diuus Adrianus Nicomedenſibus reſcripſit: » niſi ex cauſa, id eſt ſi ad publicã vtilitatem reſpiciat » reſciſſio prioris decreti. CALL.

MVNICIPALI lege ita cautum erat ἐάν τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάσηται, τούτου συνεδρίου εἰργέθω, καὶ προσαποτινύτω δραχμὰς χιλίας. Quæſitum eſt, quam pœnam ſuſtinere debeat qui ignorãs aduerſus decretum fecit. Reſpõdi huiuſmodi pœnas » aduerſus ſcientes paratas eſſe. SCAEV.

DE OPERIBVS PVBLICIS.

CVRATOR operum creatus, pręſcriptione motus ab excuſatione perferẽda, ſicuti ceſſatiõis nomine in qua quoad viuit moratus eſt, hæredes ſuos obligatos reliquit: ita temporis quod poſt mortem ei9 ceſſit, nullo onere eos obſtrinxit. Curam operis aquæductus in alio iam munere conſtitutus, poſtea ſuſceperat. præpoſtere viſus eſt petere exonerari priori munere, vtrique iam implicitus: quãdo ſi alterum tantum ſuſtinere eum oportuiſſet, antè probabilius impetraſſet propter prius munus à ſequenti excuſationem. VLP.

QVI LIBERALITATE, non neceſſitate debiti, reditus ſuos interim ad opera finiẽda conceſ- PAVL.

ſit: munificentiæ ſuæ fructum de inſcriptione nominis ſui operibus, ſiqua fecerit, capere, per inuidiam non prohibetur. Curatores operum cum redemptoribus negotium habẽt: reſpublica autẽ cum ijs quos efficiendo operi præſtituit, quatenus ergo, & quis, & cui obſtrict⁹ eſt, æſtimatio Præſidis prouinciæ eſt. Ne eius nomine, cui⁹ liberalitate opus extructũ eſt, eraſo, aliorum nomina inſcribantur, & propterea reuocẽtur ſimiles ciuium in patriam liberalitates: Præſes prouinciæ authoritatem ſuam interponat.

MARC. OPVS NOVVM priuato etiam ſine Principis authoritate facere licet: præterquam, ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, vel circum theatrum vel amphitheatrum ſit. » Publico verò ſumptu opus nouũ ſine Principis authoritate fieri non licere, conſtitutionibus de» declaratur. » Inſcribi autem nomen operi publico alterius quam Principis, aut eius, cuius pecunia id opus » factum ſit, non licet.

MOD. » NE PRAESIDIS quidem nomen licebit ſuperſcribere.

VLP. SI LEGATVM vel fideicõmiſſum fuerit ad opus relictum, vſuræ quæ & quando incipiant debe» ri, reſcripto diui Pij ita continetur, » Si quidẽ dies non » ſit ab ijs, qui ſtatuas vel imagines ponendas legaue» rint, præfinitus, à Præſide prouinciæ tempus ſtatuẽ» dũ eſt: & niſi poſuerint hæredes vſuras leuiores in» tra ſex menſes: ſi min⁹, ſemiſſes vſuras reipublicæ pẽ» dant. Si verò dies datus eſt, pecuniam intra diem de» ponant. Si autẽ non inuenire ſe ſtatuas dixerint, aut » de loco controuerſiã fecerint, ſemiſſes protinus pendant. Fines publicos à priuatis detineri non oportet. curabit igitur Pręſes prouincię, ſi qui publici ſũt,

à priuatis ſperare, & publicos potius reddit⁹ augere. ſiqua loca publica vel ædificia in vſus priuatorum inuenerit: æſtimare vtrúmne vendicanda in publicũ ſint, an vectigal ibi ſatius ſit imponi: & id quod vtilius eſſe Reip. intellexerit, ſequi.

DE OPERIBVS quę in muris vel portis vel in rebus publicis fiunt, aut ſi muri extruãtur: Diuus Marcus reſcripſit Præſidem aditum conſulere Principem debere. MOD. »

PECVNIAM quæ in opera noua legata eſt, potius in tutelam eorum operum, quæ ſunt, conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandã Diuus Pius reſcripſit, ſcilicet ſi ſatis operum ciuitas habet, & non facilè ad reficiẽdum pecunia inueniatur. Si quis opus ab alio factum, adornare marmoribus vel alio quoquo modo ex voluntate populi facturũ ſe pollicitus ſit: nominis proprij titulo ſcribendo, manentibus priorum titulis qui ea opera feciſſent, id fieri debere Senatus cenſuit. Quòd ſi priuati in opera, quæ publica pecunia fiant, aliquã de ſuo adiecerint ſummã: ita titulo inſcriptionis vti eos debere, ijſdem mandatis cauetur, vt quantam ſummã cõtulerint in id opus, inſcribant. CALL. » » » »

DE NVNDINIS.

NVNDINIS impetratis à Principe non vtendo, qui meruit, decennij tempore, vſum amittit. MOD. »

SI QVIS ipſos cultores agrorũ vel piſcatores deferre vtenſilia in ciuitatem iuſſerit, vt ea ipſi diſtrahant: deſtituetur annonæ præbitio, cum auocentur ab opere ruſtici: qui cõ CALL.

feſtim vbi detulerint mercem, tradere eam, & ad o-
pera ſua reuerti debeant. Denique ſummæ prudẽtiæ
» & authoritatis apud Græcos Plato, cum inſtitueret
» quemadmodum ciuitas bene & beate habitari poſ-
» ſit, in primis iſtos negotiatores neceſſarios dixit. Sic
» enim libro ſecundo ciuilis conuerſationis ait,

Δεῖ γὰρ πλειόνων γεωργῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων δη-
μιουργῶν, καὶ τῶν ἄλλων διακονούντων εἰσαξόντων
καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. κομί-
σας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγοράν τι ὧν ποιεῖ, ἤ
τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν εἰ μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρό-
νον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ᾽ αὐτοῦ ἀνταλλάξα-
σθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργείας· καθήμενος
ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ εἰσὶν οἳ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυ-
τοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην

DE POLLICITATIONIBVS.

VLP.

SI POLLICITVS quis fuerit rei-
publicę opus ſe facturum, vel pecuniã
daturum, in vſuras non conuenietur.
» ſed, ſi moram cœperit facere, vſurę ac-
» cedunt: vt Imperator noſter cum Di-
uo patre ſuo reſcripſit. Non ſemper autem obligari
eum, qui pollicitus eſt, ſciendum eſt. Sed ſi quidẽ ob
honorem promiſerit decretum ſibi vel decernendũ,
» vel ob aliam iuſtam cauſam, tenebitur ex pollicitati-
one. ſi verò ſine cauſa promiſerit, nõ erit obligat⁹: &
» ita multis cõſtitutionibus & veteribus & nouis cõti-
netur. Itẽ ſi ſine cauſa promiſerit, cœperit tamen fa-
» cere: obligatus eſt, qui cœperit. Cœpiſſe ſic accipim⁹,
» ſi fundamẽta iecerit, vel locũ purgauerit. Sed & ſi lo-
cus illi petenti deſtinatus eſt, magis eſt vt cœpiſſe vi-
deatur. Itẽ, ſi apparatum ſiue impẽſam in publico po
ſuit. Sed & ſi non ipſe cœperit, ſed cũ certã pecuniã

promiſiſſet ad opus Reip. contemplatione pecuniæ cœperit opus facere, tenebitur quaſi cœpto opere. Deniq; cum columnas quidam promiſiſſet. Imperator noſter cum Diuo patre ſuo ita reſcripſit, Qui nõ ex cauſa pecuniam Reip. pollicẽtur, liberalitatẽ perficere nõ coguntur. ſed ſi columnas Circẽſibus promiſiſti, & opus ea ratione ſumptib9 ciuitatis vel priuatorũ inchoatũ eſt: deſeri quod cœptũ eſt, nõ oportet. Si quis op9 quod perfecit, aſſignauerit: deinde id fortuito caſu aliquid paſſum ſit: periculum ad eũ, qui fecit, non pertinere, Imperator noſter reſcripſit.

SI QVIS rem aliquam vouerit, voto obligatur. quæ res perſonã vouẽtis, nõ rẽ, quæ vouetur, obligat. Res enim, quæ vouetur, ſoluta quidẽ liberat vota: ipſa verò ſacra nõ efficitur. Voto autẽ patreſfamiliâs obligantur puberes ſui iuris. filius enim familiâs vel ſeruus ſine patris dominíve authoritate voto nõ obligãtur. Si decimã quis bonorũ vouit, decima non prius eſſe in bonis deſinit, quã fuerit ſeparata. & ſi forte qui decimã vouit, deceſſerit ante ſeparationẽ: hæres ipſius hæreditario nomine decimæ obſtrictus eſt. Voti enim obligationẽ ad hæredẽ tranſire cõſtat.

PACTVM eſt duorũ cõſenſus atq; conuentio. Pollicitatio verò, offerẽtis ſolius promiſſum. & ideò illud eſt cõſtitutũ, vt ſi ob honorẽ pollicitatio fuerit facta: quaſi debitũ exigatur. ſed cœptũ opus licet nõ ob honorẽ promiſſum fuerit, perficere promiſſor cogetur. Et eſt cõſtitutũ, Si quiſquam ex pollicitatione tradiderit rẽ municipibus, & vẽdicare eã velit: repellendus eſt à petitione. Æquiſſimum enim eſt, huiuſmodi voluntates in ciuitates collatas, pœnitentia nõ reuocari. Sed & ſi deſierint municipes poſſidere, dicendum erit actionem eis concedendam.

MARC. PROPTER incendium vel terræmotum vel » aliquam ruinam quæ Reip. contigit, ſi quis promiſe» rit, tenetur.

VLP. » CHARIDEMVS reſpõdit ex epiſtola, quam » muneris edendi gratia abſens quis emiſit, compelli eum ad editionem non poſſe.

TOTIES locum habet diminutio pollicitatio » nis in perſona hæredis, quoties nõ eſt pollicitatio ob honorem facta. Cæterum, ſi ob honorem facta ſit, æ» » ris alieni loco habetur: & in hæredis perſona non minuitur. Si quis pecuniam ob honorem promi» » ſerit, cœperítque ſoluere: eum debere quaſi cœpto opere, Imperator noſter Antoninus reſcripſit. Non tantum maſculos, ſed etiam fœminas, ſi quid ob ho norem pollicitæ ſunt, debere implere ſciendum eſt: » & ita reſcripto Imperatoris noſtri & Diui patris ei9 continetur. Si cui reſpublica neceſſitatem impoſuerit » ſtatuarum Principi ponendarum: qui non promiſit: » non eſſe ei neceſſe obtemperare, reſcriptis Imperato ris noſtri & Diui patris eius continetur.

PAVL. OB CASVM, QVEM ciuitas paſſa eſt, ſi quis promiſerit ſe aliquid facturum: etſi non inchoa» » uerit, omnimodo tenetur: vt Diuus Seuerus Dioge» ni reſcripſit.

VLP. DE POLLICITATIONIBVS in ciui» » tate factis, Iudicum cognitionẽ eſſe Diui Fratres Fla» » uio Celſo in hæc verba reſcripſerũt, Probe faciet Sta» » thius Ruffin9 ſi op9 proſcenij, quod ſe Gabinis extru ctũrum promiſit, quod tãdem aggreſſus fuerat, per» ficiat. Nam & ſi aduerſa fortuna vſus, in trienniũ à Præfecto Vrbi relegatus eſſet, tamen gratiam mune ris, quod ſponte obtulit, minuere nõ debet: cum & abſens per amicum perficere opus iſtud poſſit. quod

ſi detrectat, actores conſtituti qui legitime pro ciuitate agere poſſint, nomine publico adire aduerſus eũ Iudices poterunt: qui cum primum potuerint, prius quàm in exilium proficiſcatur, cognoſcẽt: & ſi opus perfici ab eodem debere cõſtiterit, obedire eum reipublicæ ob hanc cauſam iubebunt, aut prohibebũt diſtrahi fundum quem in territorio Gabinorum habet.

EX POLLICITATIONE quam quis ob honorem apud Rempub. fecit, ipſum quidẽ omnimodo inſolidum teneri: hæredem vero eius ob honorem quidem facta promiſſione inſolidum teneri: ob id verò, quòd opus promiſſum cœptum eſt, ſi bona liberalitati ſoluendo non fuerint: extraneum hæredẽ in quintã partem patrimonij defuncti, liberos in decimam teneri, Diui Verus & Antonin⁹ reſcripſerũt. Sed & ipſum donatorem pauperem factum ex promiſſione operis cœpti quintam partem patrimonij ſui debere diuus Pius conſtituit. MOD.

SEPTITIA certamen patriæ ſuæ pollicẽdo, ſub hac cõditione pollicita eſt, vti ſors apud eam remaneat, & ipſa vſuras ſemiſſales ad præmia certãtiũ reſoluat in hæc verba. φιλοτίμως καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν ἀπὸ μυριάδων τριῶν τῶν τοῦ κεφαλαίου, αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τέλει τῶν ἐξ ἔθους τριῶν μυριάδων τόκον, ἀγωνοθετοῦντος τοῦ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου. ἐπαῦθις δέ τῶν ἐξ ἐμοῦ γεννηθησομένων τέκνων. χωρήσει δέ ὁ τόκος εἰς τὰ ἆθλα τῶν θυμελικῶν, καθ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ ὁρίσῃ. Quæro, an poſſint iniuriam pati filij Septitiæ quo minus ipſi præſiderent in his ſecundum verba conditionémq; pol-

» licitationis? Her. Modeſtinus reſpondi, quo caſu certaminis editio licita eſt, formam pollicitationi datam ſeruandam eſſe.

SI QVIS ob honorem vel ſacerdotium pecuniam promiſerit, & antè, quàm honorem vel Magiſtratum ineat, decedat: non oportere hęredes eius cõueniri in pecuniam, quam is ob honorem vel Magiſtratum promiſerat, Principalibus conſtitutionibus cauetur: niſi forte ab eo, vel ab ipſa republica eo viuo opus fuerit inchoatum.

IN PRIVATIS operibus, inuitis iis, qui fecerunt, ſtatuas aliis ponere non poſſumus: vt reſcripto Diui Seueri continetur. Cum quidam, ne honoribus fungeretur, opus promiſiſſet: tã honores ſubire cogendum, quàm operis inſtructionem, Diuus Antoninus reſcripſit.

PAP. » IMPERATORES Verus & Antoninus reſcripſerunt opera exſtruere debere eos, qui pro honore polliciti ſunt: nõ pecunias pro his inferre cogi. Itẽ reſcripſerũt cõditiones donationibus appoſitas, quæ in Rempublicã fiunt, ita demũ ratas eſſe, ſi vtilitatis publicæ intereſt. quòd, ſi damnoſæ ſint: obſeruari non debere: & ideò non obſeruandum, quòd defunctus certa ſumma legata vetuit vectigalia exerceri: » eſſe enim tolerabilia, quæ vetus cõſuetudo cõprobat.

POMP. SI QVIS ſui alienive honoris cauſa opus facturum ſe in aliqua ciuitate promiſerit: ad perficiendum tam ipſe quàm hæres eius ex conſtitutione Diui Traiani obligatus eſt. Sed, ſi quis ob honorẽ opus facturum ſe in ciuitate aliqua promiſerit, atq; inchoauerit, & prius, quàm perficeret, deceſſerit: hæres eius » extraneus quidẽ neceſſe habet aut perficere id, aut » partem quintam patrimonii relicti ſibi ab eo, qui id

opus facere inſtituerat, ſi ita malit, ciuitati in qua id
opus fieri cœptum eſt, dare. Is autem qui ex numero
liberorum eſt, ſi hæres extiterit: non quintæ partis,
ſed decimæ concedendæ neceſſitate afficitur. & hoc
» Diuus Adrianus conſtituit.

INTER liberos nepotem quoque ex filia con- VLP.
» tineri Diuus Pius reſcripſit. »

DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBUS ET SI IUDEX LITEM SUAM FECISSE DICATUR.

PRAESES prouinciæ de mercedibus VLP.
ius dicere ſolet, ſed præceptoribus tan
tum ſtudiorum liberalium. Liberalia
autem ſtudia accipimus, quæ Græci ἐ- »
» λεύθερα μαθήματα appellant. Rheto »
res continebuntur, Grãmatici, Geometrici. Medico- »
rum quoque eadem cauſa eſt, quæ & profeſſorum: »
niſi quòd iuſtior: cum hi ſalutis hominum, illi ſtudio-
rum curam agant. & ideò his quoque extra ordinem
ius dici debet. Sed & obſtetrices audiant: quæ vtique »
medicinam exhibere videtur. Medicos fortaſſis quis
accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis vel cer
ti doloris ſanitatẽ pollicentur: vtputa ſi auricularũ, ſi
fiſtulæ, vel dẽtium. Non tamen ſi incantauit, vel im- »
precatus eſt, & (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) »
ſi exorcizauit: non ſunt iſta medicinæ genera: tamet, »
ſi ſint qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affir-
ment. An & Philoſophi profeſſorum numero ſint?
Et non putẽ: nõ quia non religioſa res eſt: ſed quia »
hoc primùm profiteri eos oportet, mercenariam ſe »
operam ſpernere. Proinde nec iuris quidem ciui-
lis profeſſoribus ius dicent. Eſt enim quidem res ſan- »

» ctiſſima ciuilis ſapientia, ſed quæ prętio numario nō
» ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in iudicio
» honor petitur, qui ingreſſu ſacramenti offerri de-
buit. Quædam enim tametſi honeſte accipiuntur, in
» honeſte tamen petūtur. Ludi quoque literarij magi-
» ſtris, licet non ſint profeſſores, tamen vſurpatum eſt
vt his quoq; ius dicatur · tametſi librarijs & notarijs
& calculatoribus ſiue tabularijs & cæterarum artiū
opificibus ſiue artificibus, quæ ſunt extra literas vel
notas poſitæ: nequaquam extra ordinem ius dicere
Præſes debebit. Sed & ſi comites ſalarium petāt, idē
iuris eſſe quod in profeſſoribus placet. Sed & aduer-
ſus omnes ipſos cognoſcere Præſes debet. Quòd au-
» tem & aduerſus aduocatos adeantur, Diui Fratres
reſcripſerūt. In honorarijs quoque aduocatorum ita
» verſari Iudex debet, vt pro modo litis, próque aduo-
» cati facundia, & fori conſuetudine & iudicij, in quo
» erat acturus, æſtimationem adhibeat: dummodo lici
» tum honorarium quantitas nō egrediatur. ita enim
reſcripto Imperatoris noſtri & patris eius cōtinetur,
» & verba reſcripti ita ſe habent, Si Iulius Maternus
» quem patronum cauſæ tuæ eſſe voluiſti, fidem ſuſce
» ptam exhibere paratus eſt: eam dúntaxat pecuniam,
» quæ modum legitimum egreſſa eſt, petere debes.
» Aduocatos accipere debem9 omnes omnino, qui cau
ſis agendis quoquo ſtudio operantur. non tamen qui
pro tractu non affuturi cauſis accipere quid ſolent,
aduocatorum numero erunt. Si cui cautum eſt hono
rarium, vel ſi quis de lite pactus eſt: videamus, an pe
tere poſſit. Et quidem de pactis ita reſcriptum eſt ab
» Imperatore noſtro & Diuo patre eius, Litis cauſa
» malo more pecuniam tibi promiſſam ipſe quoq; pro
» fiteris. Sed hoc ita eſt, ſi ſuſpenſa lite, ſocietatem fu-

turi emolumẽti cautio pollicetur. Si verò poſt cauſam actam cauta eſt honoraria ſumma, peti poterit vſque ad probabilem quantitatẽ, & ſi nomine palmarij cau » tum ſit: ſic tamẽ, vt computetur id, quod datum eſt, » cum eo, quod debetur: ne vtrunque compoſitum, licitam quantitatẽ excedat. Licita autẽ quantitas intel » ligitur pro ſingulis cauſis vſque ad centũ aureos. Di» uus Seuerus ab hæredibus aduocati eo mortuo pro» » hibuit mercedem repeti: quia per ipſum nõ ſteterat, » quo minus cauſam ageret. Ad nutritia quoque officiũ » Præſidis vel Prætoris deuenit. Nãque nutrices ob ali moniam infantiũ apud Præſides, quod ſibi debetur, » petunt. Sed nutritia eouſque producemus quoad in» fantes vberibus aluntur: cæterũ poſt hæc ceſſant par» tes Prætoris vel Præſidis. Hæc omnia ſi apud Præſides petãtur, videamus an de mutuis petitionib⁹ poſ ſint Præſides cognoſcere. Et putem debere admitti.

DE VSV aquæ, & de riuis nouis inciuiliter inſtitutis, item de equis alienis à ſciente poſſeſſis, fœtúque earũ, & damno dato per immiſſos in prædium ſuum vniuerſos homines eos, qui in plurium prædia diſtribui debuerant: ſi modo id non ex authoritate eius, qui iubere potuerit, factum eſt: Præſidem prouinciæ doceri oportere reſpõſum eſt: vt is ſecundum » rei æquitatem & iuriſdictionem, conuenientem formam rei det.

MEDICVS, cui curandos ſuos oculos, qui eis laborabat, commiſerat: periculum amittẽdorum eorum per aduerſa medicamenta inferendo, compulit, vt ei poſſeſſiones ſuas contra bonam fidem æger vẽderet. Inciuile factũ Præſes prouinciæ coerceat: rémque reſtitui iubeat.

DIVVS Antoninus Pius reſcripſit iuris ſtudio» » PAVL.

ſos, qui ſalaria petebant, hæc exigere poſſe.

CALL. COGNITIONVM numerus, cũ ex varijs cauſis deſcendat, in genera diuidi facilè non poteſt, niſi ſummatim diuidatur. Numerus ergo cognitionũ in quatuor ferè genera diuidi poteſt. Aut enim de muneribus ſiue honoribus gerendis agitur: aut de pecuniaria re diſceptatur: aut de exiſtimatione alicuius cognoſcitur: aut de capitali crimine quæritur. Exiſtima» tio eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus cõ» probatus: quæ ex delicto noſtro authoritate legũ aut » minuitur, aut cõſumitur. Minuitur exiſtimatio, quo» ties, manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: ſicuti cum relegatur quis, vel cum ordine mouetur, vel cũ prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fuſtibus cæditur, vel in opus publicum datur: vel cũ in eam cauſam quis incidit, quæ ex edicto perpetuo infamiæ cauſæ annumeratur. Cõ» ſumitur verò, quoties magna capitis diminutio inter» uenit, id eſt, cum libertas amittitur: veluti cum aqua & igni interdicitur: quæ in perſona deportatorũ euenit. vel cum plebeius in opus metalli, vel in metallũ » datur. nihil enim refert, nec diuerſa pœna eſt operis » & metalli: niſi quòd refugæ operis, nõ morti, ſed pœnæ metalli ſubijciuntur.

CAIVS. SI IVDEX litem ſuam fecerit, nõ propriè ex maleficio obligatus videtur: ſed, quia nec ex cõtractu obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam ideò videtur quaſi ex maleficio teneri in factum actione: &, in quantum de ea re æquum religioni iudicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtinebit.

DE PROXENETICIS.

PROXENETICA licito iure petuntur. VLP.

SI PROXENETA interuenerit faciẽdi nominis cauſa, vt multi ſolẽt: videamus an poſſit quaſi mãdator teneri. Et nõ puto teneri: quia hic monſtrat magis nomẽ, quàm mandat: tametſi laudat nomen. Idem dico, & ſi aliquid philãthropiæ nomine accepit. Nec ex locato nec ex cõducto erit actio. Planè, ſi dolo & calliditate creditorem circũuenerit, de dolo actiõe tenebitur.

DE PROXENETICO, quod eſt ſordidum, ſolent Præſides cognoſcere: ſic tamẽ, vt in his modus eſſe debeat & quantitatis & negotij, in quo operula ſua functi ſunt: & miniſterium qualequale accõmodauerint, facilius quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellãt, peti apud eos poterit, ſiquis forte cõditionis vel amicitiæ vel aſſeſſuræ vel alicui⁹ alterius huiuſmodi proxeneta fuerit. Sunt enim huiuſmodi hominum, vt in tam magna ciuitate, officinæ. Eſt enim proxenetarũ modus, qui emptionibus, venditionibus, commercijs, contractibus licitis vtiles non adeò improbabili more ſe exhibent.

DE CENSIBVS.

SCIENDVM eſt eſſe quaſdã colonias iuris Italici: vt eſt in Syria Phœnice ſplẽdidiſſima Tyriorum colonia (vnde mihi origo eſt) nobilis regionib⁹, ſerie ſeculorũ antiquiſſima, armipotẽs, fœderiſq́; quod cũ Romanis percuſſit, tenaciſſima. huic enim diuus VLP.

Seuerus Imperator noſter ob egregiam in Remp.im
periúmque Ro.inſignem fidem, Italicum ius dedit.
Sed & Berytenſis colonia eſt in eadē prouincia, Augu
ſti beneficijs gratioſa:& vt diuus Adrianus in quadā
oratiõe ait, Auguſtana colonia:quæ ius Italicū habet.
Eſt & Heliopolitana:quæ à diuo Seuero per belli ciui
lis occaſionem Italicæ coloniæ rempublicam accepit.
Eſt & Laodicena colonia in Syria Cœle:cui diuꝰ Seue
rus ius Italicum ob belli ciuilis merita conceſſit. Pto-
lemaidenſium enim colonia, quæ inter Phœnicem &
Paleſtinam ſita eſt, nihil præter nomē coloniæ habet.
Sed & Emiſenæ ciuitati Phœniciæ Imperator noſter
ius coloniæ dedit, iuriſque Italici eam fecit. Eſt & Pal-
myrena ciuitas in prouincia Phœnice prope barba-
ras gētes nationéſque collocata. In Paleſtina duæ fue
rūt coloniæ, Cæſarienſis, & Ælia Capitolina: ſed neu
tra ius Italicum habet. Diuus quoque Seuerus in Se-
baſtenam ciuitatem coloniā deduxit. Inclyta quoqne
Cyrenēſiū colonia à diuo Traiano deducta, iuris Ita-
lici eſt. Zamizegetuſa quoque eiuſdem iuris eſt: item
Napocenſis colonia, & Apulenſis, & Patauicenſium
vicus, qui à diuo Seuero ius coloniæ impetrauit. Eſt
& in Bithynia colonia Apamena: & in Pōto Syno-
penſis. eſt & in Sicilia Selinus, & Traianopolis.

VITIA priorum cenſuū editis nouis profeſſio-
nibus euaneſcunt.

AETATEM in cēſendo ſignificare neceſſe eſt,
quia quibuſdam ætas tribuit, ne tributo onerentur:
veluti in Syria à decimoquarto anno maſculi, à duo-
decimo fœminæ vſque ad ſexageſimumquintum an
num tributo obligantur. Ætas autem ſpectatur cen-
ſendi tempore. Rebus conceſſam immunitatem non
debere intercidere, reſcripto Imperatoris noſtri ad

Pelianũ rectè expreſſum eſt:quippe perſonis quidem data immunitas, cũ perſona extinguitur:rebus, nunquam extinguitur. »

FORMA cenſuali cauetur, vt agri ſic in cenſum referantur. nomen fundi cuiuſque, & in qua ciuitate, & in quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat: & aruũ quod intra decem annos proximos ſatum erit, quot iugerum eſſe videatur: vinea quot vites habeat: oliua quot iugerũ & quot arbores habeat: pratum quod intra decem annos proximos ſectum erit: quot iugerum paſcua eſſe videantur: item ſiluæ cæduæ. omnia ipſe, qui defert, æſtimet. Illam æquitatem debet admittere cẽſitor, vt officio eius congruat releuari eũ, qui in publicis tabulis delato modo, frui certis ex cauſis nõ poſſit. Quare, & ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. Si vites mortuæ ſint, vel arbores aruerint: iniquum eſt eũ inſeri cenſui. Quòd ſi exciderit arbores vel vites, nihilominus numerum eum profiteri iubetur, qui fuit cenſus tẽpore: niſi cauſam excidẽdi probauerit cẽſitori. Si verò quis agrum in alia ciuitate habet: in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager eſt. Agri enim tributũ in ea ciuitate debet leuari, in cuius territorio poſſidetur. Quanquam in quibuſdam beneficia perſonis data & immunitates, cum perſonis extinguãtur: tamẽ generaliter locis aut ciuitatibus immunitas ſic data videtur, vt ad poſteros tranſmittatur. Si, cum ego fundum poſſiderem, profeſſus ſum: petitor autẽ eius nõ fuerit profeſſus: actionẽ illi manere placet. In ſeruis deferendis obſeruandũ eſt, vt & nationes eorũ, & ætates, & res, & officia & artificia ſpecialiter deferantur. Lacus quoque piſcatorios & portus in cẽſum dominus debet deferre. Salinæ, ſiquæ ſunt in prædijs,

æquè & ipſę in cenſum deferendæ ſunt. Siquis inquili
» nũ vel colonũ nõ fuerit profeſſus, vinculis cenſualib⁹
tenetur. Quæ poſt cenſũ editũ nata, aut poſtea quæſita ſunt: intra finem operis conſummati, profeſſionibus edi poſſunt. Siquis veniam petierit, vt cenſum ſibi emendare permittatur: deinde poſt hoc impetratum cognouerit ſe non debuiſſe hoc petere, quia res emendationem non deſyderabat: nullum ei præiudi-
» cium ex eo, quòd petijt vt cenſum emendaret, fore,
» ſæpiſſimè reſcriptum eſt.

PAVL. CVM POSSESSOR vnius expediendi negotij cauſa tributorum iure conueniretur, aduerſus cæteros quorum æquè prædia tenentur ei, qui conuẽtus eſt, actiones à fiſco præſtantur: ſcilicet vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferãt. nec in-
» utiliter actiones præſtantur, tametſi fiſcus pecuniam
» ſuam recuperauerit: quia nominum vẽditorum pretium acceptum videtur. Qui non habita ratione tributorum, ex cauſa fideicommiſſi prædia reſtituunt:
» actionem ex diui Pij Antonini literis habent: quam legato quoque ſoluto locum habere voluit. Pro pecunia tributi, quod ſua die nõ eſt redditum: quo minus
» prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur: nec audietur legatarius contradicens ob tributa præteriti temporis, quòd hæres ſoluendo ſit, & is, qui tributis recipiendis præpoſitus fuerat.

CELS. » COLONIA Philippenſis iuris Italici eſt.

PAVL. » IVRIS ITALICI ſunt τρῳάς, βηρυτὸς,
» δυῤῥάχιον.

» IN LVSITANIA Pacenſes & Emeritenſes
» iuris Italici ſũt. Idem ius Valẽtini & Lacetani habẽt.
» Barcinonenſes quoque ibidem immunes ſunt. Lug-

» dunenſes Galli, item Viennenſes & Narbonenſes iu»
» ris Italici ſũt. In Germania inferiori Agrippinẽſes iu»
» ris Italici ſunt. Laodicea in Syria, & Berytos in Phœ»
nice iuris Italici ſunt: & ſolum earum. Eiuſdem iuris
» & Tyriorum ciuitas à diuo Vero & Antonino facta
» eſt. Diuus Verus & Antoninus Antiochẽſes colonos
fecit, ſaluis tributis. Imperator noſter Antoninus ci»
» uitatem Emiſenorum coloniam & iuris Italici fecit.
» Diuus Veſpaſianus Cæſarienſes colonos fecit, nõ ad»
» iecto vt & iuris Italici eſſent: ſed tributum his remiſit
» capitis. ſed diuus Titus etiam ſolum immune factũ
» interpretatus eſt. Similes his Capitulenſes eſſe viden»
» tur. In prouincia Macedonia Dyrracheni, Caſſãdriẽ»
» ſes, Philippẽſes, Dienſes, Stobienſes, iuris Italici ſunt.
» In prouincia Aſia duæ ſunt Italici iuris, Troas, & Pa
» riũ. In Pyſidia eiuſdem iuris eſt colonia Antiochen»
» ſium. In Aphrica Carthago, Vtice, Leptis magna à di
uis Vero & Antonino iuris Italici factæ ſunt.

DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE.

» VERBVM HOC ſiquis, tam maſculos VLP.
quàm fœminas complectitur. »

» VRBIS appellatio, muris: Romæ PAVL.
autem, continentibus ædificijs finitur: »
quod latius patet. Cuiuſque diei maior
» pars eſt horarũ ſeptẽ primarum diei, nõ ſupremarũ.

ITINERE faciendo viginti milia paſſuum in
dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipiẽda, vt ſi poſt
hãc dinumerationẽ minus quàm viginti milia ſuper»
» ſint, integrũ diem occupent: veluti ſi x x I milia paſ»
ſuũ ſunt, biduũ eis attribuetur. quæ dinumeratio ita

demũ colligenda erit, ſi de die non cõueniat. Eius, qui
» apud hoſtes deceſſit: dici hæreditas non poteſt, quia
ſeruus deceſſit.

PAVL. » PECVNIAE appellatione rem ſignificare Proculus ait.

REI APPELLATIO latior eſt, quàm pecuniæ: quia ea etiam, quæ extra computationẽ patri-
» monij noſtri ſunt, continet: cum pecuniæ ſignificatio
ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt. Opere legato
» vel conducto, his verbis ſignificari Labeo ait id opus
» quod Græci ἀποτέλεσμα vocant: id eſt ex opere fa-
cto corpus aliquod perfectum.

VLP. » NOMINIS & rei appellatio ad omnẽ contra-
» ctum & obligationem pertinet. Verbum, ex legibus,
» ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia, quàm
ex verbis.

» SPONSIO APPELLATVR nõ ſolũ, quæ
» per ſponſi interrogationem fit: ſed omnis ſtipulatio
promiſſióque.

» VERBVM oportebit, tam præſens quàm futu
» rum tempus ſignificat. Actionis verbo non contine-
tur exceptio.

VLP. » MARCELLVS apud Iulianum tractans no-
» tat verbo rapuiſſe, & ſciſſum & fractum cõtineri, &
vi raptum.

» CREDITORES accipiẽdos eſſe conſtat eos,
quibus debetur ex quacunque actione vel perſecu-
tione vel iure ciuili ſine vlla exceptionis perpetuæ re-
motiõe, vel honorario vel ordinario vel extraordina-
rio: ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub cõditione. Quòd,
» ſi natura tantum debeatur, non ſunt loco creditorũ.
Sed, & ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, cre
ditores accipiuntur.

CREDITORVM appellatione non ij tantũ accipiũtur,qui pecuniam crediderũt,ſed omnes,qui» bus ex aliqua cauſa debetur. CAIVS

SI CVI ex empto vel ex locato vel alio contra» ctu vllo debetur:ſed,& ſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditoris loco accipi.quòd,ſi ex popula» ri cauſa,ante litis conteſtationẽ,rectè dicetur credito» ris loco non eſſe. Minus ſoluit,qui tardius ſoluit·nam & tempore minus ſoluitur.

MVLIERIS appellatione etiam virgo viripo» tens continetur. Res abeſſe videntur(vt Sabinus ait, & Pædius probat)etiam eæ,quarũm corpus manet, ſed forma mutata eſt.& ideò,ſi corruptę redditæ ſint vel tranſfiguratæ, videri abeſſe:quoniam plerunque plus eſt in manus pretio,quàm in re. Deſinere autẽ abeſſe res tunc videtur,cum ſic rediji in poteſtatem, ne amittere poſſeſſionem poſſimus ob hoc,quòd fur» to pridem ſubtracta eſt. Abeſt & ea res,quæ in rebus humanis non eſt.

LABEO & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentũ ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi,aut tabula raſa pictura, videri rem abeſ» ſe:quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item,ſi dominus rem,quæ ſi» bi furto aberat,ignorans emerit: rectè dicitur res a» beſſe,etiam ſi poſtea id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Rem amiſiſſe vide» tur,qui aduerſus nullum eius perſequendæ actio» nem habet. PAVL.

BONA ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt· Sola enim ea propriè publica dicenda ſunt, quæ Po. Romani ſunt. VLP.

EVM,QVI vectigal Populi Romani condu» CAIVS

» ctum habet, publicanum appellamus: nam publica » appellatio in compluribus cauſis ad Populum Romanum reſpicit. Ciuitates enim loco priuatorum habentur.

VLP. » INTER PVBLICA habemus non ſacra, nec religioſa, nec, quæ publicis vſibus ſunt deſtinata: ſed ſiqua ſunt ciuitatum: velut bona ſeu peculia ſeruorum ciuitatum, proculdubio publica habentur. » Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus » vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum: item ſalinarum, & metallorum, & » piſcariarum.

PAVL. MVNVS tribus modis dicitur: vno donum. » & inde munera dici dari mittive. Altero onus: quod, » cum remittitur, vacationem militiæ muneriſque » præſtat: inde immunitatem appellari. Tertio offici» um. vnde munera militaria: & quoſdam milites mu» nifices vocari. Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

VLP. » LABEO libro I Prætoris Vrbani definit, quòd » quædam agantur, quædam gerantur, quædam con» trahantur: & Actum quidem generale verbum eſſe, ſiue verbis quid agatur, vt in ſtipulatione, ſiue re, vt in numeratione pecuniæ. Contractum autem vltro » citróque obligationem eſſe: quod Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationẽ, » conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

» VERBA contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius.

PAVL. PRINCEPS bona concedendo videtur etiam » obligationes concedere.

CAIVS PLVS EST in reſtitutione, quàm in exhibi-

» tione·Nam exhibere eſt præſentiam corporis præ»
» bere. reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere, fructúſ»
» que reddere: pleraque præterea reſtitutionis verbo
continetur.

» REI APPELLATIONE & cauſæ & iura VLP.
continentur.

NIHIL eſt aliud hæreditas quàm ſucceſſio in CAIVS
vniuerſum ius quod defunctus habuit.

RECTE dicimus eum fundum totum noſtrũ PAVL.
» eſſe, etiam cuius vſuſfructus alienus eſt: quia vſuſfru
ctus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt via & iter.
» Falsò dictum eſt, meũ eſſe cuius nõ poteſt vlla pars
» dici alterius eſſe. hoc & Iulianus. Et eſt verius, quod
» Q. Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiſo
» ſignificari: nam quod pro indiuiſo noſtrum ſit, id nõ
» partem, ſed totum eſſe. Seruius non ineleganter par»
» tis appellatione vtrunque ſignificari.

» PARTVM non eſſe partem rei furtiuæ Scæuo VLP.
la lib. XI Quæſtionum ſcribit. »

» AGER eſt locus qui ſine villa eſt: Stipendium à
» ſtipe appellatum eſt: quòd per ſtipes id eſt modica
» æra colligatur. Idem hoc etiam tributũ appellari Pom
» ponius ait. & ſanè appellatur à contributione tribu»
» tum: vel ex eo, quòd militibus tribuatur.

» ALIENATIONIS verbum etiam vſuſca» PAVL.
» pionem continet: vix eſt enim, vt nõ videatur aliena»
» re, qui patitur vſucapi. Eum quoque alienare dicimꝰ,
» qui non vtendo amiſit ſeruitutes. Qui occaſione ac»
» quirendi non vtitur, non intelligitur alienare: velu»
ti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra cer»
tum tempus datam non amplectitur. Oratio,
quæ neque coniunctionem neque diſiunctionem
habet, ex mente pronuntiantis vel diſiuncta vel

coniuncta accipitur.

CONIVNCTIONEM enim nonnunquam
» pro diſiunctione accipi Labeo ait: vt in illa ſtipulatio,
ne, Mihi hæredíque meo? Te hæredémque tuum.

PAVL. SILVA cædua eſt (vt quidam putant) quæ in
» hoc habetur, vt cęderetur. Seruius eam eſſe, quæ ſuc-
» ciſa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcatur. Sti-
» pula illecta eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, necdum lectę:
» quas ruſtici, cum vacauerint, colligunt. Noualis eſt
» terra præciſa, quæ anno ceſſat. quam Græci νέατορ vo
» cant. Integra autem eſt, in quam nondum dominus
» paſcendi gratia pecus immiſit. Glans caduca eſt, quæ
» ex arbore cecidit. Paſcua ſilua eſt, quę paſtu pecudum
deſtinata eſt.

VLP. » PRATVM eſt, in quo ad fructum percipien-
» dum falce dúntaxat opus eſt: ex eo dictũ, quòd pa-
ratum ſit ad fructum capiendum.

PAVL. MINVS ſolutum intelligitur etiam, ſi nihil eſ-
ſet ſolutum.

VLP. » PALAM, eſt coram pluribus.

PAVL. » ACTIONIS verbo etiã perſecutio cõtinetur.

» RESTITVERE autem is intelligitur qui ſi-
» mul & rem & cauſam actori reddit, quam is habitu-
rus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddi
ta fuiſſet, id eſt vſuſcapionis cauſam & fructum.

VLP. » LITIS nomen, actionem ſignificat, ſiue in rẽ,
ſiue in perſonam ſit.

PAVL. » VERBVM oportere, non ad facultatem Iudi-
cis pertinet, qui poteſt vel pluris vel minoris condẽ-
nare: ſed ad veritatem refertur.

VLP. » OSTENTVM Labeo definit omne contra na
turam cuiuſque rei genitum factúmque. Duo genera
» ſunt oſtentorum. vnum quoties quid contra naturã

naſcitur, tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria eſt. Alterũ, » cum quid prodigioſum videtur, quod Græci φάσμα » τερατῶδες vocant.

SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo » ſubſcriptum eſt. nam veteres ſubſignationis verbo » pro aſſcriptione vti ſolebant. Bona intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. Atteſtari » eſt abſenti denuntiare. Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus. PAVL.

» DETESTATIO eſt denuntiatio facta cum » teſtatione. Serui appellatio etiam ad ancillam refer» tur. Familiæ appellatione liberi quoque continentur. » Vnicus ſeruus, familiæ appellatione non continetur: » nec duo quidem familiam faciunt. VLP.

ARMORVM appellatio non vtique ſcuta & » gladios & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides. CAIVS

PROBRVM & opprobrium idem eſt. Probra » quędam natura turpia ſunt, quędam ciuiliter & qua» ſi more ciuitatis. vtputa furtum, adulterium, natura turpe eſt. enimuero tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis. Nec enim natura » probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneũ incidere. VLP.

» VERBO victus continẽtur, quæ eſui potui, cuiuſque corporis, quæque ad viuendum homini ſunt » neceſſaria. Veſtem quoque victus habere vicem Labeo ait.

» CAETERA quoque, quibus viuendi curandiue corporis noſtri gratia vtimur, ea appellatione ſignificantur. CAIVS

INSTRATVM omne veſtimentum conti» neri quod inijciatur, Labeo ait. Neque enim dubi- VLP.

» um eſt, quin ſtragula veſtis ſit, omne palium περί-
» στρωμα. In victum ergo veſtem accipiemus non ſtra
» gulam. in ſtratum, omnem ſtragulam veſtem.

PRONVNTIATVM & ſtatutum idem po-
» teſt· promiſcue enim & pronuntiaſſe & ſtatuiſſe ſo-
» lemus dicere eos, qui ius habent cognoſcendi. Ma-
» tremfamiliâs accipere debemus eam, quæ non inho-
» neſte viuit· matrem enim familiâs à cæteris fœminis
» mores diſcernunt, atque ſeparant. proinde nihil in-
» tererit, nupta ſit, an vidua: ingenua ſit, an libertina·
» nam neque nuptiæ neque natales matremfamiliâs
» faciunt, ſed boni mores.

PAVL. » LIBERATIONIS verbum eandem vim habet quàm ſolutionis.

CAIVS SOLVTVM non intelligimus eum qui licet
» vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur. Ac ne
» eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſi-
ne vinculis ſeruatur.

VLP. BONORVM appellatio aut ciuilis eſt, aut na-
» turalis. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd be-
» ant, hoc eſt beatos faciunt. beare eſt prodeſſe. In bo-
» nis autem noſtris computari ſciendum eſt non ſo-
lum, quæ dominij noſtri ſunt, ſed, & ſi bona fide à
nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint. Æquè bo-
nis annumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus,
petitionibus, perſecutionibus· nam hæc omnia in bo-
nis eſſe videntur.

CAIVS NVRVS appellatio etiam ad pronurũ & vltrâ
» porrigenda eſt.

APPELLATIONE parentis non tantũ pa
ter, ſed etiã auus & proauus & deinceps omnes ſu-
periores cõtinentur, ſed & mater & auia & proauia.

VLP. PATRONI appellatione & patrona cõtinet.

SAEPE ita comparatum eſt, vt & cõiuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis. interdum & ſoluta pro ſeparatis. nam cum dicitur apud veteres, Agnatorum gentiliúmque.que, pro ſeparatione accipitur. At cum dicitur, ſuper pecunia tutelâve ſua.tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cum dicimus, Quod dedi aut donaui. vtraque continemus. Cum verò dicimus, Quod eum dare facere oportet. quoduis eorum ſufficit probare. Cum verò dicit Prætor, Si donum, munus, operas redemerit. ſi omnia impoſita ſunt, certũ eſt omnia impoſita redimenda eſſe. ex re ergo pro coniunctis habentur. Si quædam impoſita ſunt, cætera non deſyderabuntur. Item dubitatum eſt, illa verba, ope & conſilio, quemadmodum accipienda ſunt: vtrum ex ſententia coniungentium, an ſeparantium. Sed & verius eſt (quod & Labeo ait) ſeparatim accipienda: quia aliud factum eſt eius, qui ope, aliud eius, qui cõſilio furtum facit. ſic enim alij condici poteſt: alij non poteſt. Et ſanè poſt veterum authoritatem eò peruentum eſt, vt nemo ope furtum videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, nec conſilium habuiſſe nocendi, niſi & factum ſecutum fuerit. PAVL.

CONDITIONALES creditores dicuntur ij, quibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vt competat. VLP.

CREDITOR autẽ is eſt, qui exceptione perpetua ſummoueri non poteſt. Qui autẽ temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori. PAVL.

COGNOSCERE inſtrumenta eſt relegere & recognoſcere. Diſpungere eſt conferre accepta & data. Liberorum appellatione continentur non tantũ qui ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris ſunt, VLP.

„ ſiue virilis ſiue fœminini ſexus ſunt, éxve fœminino ſexu deſcendentes.

PAVL. QVIBVS præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinẽ „ rebus quibus præſunt debent: hi magiſtri appellan„ tur: quinetiam ipſi Magiſtratus per deriuationem „ à magiſtris cognominantur. Vnde etiam cuiuſlibet „ diſciplinæ præceptores, magiſtros appellamus, à mo„ nendo vel monſtrando. Perſequi videtur & qui ſa„ tis accipit.

CAIVS LICET INTER geſta & facta videatur quædam eſſe ſubtilis differentia : attamen κατα„ χρηστικῶς inter geſtum & factũ nihil intereſt. Pater„ nos libertos rectè videmur dicere noſtros libertos. „ liberorum noſtrorum libertos non rectè noſtros li„ bertos dicimus.

VLP. „ PORTVS appellatus eſt concluſus locus quo „ importantur merces, & inde exportantur: eáque ni„ hilominus ſtatio eſt concluſa atque munita. inde an„ giportum dictum eſt.

„ LOCVS EST non fundus, ſed portio aliqua „ fundi. Fundus autem integrum aliquid eſt, & plerũ„ que fundum ſine villa accipimus. Cæterum adeò o„ pinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt „ & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo „ eum habuerimus. Non enim magnitudo locum à „ fundo ſeparat, ſed noſtra affectio. Et quęlibet portio „ fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus: „ Necnon & fundus locus conſtitui poteſt. nam ſi „ eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. „ Loci appellationem non ſolum ad ruſtica, verùm ad „ vrbana quoque prædia pertinere Labeo ſcribit: ſed „ fund⁹ quidẽ ſuos habet fines: loc⁹ verò latere poteſt

quatenus determinetur & finietur.

SATISDATIONIS appellatione interdũ PAVL.
» etiam repromiſſio continebitur qua contentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur.

» TIGNI appellatione in lege XII Tab. om- CAIVS
» ne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

» PENES te, amplius eſt, quàm apud te·nã apud VLP.
» te eſt, quod qualitercũque à te teneatur: penes te eſt,
» quod quodammodo à te poſſidetur.

» INTESTATVS eſt non tantum qui teſta- PAVL.
» mentum non fecit, ſed etiam is cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt.

HAEREDIS appellatio non ſolum ad proximum hæredem, ſed etiam ad vlteriores hæredes refertur·nã & hæredis hæres & deinceps, hæredis appellatione continentur. VLP. » »

MERCIS appellatio ad res mobiles tantum pertinet. »

ALIENATVM nõ proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dicitur. Donationis verbum ſimpliciter loquẽdo omnem donationem comprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit. » »

ILLA verba, Arbitratu L. Titij fieri. ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt. »

HAEC verba, Cui rei dolus mal⁹ abfuerit aberit. generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hãc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

SCIENDVM eſt hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi. nam in paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet: veluti in ſubſtitutio- »

MMMM.j.

ne impuberis, Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres eſto. vbi hæredis hæres non continetur, » quia incertus eſt. Item in lege Ælia Sentia fili9 hæres proximus poteſt libertum paternum vt ingratũ accuſare: non etiam ſi hæredi hæres extiterit. idem dicitur in operarum exactione, vt filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus. Verba hæc, Is ad quem ea res pertinet. ſic intelliguntur, vt, qui in vniuerſum dominiũ vel iure ciuili vel iure Prætorio ſuccedit, contineatur.

VLP » ALIVD eſt capere: aliud accipere. capere cum » effectu accipitur. accipere, etiam ſi quis non ſic accipit, vt habeat. ideóque nõ videtur quis capere quod erit reſtituturus. ſicut perueniſſe proprié illud dicitur, quod eſt remanſurum. Hæc verba, Pro his rebus recte præſtari. hoc ſignificant, ne quod periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

PAVL. APPELLATIONE rei pars etiã cõtinetur.

HAEC verba in ſtipulatione poſita, Eam rem re» cte reſtitui. fructus continent. recte enim verbũ, pro » viri boni arbitrio eſt.

» SIGNATORIVS annulus, ornamenti ap» pellatione non continetur.

» RESTITVERE videtur is qui reſtituit, quod habiturus eſſet actor, ſi cõtrouerſia ei facta non eſſet.

DEDISSE intelligendus eſt etiam is qui permutauit vel compenſauit.

IVL. » FRVGEM pro reditu appellari non ſolũ, quod ex frumẽtis aut leguminibus, verumetiam, quod ex vino vel ex ſiluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis ca» pitur, Iulianus ſcribit. fruges omnes eſſe, quibus ho» mo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnes aut aues » feráſve aut poma fruges dici. Frumentum autem id

» eſſe quod ariſta in ſe teneat, rectè Gallũ definiſſe. Lu» pinum verò & fabas, fruges potius dici: quia nõ ari» ſta, ſed ſiliqua cõtinentur: quæ Seruius apud Alphenum frumento contineri putat.

INTERDVM proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo qui poſſeſſiões ſuas legaſſet, reſponſum eſt. PAVL. »

IMPENSAE neceſſariæ ſunt quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Vtiles im» penſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotẽ faciant, deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus mulieri acquiratur: ſicuti arbuſti paſtinationes vltra quàm » neceſſe fuerat: item doctrinam puerorũ: quarum no» mine onerari mulierem ignorantem vel inuitam nõ oportet, ne cogatur fundo aut mancipijs carere. In his impenſis & piſtrinum & horreum inſulæ dotali adiectum plerunque dicemus. Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem dúntaxat ornant, non etiam fructũ augẽt: » vt ſunt viridaria, aquę ſalientes, incruſtationes, lorica tiones, picturæ.

IN generali petitione legatorum etiam datæ li» bertates continentur ex mente legis XII TAB.

» CVM Prætor dicat, vt opus factum reſtituatur: » etiam damnum datum actor cõſequi debet. Nã ver» bo reſtitutionis, omnis vtilitas actoris continetur.

VERBVM amplius, ad eum quoque pertinet: cui nihil debetur: ſicuti ex contrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

» PROPRIE bona dici nõ poſſunt, quę plus incommodi quàm commodi habent. IAB.

FILII appellatiõe omnes liberos intelligim⁹. PAVL.

» NERATIVS Priſc⁹ tres facere exiſtimat collegium. & hoc magis ſequendum eſt. MARC.

CELS. » QVID aliud ſunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter ſe habentia, vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

MARC. » VT ALPHENVS ait, vrbs eſt Roma, quæ » muro cingeretur. Roma eſt etiam, qua continentia ædificia eſſent. Nam Romã non muro tenus æſtimari, ex cõſuetudine cottidiana poſſe intelligi, cũ diceremus Romã nos ire, etiã ſi extra vrbem habitaremus.

CELS. PROPEMODVM tantum quiſque pecuniæ » reliquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. ſic dici» mus centum aureos habere, qui tantum in prædijs » cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, quanquam is fundus hæreditaria pecunia comparari poteſt: neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicet, quicquid ex ea parari poteſt.

POMP. » BOVES magis armentorum quàm iumentorũ » nomine appellantur. Hoc ſermone, dum nupta erit, » primæ nuptiæ ſignificantur. Inter reddere & edi ra» tiones, multum intereſt: nec is, qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem iubetur, etiam, ſi, quod reliquum ſit apud eũ, non ſoluat.

VLP. QVI VTI optimæ maximæq; ſunt ædes tradit: non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi, ſed illud ſolum, ipſas ædes liberas eſſe: hoc eſt, nulli ſeruire.

PAVL. » MEORVM & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

» PROXIMVS eſt, quẽ nemo antecedit. ſupre» mus eſt quem nemo ſequitur.

CELS. MOVENTIVM, item mobilium appellatione idem ſignificamus: ſi non apparet defunctum animalia dũntaxat, quia per ſe ipſa mouentur, vocaſſe

mouentia. quod verum eſt.

VERBVM reddendi quanquam ſignificatum „ habet retrodandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

„ POTEST reliquorum appellatio & vniuerſos ſignificare. MART.

LITTVS eſt quouſq; maximus fluctus à ma„ri peruenit. ſdque M. Tulliũ aiũt, cum Arbiter eſſet, „ primûm conſtituiſſe. Prædia dicimus aliquorum eſſe non vtique communiter habẽtium ea, ſed alio aliud habente. CELS.

CVM ſtipulamur, Quanta pecunia ex hæreditate L. Titij ad te peruenerit? res ipſas quæ peruenerint, non pretia earum ſpectare videmur.

CVM BIS VI Cal. eſt, nihil refert priore an poſteriore die quis nat⁹ ſit. & ſic deinceps VI Cal. „ eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro vno die ha„betur. ſed poſterior dies intercalatur, non prior. ideò, „ quo anno intercalatum non eſt, VI Cal. natus, cum „ bis VI Cal. eſt, priorem diem natalem habet. Cato „ putat menſem intercalarem addititium eſſe, omnéſ„que eius dies pro momento temporis obſeruat, ex„tremóq; diei mẽſis Februarij attribuit Q. Mutius. „ Menſis autẽ intercalaris conſtat ex diebus XXIX.

NOTIONEM accipere poſſumus, & cognitionem, & iuriſdictionem. Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ coniunctæ ſunt: vtputa Galliam, & Prouinciam. Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur. Inſtrumentorum appellatione, quæ comprehendantur, perquâm difficile erit ſeparare. Quæ enim proprie ſunt inſtrumẽta, propter quæ dilatio danda ſit, vnde dignoſcemus: ſi in præſentiam VLP.

» ASSIGNARE libertũ hoc eſt, teſtificari cui⁹ » ex liberis libertum eum eſſe velit.

DEBITOR intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia poteſt.

» SEQVESTER dicitur apud quẽ plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, quòd occurrẽti aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur.

BONAE fidei emptor eſſe videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum, qui vẽdidit, ius putauit vendẽdi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe.

» CENSERE eſt cõſtituere & præcipere. vnde etiã dicere ſolemus, Cẽſeo vt hoc facias. & Senatũ aliquid cẽſuiſſe. inde Cẽſoris nomẽ videtur eſſe tractũ.

» LITTVS publicum eſt eatenus, quà maximè fluctus æſtuat. Idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt.

» MORBVS ſonticus eſt, qui cuique rei nocet.

» SOLVENDO nemo intelligitur niſi, qui ſolidum poteſt ſoluere.

QVAESTIO eſt, fund⁹ à poſſeſſione, vel agro, vel prædio quid diſtet. Fundus eſt omne, quicquid ſolo cõtinetur. Ager eſt ſpecies fundi, quæ ad vſum hominis comparatur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat: quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos nõ pertinet, aut nec poteſt pertinere: hoc poſſeſſionem appellam⁹. poſſeſſio ergo vſus: ager proprietas loci eſt. prędiũ vtriuſque ſupraſcriptæ generale nomen eſt: nam & ager, & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

QVISQVIS mihi alius filius filiive, hæres ſit. » Labeo ait non videri filiam contineri. Proculus

» cõtrà. Mihi Labeo videtur verborum figuram ſequi: » Proculus mentem teſtantis. Reſpondi, Non dubito » quin Labeonis ſententia vera non ſit.

» NON POTEST videri min⁹ ſoluiſſe is aduerſus quem amplioris ſummæ actio non competit.

POMP. » HOSTES ij ſunt qui nobis, aut quibus nos pu» blice bellum decreuimus. cæteri latrones aut prædones ſunt.

HAEREDITATIS appellatio ſine dubio cõ» tinet etiam damnoſam hæreditatem. iuris enim nomen eſt, ſicuti bonorum poſſeſſio.

» VERBIS legis XII Tab. his, Vti quiſque le» gaſſit, ſuæ rei ita ius eſto. latiſſima poteſtas tributa videtur & hæredes inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi: ſed interpretatione coanguſtatum eſt legum, vel authoritate iura conſtituentium.

VSVRA pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt: quia nõ ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt ex noua obligatione.

» SERVIVS ait, ſi ita ſcriptũ ſit, Titio filiiſque » meis hoſce tutores do. maſculis dũtaxat tutores datos: quoniam à ſingulari caſu, hoc eſt filio, ad pluralẽ videtur tranſiſſe continentem eundem ſexum, quem ſingularis caſus prior poſit⁹ habuiſſet. Sed hoc facti, non iuris habet quæſtionem. poteſt enim fieri, vt in ſingulari caſu de filio ſenſerit: deinde plenius omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dãdo voluerit. quod magis rationabile eſſe videtur.

» VERBVM erit, interdum etiam præteritum, » nec ſolum futurũ tempus demõſtrat: quod eſt nobis neceſſariũ ſcire, vt cũ codicilli ita confirmati teſtamẽto fuerint, Quod in codicillis ſcriptum erit. vtrúmne

futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat. Quod » quidem ex voluntate ſcribentis interpretãdum eſt. » Quemadmodum autem hoc verbum eſt, non ſolum » præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum erit: non ſolum futurum, ſed interdum etiam præteritum tempus demonſtrat. nam cum di» cimus, L. Titius ſolutus eſt ab obligatiõe. & præter» itum & præſens ſignificamus: ſicut hic, L. Titius obligatus eſt. & idem erit cum ita loquimur, Troia capta eſt. non enim ad præſentis facti demonſtrationẽ refertur is ſermo, ſed ad præteritum.

HAEC verba, ille aut ille, non ſolum diſiũctiuæ, » ſed etiam ſubdiſiunctiuæ orationis ſunt. diſiunctiuũ » eſt, veluti cum dicimus, aut dies aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero poni alterũ. Ita ſimili figuratione verbum aut, poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. Subdiſiunctiuorum autem genera ſunt duo: vnum cum ex propoſitis finibus ita non poteſt vtrunque eſſe, vt poſſit neutrum » eſſe, veluti cum dicimus Aut ſedet, aut ambulat. nã, » vt nemo poteſt vtrunque ſimul facere, ita aliquis » poteſt neutrum: veluti is, qui accumbit. Alterius ge» neris eſt, cum ex propoſitis finibus ita nõ poteſt neu» trum eſſe, vt poſſit eſſe vtrunque. veluti cũ dicimus, Omne animal aut facit aut patitur. nullũ enim animal eſt, quod nec faciat nec patiatur: at poteſt ſimul & pati & facere. PROC.

» NEPOS Proculo ſuo S. Ab eo qui ita dotẽ promiſit: Cum cõmodum erit, dotis filiæ meæ tibi erũt aurei c. putâſne protinus nuptijs factis dotem peti poſſe? Quid, ſi ita promiſiſſet? Cũ potuero, doti erũt aurei c. putâſne protinus? Quòd, ſi aliquam vim ha

beat poſterior obligatio, poſſit verbum quomodo interpretaris, vtrum ære alieno deducto? an extante?
» Proculus, Cum dotem quis ita promiſit, Cum potu» ero, doti tibi erũt C. exiſtimo ad id, quod actum eſt, » ĩterpretationẽ redĩgẽdã. Nã qui ambigue loquitur, » id loquitur, quod ex ijs, quæ ſignificantur, ſenſit. pro» pi⁹ eſt tamẽ vt eũ ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno. poteſt & alia accipi ſignificatio, cum ſalua dignitate mea potero. quæ interpretatio magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt, Cum cõmodum erit. hoc eſt, cum ſine incommodo meo potero.

SI, CVM fundum tibi darem, legem ita dixi, Vti optim⁹ maximúſque eſſet. & adieci, ius fundi deterius factum non eſſe. per dominũ præſtabitur. amplius eo præſtabitur nihil: etiã ſi prior pars, qua ſcriptum eſt, Vti optimus maximúſque ſit, liberum eſſe ſignificat: eóque, ſi poſterior pars adiecta non eſſet, liberum præſtare deberem: tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quàm ius per dominum deterius factum non eſſe.

PAVL. VESTIS appellatiõe tam virilis quàm muliebris, & ſcenica, etiam ſi tragœdica aut citharœdica ſit, continetur.

VLP. SPADONVM generalis appellatio eſt: quo nomine tum ij, qui natura ſpadones ſunt, tum Thlibię » & Thlaſiæ, ſed, & ſi quod aliud genus ſpadonũ eſt, » continetur.

PAVL. QVI mortui naſcuntur, neque nati, neq; procreati vidẽtur: quia nũquã liberi appellari potuerũt.

VLP. » LEGE obuenire hæreditatem non improprie quis dixerit etiã eã quæ ex teſtamẽto defertur: quia » lege XII Tab. teſtamẽtarię hęreditates cõfirmãtur.

ALIVD eſt fraus: aliud pœna. Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt. Pœna eſt noxæ vindicta. Fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio. Inter multã autem & pœnam multum intereſt· cum pœna generale ſit nomẽ, omnium delictorum coerctio. multa ſpecialis peccati: cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt. Pœna autem non tantum pecuniaria, verùm & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit qui multã dicit. pœna nõ irrogatur, niſi quæ quaq; lege vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimò multa ibi dicitur, vbi ſpecialiter pœna non eſt impoſita. Itẽ multã is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt. Magiſtratus ſolos & Præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti executio competit.

ANNICVLVS amittitur, q extremo anni die moritur: & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat, Ante diem decimum Calendarum, poſt diem decimum Calendarum. neutro enim ſermone decimus dies ſignificatur. Falſum eſt eã peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt. CAIVS

SI QVIS ſic dixerit, vti intra diem mortis ei9 aliquid fiat: ipſe quoque dies quo quis mortu9 eſt, numeratur. VLP.

ANNICVLVS nõ ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſimoſexageſimoquinto die dicitur, incipiente planè, nõ exacto die: quia annũ ciuiliter non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. PAVL.

QVAERET aliquis, ſi portentoſum, vel monſtroſum, vel debilem mulier ediderit, vel qualẽ viſu VLP.

vel vagitu nouum non humanæ figuræ, ſed alterius animalis magis quàm hominis partum: an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat. Et magis eſt, vt hi quoque parẽtibus proſint. Nec enim eſt, quod eis imputetur, qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerũt: neque id, quod fataliter acceſſit, matri damnum iniungere debet.

» GENERI appellatiõe, & neptis & proneptis tam ex filio quàm ex filia editarum, cæterarúmque maritos contineri manifeſtum eſt.

PAVL. » TER ENIXA videtur, etiam quæ tergeminos peperit.

» HAEREDITATIS appellatione, bonorum quoque poſſeſſio continetur.

VLP. AEDIFICIA Romæ fieri etiam ea videntur: quæ in continentibus Romæ ædificijs fiunt. Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit.

PAVL. CEPISSE quis intelligitur, quanuis alijs acquiſiuit.

VLP. ETIAM ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo vtero edere poſſit: necnon etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quẽ mortis tempore non habuit: vtputa eum, qui ab hoſtib9 remeauit.

PAVL. TRIPLICI modo intelligitur cõiunctio. aut enim re per ſe cõtingit cõiunctio: aut re & verbis aut verbis tãtũ. nec dubiũ eſt, quin cõiuncti ſint, quos & nominũ & rei complex9 iũgit: veluti, Titius & Meuius ex parte dimidia hæredes ſunto. vel ita, Titius cum Meuio ex parte dimidia hæredes ſunto. Videamus autẽ ne etiã, ſi hos articulos detrahas, &, que, cum, interdum tamen coniunctos accipi oporteat:

veluti, L. Titius P. Meuius hæredes ſunto ex parte dimidia. vel ita, P. Meuius L. Titius hæredes ſunto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto. vt Titiꝰ & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis cõiuncti videantur. L. Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte, qua L. Titium hæredem inſtitui, hæres eſto: Sempronius ex parte dimidia hęres eſto. Iulianus dubitari poſſe ait, an tres ſemiſſes facti ſint: an Titius in eundem ſemiſſem cum Caio Seio inſtitutus eſt. Sed eo, quòd Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſt in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.

ID APVD ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. Habetur enim quod peti poteſt. VLP.

LIB. Memorabilium Maſuriꝰ ſcribit pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine, amicam: paulo honeſtiore, concubinā appellari C. Flaccus in libr. de iure Papyriano ſcribit. pellicē nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat. quoſdam, quæ vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit: quam Græci παλλακὴν vocant. PAVL.

VIRILIS appellatione interdum etiam totā hæreditatem contineri dicendum eſt. VLP.

SOCERI & ſocrus appellatione auum quoq; & auiam vxoris vel mariti contineri reſpondetur. HER.

QVI in continētibus Vrbis nati ſunt, Romę nati intelliguntur.

NON eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia eſt. hæc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos. ſemper plurali numero profertur, ſicut & pugillares & codicilli.

NAM quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.

SI ITA à te ſtipulatus fuero, Quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

TER. DELATA hæreditas intelligitur quã quis poſſit adeundo conſequi.

CAIVS HOMINIS appellatione tam fœminã, quàm maſculum contineri non dubitatur.

TER. INTELLIGENDVS eſt mortis tẽpore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

MART. MILLE paſſus non à muro Vrbis, ſed à continentibus ædificijs numerandi ſunt.

LIC. PROXIMI appellatione etiam ille cõtinetur, qui ſolus eſt.

MAIORE parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiã ſi duobus menſibus poſſederit: ſi modo aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit.

CAEL. QVANTVM ad iuris pertinet largam ſignificationem, paries eſt, ſiue murus, ſiue maceria eſt. Itẽ via eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

CELS. IN VSV iuris frequẽter vti nos Caſſellius ait ſingulari appellatiõe, cum plura generis eiuſdem ſignificare vellemus: nam multum hominem veniſſe Romam, & piſcem vilem eſſe dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus hæredem cauere, Si ea res ſecundũ me hæredémve meum iudicata erit. & rurſus, Quod ob eam rem te hæredémve tuũ. nempe æquè ſi plures hæredes ſint, continentur ſtipulatione.

VLP. ETIAM aureos numos æs dicimus.

CAETERORVM & reliquorum appellatione

» etiam omnes continentur: vt Marcellus ait circa eũ, » cui optio ſerui legata eſt: cæteri Sempronio. Nã tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

ILLA verba, optimus maximúſque eſt, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. Sic & circa edictũ Prætoris ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ. Pueri appellatione etiam Puella ſignificatur. Nam & fœminas puerperas appellant recẽtes ex partu: & Græci communiter παῖδας appellant. PAVL.

NON eſt pupillus, qui in vtero eſt.

IN VVLGARI ſubſtitutione, quæ ei, qui ſuprem⁹ morietur, hæres ſubſtituitur: rectẽ hæres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur: exemplo legis XII TAB. ex quibus proximus agnatus etiam ſolus habetur. Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, Si quid filio meo acciderit, Dama ſeruus meus liber eſto. mortuo filio, Dama liber erit. licet enim accidat & viuis, ſecundum vulgi ſermonem etiam mors ſignificatur. POMP.

NOMEN filiarũ & in poſthumã cadere, quæſtionis non eſt: quanuis poſthumę non cadere in eã, quæ iã in reb⁹ humanis ſit, certũ ſit. Portionis nomẽ nõ ſemper dimidiũ ſignificat, ſed prout adiectũ eſt. poteſt enim iubere aliquis & maximam partem partiri: poteſt & viceſimam & quartam: & prout libuerit. ſed, ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Habere, ſicut peruenire, cum effectu accipiendum eſt. VLP.

PERVENISSE ad hæredẽ nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno. POMP.

VRBANA familia, & ruſtica non loco, ſed genere diſtinguitur. poteſt enim aliquis diſpenſator, nõ eſſe vrbanorum ſeruorum numero, veluti is, qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibíque habitet,

» & non multum abeſt à villico. Inſularius autem Vrbanorum numero eſt. Videndum tamen eſt, ipſe dominus quo quenq; loco habuerit: quod ex munere » familiæ, & vicarijs apparebit. Pernoctare extra vrbē » intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt. Per enim, totā noctem ſignificat.

VLP. » CARBONVM appellatione materiam nō contineri. ſed an lignorum? Et fortaſſis quis dicet nec lignorum: non enim lignorum gratia habentur. Sed » titiones & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an ſuo generi annumerabimus? Et » magis eſt, vt proprium genus habeant. Sulphurata » quoque de ligno, æquè eādem habebūt diffinitionē. » Ad faces quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehenſa: niſi hæc fuerit voluntas. Idem » & de nucleis oliuarū. ſed & de balanis idem eſt: vel » ſiqui alij nuclei ſunt. De pinu autē integri ſtrobyli, ligni appellatione continebuntur.

PAVL. » PALI & perticæ in numerum materiæ redigēdi ſunt: & ideò lignorū appellatione nō cōtinentur.

NON tantum in traditionibus, ſed etiam in emptionibus, ſtipulatiōibus, & teſtamētis adiectio hęc » Vti optimus maximúſque eſt. hoc ſignificat, vt libe» rum præſtetur prædium: non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

VLP. HAEREDIS appellatiōe omnes ſignificari ſucceſſores credēdum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi.

POMP. » PERVENISSE ad te rectè dicitur, quod per te ad aliū peruenerit: vt in hæreditate à liberto per » patronum filiumfamiliâs patri eius adoptiuo acquiſita reſponſum eſt.

VLP. » LIBERTI appellatione etiam libertam contineri placuit.

» COLLEGARVM appellatione ij continentur qui eiuſdem ſunt poteſtatis. Qui extra continentia vrbis eſt, abeſt: cæterũ vſque ad continentia non abeſſe videbitur.

» ALIVD eſt promittere furẽ non eſſe: aliud furto noxâque ſolutum. Qui enim dicit furem non eſſe, » de hominis propoſito loquitur. qui furto noxâque ſo» lutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

» FACIENDI verbo, reddendi cauſa etiam cõtinetur. POMP.

» SOLVTIONIS verbo ſatiſfactionẽ quoque » omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eũ qui fecit id, quod facere promiſit. VLP.

» NATVRA cauillationis, quam Græci σωρίτην appellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

» PECVNIAE verbum, non ſolùm numeratam » pecuniam complectitur, verum omnem omnino po» tẽtiam, hoc eſt omnia corporea. Nam corporea quæ» que pecuniæ appellatione cõtineri, nemo eſt, qui igno» ret. Hæreditas nomen iuris eſt, quod & acceſſionẽ & » deceſſionem in ſe recipit. Hæreditas autẽ vel maximè » fructibus augetur. Actionis verbũ & generale eſt & » ſpeciale. Nã omnis actio dicitur, ſiue in perſona, ſiue in rem ſit petitio. Sed plerunque actiones, perſonales » ſolemus dicere. Petitionis autem verbo, in rem actio» nes ſignificari videntur. Perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri: vtputa fideicõmiſſorum, & ſiquæ aliæ ſunt quæ non habẽt iuris or» dinarij executionẽ. Hoc verbũ debuit, omnẽ omnino » actionem comprehẽdere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi fuerit perſecutio.

INTER hæc verba, Quãti ea res erit. vel, Quãti eam rem eſſe patet: nihil intereſt. In vtraque enim clauſula placet veram rei æſtimationem fieri.

POMP. „ TVGVRII appellatione omne ædificiũ, quod „ ruſticæ rei magis cuſtodiẽdæ cõuenit, quàm vrbanis ædibus, ſignificatur. Offilius ait tugurium à tecto, „ tanquam tegurium eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur.

„ VERBVM illud pertinere, latiſſime patet. Nã „ & ijs rebus petẽdis aptũ eſt, quæ dominij noſtri ſunt: „ & ijs, quas iure aliquo poſſidemus, quanuis noſtri do„ minij nõ ſint. Pertinere ad nos etiã ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt.

VLP. „ PATERFAMILIAS peculium habere nõ „ poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

„ TABERNAE appellatio declarat omne vtile „ ad habitandum ædificium: non ex eo, quod tabulis claudatur.

PAVL. INDE tabernacula, & contubernales dicti ſũt.

VLP. INSTRVCTAM autem tabernam ſic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat.

„ COMMENDARE nihil aliud eſt quàm deponere.

VERBVM exactæ pecuniæ, non ſolum ad ſolutionem referendum eſt, verũetiam ad delegationem.

„ HABERE, duob[9] modis dicitur: altero iure do„ minij: altero obtinere ſine interpellatione id, quod „ quis emerit. Cautum intelligitur ſiue perſonis ſiue rebus cautum ſit.

„ FACERE oportere & hanc ſignificationẽ ha„ bet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra cõuen„ tionem fieret, & curare ne fiat.

» PROVINCIALES eos accipere debem⁹ qui » in prouincia domicilium habent: non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt.

INTER diuortium & repudium hoc intereſt, » quòd repudiari etiam futurum matrimoniũ poteſt: » non rectę autem ſponſa diuertiſſe dicitur. Quod di» uortium ex eo dictũ eſt, quòd in diuerſas partes eũt: qui diſcedunt.

» HAEC adiectio, plurísve, nõ infinitã pecuniã cõ» tinet: ſed modicã dũntaxat. Adiectio hæc, ſolidorum » decem plurísve ad minuſculam ſummam refertur.

HAEC VERBA, Quanti eam rem patet eſſe, non ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur.

INTER donum & munus hoc intereſt, quod » inter genus & ſpeciem. Nam genus eſſe donum La» beo ait, à donando dictum: ſpeciem munus: nam mu» nus eſſe donum cum cauſa, vtputa natalitium nuptiarum.

PRONVNTIATIO ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrunque ſexũ plerunque porrigitur. Familiæ appellatio qualiter accipiatur, videam⁹. Et qui» dẽ variè accepta eſt: nã & in res & in perſonas didu» citur. In res, vtputa in lege XII. TAB. his verbis, » Agnatus proximus familiã habeto. Ad perſonas au» tẽ refertur familiæ ſignificatio ita, cũ de patrono & li» berto loquitur lex familię, Ex ea (inquit) in eã familiã. » & hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis cõtinetur. Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vni⁹ poteſtate, aut natura aut iure ſubiectę:

vtputa patremfamiliâs, matremfamiliâs, filiumfamiliâs, filiamfamiliâs, quique deinceps vicem eorum ſequuntur: vtputa nepotes & neptes & deinceps. Pater autem familiâs appellatur, qui in domo dominiũ habet, rectéque hoc nomine appellatur, quanuis filium nõ habeat. non enim ſolam perſonam eius, ſed & ius demõſtramus. Denique & pupillum patremfamiliâs appellamꝰ. & cum paterfamiliâs moritur, quotquot capita ei ſubiecta fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere: ſinguli enim patrumfamiliarũ nomẽ ſubeũt. Idémque euenit in eo, qui emancipatus eſt. Nã & hic ſui iuris effectus, propriã familiam habet. Cõmuni iure familiã dicimus omnium agnatorũ. Nam, & ſi patrefamiliâs mortuo, ſinguli ſingulas familias habent: tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadẽ domo & gente proditi ſunt. Seruientiũ quoque ſolemus appellare familiã: vt in edicto Prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis, vbi Prætor loquitur de familia publicanorũ. ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorũ continetur, demõſtratur rei cauſa paratũ: hęc eſt vectigalis cauſa. Alia autẽ parte edicti omnes ſerui continẽtur: vt de hominibus coactis. & vi bonorũ raptorum. item redhibitoria, ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius. & in interdicto Vnde vi, familiæ appellatio omnes ſeruos cõprehendit: ſed & filij continentur. Item appellatur familia plurium perſonarũ, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcũtur: ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriæ. Mulier autẽ familiæ ſuæ & caput & finis eſt.

CAIVS FAMILIAE appellatione & ipſe princeps familiæ continetur. Fœminarũ liberos in familia earum

» non eſſe, palàm eſt: quia, qui naſcuntur, patris, nõ matris familiam ſequuntur.

» INDICASSE reum eſt detuliſſe, arguiſſe, ac
» cuſaſſe, & conuiciſſe.

VRBANA prædia omnia ædificia accipimus, nõ ſolum ea, quæ ſunt in opidis, ſed, & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & vicis: & ſi prætoria voluptati tantũ deſeruiẽtia: quia vrbanũ prędium non locus facit, ſed materia. Proinde ortos quoque, ſi qui ſunt in ædificijs cõſtituti, dicendum eſt vrbanorũ appellatione contineri. Planè, ſi plurimum orti in reditu ſunt, vinearij fortè vel etiam holitorij, magis hęc non ſunt vrbana. VLP.

ABSENTEM accipere debemus eum, qui nõ eſt eo loci, in quo petitur. nõ enim trans mare abſentem deſyderamus. &, ſi forte extra continentia Vrbis ſit, abeſt. cæterum vſque ad continentia non abeſſe videtur, ſi non latitet. Abeſſe non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur.

HAEC ſtipulatio, noxis ſolutum præſtari, nõ exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicã executionem & coerctionem capitalem habent. IVL.

IVSTA interpretatione recipiendum eſt, vt appellatione filij ſicuti filiamfamiliâs contineri ſæpe reſpondimus, ita & nepos videatur cõprehendi: & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur.

CVM IN teſtamento ſcriptũ eſt, vt hæres in funere aut in monumẽto dúntaxat aureos C cõſumeret, nõ licet minus conſumere. ſi amplius vellet, licet: neque ob eam rem cõtra teſtamentũ facere videtur. ALPH.

IN LEGE cẽſoria portus Siciliç ita ſcriptũ erat,
» Seruos, quos domũ quis ducet ſuo vſu, pro his porto- ‘‘
» rium ne dato. Quærebatur, ſi quis à Sicilia ſeruos Ro ‘‘

mã mitteret fundi inſtruendi cauſa: vtrũ pro his hominibus portoriũ dare deberet, nécne. Reſpõdi duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones. Primã, quid eſſet domũ ducere: alteram, quid eſſet vſu ſuo ducere. Igitur quæri ſolet vtrũ vbi quis habitaret, ſiue in prouincia, ſiue in Italia: an dũtaxat in ſua cuiuſque Prouincia domus eſſe rectè diceretur. Sed de ea re rectè conſti-
» tutum eſt, eam eſſe domũ vnicuique noſtrum debere
» exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſua-
» rúmque rerum conſtitutionem feciſſet. Quid autem
» eſſet vſu ſuo, magnam habuiſſe dubitationem. Et magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantum cõtineri. Itémque de ſeruis eadem ratione quæri, qui eorũ vſus ſui cauſa parati eſſent, vtrum diſpẽſatores,
» inſularij, villici, atrienſes, textores, & operarij quoque
» ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa haberẽtur, ex quibus agris paterfamiliâs fructus caperet, quibus ſe toleraret: omnes denique ſerui, quos quiſque emiſſet vt ipſe haberet, atque eis ad aliquã rem vteretur, neque ideò emiſſet, vt venderet. Et ſibi videri eos demũ vſus ſui cauſa patremfamiliâs habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipſius cultum præpoſiti deſtina-
» tique eſſent: quo in genere vectores, cubicularij, coci, adminiſtratores, atque alij, qui ad eiuſmodi vſum parati eſſent, numerarentur.

PAVL. PVERI appellatio tres ſignificationes habet: vnam, cum omnes ſeruos pueros appellamus: alterã, cum puerum cõtrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cum ætatem puerilem demonſtraremus.

» QVI FVNDVM vendidit, pomũ recepit. Nu-
» ces & fic⁹, & vuas dũtaxat duracinas & purpureas, & quę eiuſdẽ generis eſſẽt, quas nõ vini cauſa habere-
» m⁹, quas Gręci τρωξίμος appellarent, recepta videri.

" VINARIA vaſa propriè vaſa torcularia eſſe pla- VLP.
" cet. dolia autẽ & ſerias tandiu in ea cauſa eſſe, quãdiu
" vinũ haberent. cum ſine vino eſſe cœperint, deſinere in eo numero eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſunt: veluti cum frumentum in his abdatur. eãdemque cauſam amphorarum eſſe, vt cũ vinum ha-
" beant, tum in vaſis vinarijs: cum inanes ſint, tũ extra
" numerũ vinariorũ ſint: quia aliud in his abdi poſſit.

MERCIS appellatione homines non contine- AFR.
" ri Mela ait: & ob eam rem mãgones, nõ mercatores,
" ſed venalitiarios appellari ait: & rectè.

BONORVM appellatio, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & nõ ſingulas res demonſtrat.

CORAM Titio aliquid facere iuſſus, non vide- FLOR.
tur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Ita ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat: non videtur coram eo feciſſe. Scire autem, nõ etiam velle is debet. nam & inuito eo rectè fit, quod iuſſum eſt.

IS QVI NATVS ex mancipijs vrbanis eſt, MART.
& miſſus eſt in villam nutriendus: in vrbanis ſeruis conſtituetur.

" FVNDI appellatione omne ædificiũ & omnis FLOR.
" ager continetur. Sed in vſu, vrbana ædificia, ædes. ru-
" ſtica, villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe,
" area: rure autem, ager appellatur. idémque ager cum
" ædificio, fundus dicitur.

" PRAEVARICATORES eos appellamus, VLP.
" qui cauſam aduerſarijs ſuis donant, & ex parte acto-
" ris in partem rei concedunt. À varicando enim præ-
" uaricatores dicti ſunt.

" CEDERE diem, ſignificat incipere deberi pe-
" cuniam. venire diem, ſignificat eũ diem veniſſe, quo

pecunia peti poſſit. Vbi purè quis ſtipulatus fuit: & „ ceſſit, & venit dies. Vbi in diem: ceſſit dies, nondum „ venit. Vbi ſub conditione: neque ceſſit, neque venit „ dies pendente adhuc conditione. Æs alienũ eſt, quod „ nos alijs debemus. Æs ſuũ eſt, quod alij nobis debẽt. „ Lata culpa, eſt nimia negligentia, id eſt, nõ intellige„ re, quod omnes intelligunt.

MART. „ MVNVS propriè eſt, quod neceſſario obimus le„ge, more, imperióve eius, qui iubẽdi habet poteſtatẽ. „ Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, „ officio & ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehẽſio eſt: &, ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. Sed in hoc ventũ eſt, vt non, quodcunque mu„ nus, idem donum accipiatur: at, quod donũ fuerit, id „ munus rectè dicatur.

PAVL. POTESTATIS verbo plura ſignificãtur: in „ perſona Magiſtratuum, imperium: in perſona libero„ rum, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominium. At, cum agimus de noxæ deditione cum eo, qui ſeruũ nõ „ defendit: præſentis corporis copiã facultatémque ſi„ gnificamus. In lege Attinia in poteſtatẽ domini rem „ furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vendicandæ poteſta„ tem habuerit: Sabinus & Caſſius aiunt.

VLP. VERVM eſt eũ, qui in carcere clauſus eſt, nõ videri nec vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

IAB. INTER illam cõditionem, Cum fari potuerit. &, poſtquam fari potuerit. multũ intereſt. poſteriorẽ „ ſcripturã vberiorem eſſe conſtat. Cum fari potuerit. „ arctiorem: & id tantummodo tẽpus ſignificari, quo primùm fari poſſit. Ita data conditione, Illud facito in diebus. ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

VERBVM facere, omnẽ omnino faciendi cau- PAP.
» ſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudi-
candi, ambulandi.

INCONVENTIONIBVS, contrahentiũ voluntates potius quàm verba ſpectari placuit. Cum igitur ea lege fundũ vectigalẽ municipes locauerint, vt ad hæredem eius, qui ſuſceperit, pertineret: ius hæredum ad legatarium quoque tranſferri potuit.

» LIBERORVM appellatione nepotes & pro- CALL.
» nepotes, cæteríque, qui ex his deſcendunt, conti-
» nentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex
» XII TAB. comprehẽdit. Toties enim leges neceſ-
» ſariũ dicunt in cognatione ſingulorũ nominibus vti, veluti filij, nepotis, pronepotis, cæterorúmve, qui ex his deſcendunt: quoties non omnibus, qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ijs ſuccurrerent, quos nominatim enumerarẽt. At, vbi non perſonis certis, non quibuſdã gradibus præſtatur, ſed omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt: liberorum appellatione
» comprehenduntur. Sed Papyrius Fronto lib. III
» Reſponſorum ait: prædio cum villico & contuberna-
» li eius & filijs legato, nepotes quoque ex filijs cõtine-
» ri: niſi voluntas teſtatoris aliter habeat: filij enim ap-
» pellatione ſæpè & nepotes accipi multifariam place-
» re. Diuus quoque Marcus reſcripſit non videri ſine
» liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem reli-
quit. Præter hæc omnia, natura quoque nos docet,
» parentes pios, qui liberorum procreandorum animo
» & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes,
» qui ex nobis deſcendunt, cõtinere. Neque enim dul-
» ciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij
» appellare. etenim idcirco filios filiáſve cõcipimus at-
que edimus, vt ex prole eorũ earúmve, diuturnitatis

nobis memoriam in æuum relinquamus.

PAVL. PAVLVS reſpondi falſum tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt: ſiue habenti tutorem datus eſt, ſiue non. ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamentum non eſt: & modius iniquus, qui modius non eſt.

HERM. PECVNIAE nomine non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli, quàm mobiles: & tam corpora, quàm iura continentur.

PAVL. LATAE culpæ finis eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt. Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefam. honeſtæ familiaritatis quæſita rationibus.

VEN. VINCVLORVM appellatione vel priuata vel publica vincula ſignificantur: cuſtodiæ verò tantum publica cuſtodia.

TRYP. FVGITIVVS eſt nō is, qui ſolum fugiendi à domino, cōſiliū ceperit, licet id ſe factur ū iactauerit: ſed qui in ipſum factū fugæ, vitiū mentis deduxerit. Nā & fur, adulter, aleator quāquā alia ſignificatione, ex animi propoſitione cuiuſque ſola, dici poſſet etiā is, qui nunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, nunquam alienam matremfamiliâs corruperit: ſi modo eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit. tamen oportere hæc eadem crimina aſſumpto actu intelligi: & ideò fugitiuum quoque & » erronem non ſecundum propoſitionē ſolam, ſed cū aliquo actu intelligi conſtat.

PAVL. » MAGNA negligentia, culpa eſt: magna culpa, » dolus eſt.

EX ILLA parte edicti, Eum, quem hæredem eſſe oportet, hæredis hæredibus bonorumpoſſeſſio non defertur. Item in ſubſtitutione his verbis, Quiſ-

quis hæres mihi erit: proximus hæres tantum ſignificatur: imò non tantum proximus hæres, ſed etiam ſcriptus.

MVNICIPES intelligendi ſunt &, qui in eodem municipio nati ſunt.

TRANSACTA finitáve intelligere debemus non ſolùm de quibus cõtrouerſia fuit, ſed etiam quę ſine controuerſia ſunt poſſeſſa.

ET SVNT iudicio terminata, tranſactione cõpoſita, longioris temporis ſilentio finita.

QVOD dicimus eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe: tunc verum eſt, cum de ipſius iure quæritur. alijs autem non prodeſt, niſi natus ſit.

HAEC enuntiatio, Quæ fuit pluris aureorum triginta. ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt. CAIVS

SI CALVMNIETVR, & moretur & fruſtretur. inde & calũniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. inde & cauillatio dicta eſt. Poſt Calend. Ian. die tertio pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur. Telum vulgò quidẽ id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Itaque ſequitur vt lapis & lignum, & ferrum hoc nomine contineã tur. dictúmque ab eo, quòd in lõginquum mittitur: à græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. & hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in græco nomine. Nã quod nos telũ appellam⁹, illi βέλος appellãt: eóque nomine vulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignificatur, quod mittitur manu, vt ἀκόντιον. & id, quod arcu mittitur, apud Gręcos quidẽ ꝓprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autẽ cõmuni nomine telũ appellatur.

„ QVOS nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes „ cum quibus bellum eſſet. Locuples eſt, qui ſatis & idoneè habet pro magnitudine rei, quàm actor reſtituendam eſſe petat. Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere: ſed Offilius ad Atticum ait, his verbis „ & veſtimenta & ſtramenta contineri: ſine his enim „ viuere neminem poſſe.

FERRI proprie dicimus, quæ quis ſuo corpo„re baiulat. portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit. „ agi ea quæ animalia ſunt. Fabros tignarios dicimus „ non eos duntaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes, qui ædificarent.

QVI VENENVM dicit, adijcere debet, vtrũ „ malum an bonũ: nam & medicamenta venena ſunt: „ quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, „ eius naturã, cui adhibitum eſt, mutat. Quin id, quod „ nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: „ apud illos quoque tam medicamenta, quàm quę nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alte„rius nominis diſtinctio fit. Admonet & nos ſummus apud eos poëtarum Homerus ſic dicens,

τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ
λυγρά.

Glandis appellatione omnis fructus cõtinetur: vt Ia„bolenus ait: exemplo græci ſermonis, apud quos om„nes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur.

„ PLEBS eſt cæteri ciues ſine Senatoribus. De„teſtatum eſt, cum teſtatione denuntiatum. Pignus „ appellatum eſt à pugno: quia res, quæ pignori datur,

manu traduntur. vnde etiam videri poteſt verũ eſſe, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis cõſtitui. Noxæ appellatione omne delictum cõtinetur.

DVOBVS negatiuis verbis quaſi permittit lex, magis, quàm prohibuit. idque etiam Seruius animaduertit.

PVPILLVS eſt, qui, cum impubes eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe aut morte, aut emancipatione. Seruorum appellatio ex eo fluxit, quòd Imperatores noſtri vendere captiuos, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. Incola eſt, qui in aliquam regionem domicilium contulit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum, qui in opido morãtur, incolæ ſunt: ſed etiam, qui in alicuius opidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem, recipiant. Munus publicum eſt, officium priuati hominis ex quo cõmodum ad ſingulos vniuerſóſque ciues, rémque eorum, imperio Magiſtratus extra ordinem peruenit. Aduena eſt, quem Græci ἔποικον appellant. Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit. Vrbs ab vruo appellata eſt. Vruare eſt, aratro definire. & Varus ait vruum appellari curuaturam aratri: quod in vrbe condenda adhiberi ſolet. Opidum ab ope dicitur, quòd eius rei cauſa mœnia ſint conſtituta. Territorium eſt vniuerſitas agrorũ intra fines cuiuſque ciuitatis. quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd Magiſtratus eius loci, intra eos fines terrendi, id eſt ſummouendi ius habent. Verbum ſuum ambiguum eſt vtrum de toto, an de parte ſignificet: & ideo, qui iurat ſuum non eſſe, adijcere debet, neque ſibi commune eſſe. POMP.

PAVL. CVM quærebatur, an verbum, Soluto matrimonio dotem reddi: non tantum diuortium, ſed etiam mortem contineret: hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant: & multi putabant hoc ſenſiſſe: & quibuſdam alijs contra videbatur. ſecundum „ hoc Titus Imperator pronuntiauit id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret dos apud maritum.

QVINTVS MVT. „ IN RVTIS & cæſis ea ſunt, quæ terra non „ tenentur, quæque opere ſtructili tectorióve non continentur.

IAB. „ MALVM, nauis eſt. artemonem autem nõ eſſe „ Labeo ait: quia pleræque naues ſine malo inutiles eſ„ ſent: ideóque pars nauis habetur. artemõ autem magis additamentum quàm pars nauis eſt. Inter proie„ ctum & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, quòd pro„ iectum eſſet id, quod ita protenderetur, vt nuſquam „ requieſceret: qualia meniana, ſuggrundia eſſent. „ Immiſſum autẽ, quod ita fieret, vt aliquo loco requi„ eſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterẽtur: Plum„ bum autem, quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe „ ait Labeo: ſed id, quod hypæthrij tegendi cauſa pone„ retur, contrà eſſe. Viduam non ſolum eã, quæ aliquã„ do nupta fuiſſet: ſed eam quandoque mulierem, quæ „ virum non habuiſſet, appellari ait Labeo: quia vidua „ ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus: qui ſine corde, aut „ ſanitate eſſet. ſimiliter viduam eſſe ſine duitate. Stru„ cturam loci alicuius ex tabulis factis, quæ æſtate tol„ lerent, hyeme reponerent: ædium eſſe ait Labeo: quoniã perpetuo vſu parata eſſet. neque ad rem pertinere quòd interim tollerentur.

SCAEV. „ SCAEVOLA reſpondi, Semper acceptum eſt vt libertorum appellatione etiam ij contineri intelligantur, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco ma-

numitterentur: niſi manifeſte is, à quo peteretur, cõtra defuncti voluntatem doceret peti.

SI QVA pœna eſt, multa eſt: ſiqua multa eſt, pœna eſt. Paulus. Vtrunque eorũ falſum eſt. nanque harum rerum diſſimilitudo ex hoc quoque apparet, quòd de pœna prouocatio nõ eſt. ſimul atque enim victus quis eſt eius maleficij, cuius pœna eſt ſtatuta: ſtatim ea debetur. at multæ prouocatio eſt: nec ante debetur, quàm aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt: nec aliter, quàm ſi is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum diſſimilitudo apparere poterit, quia certæ pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt: multæ contrà: quia eius, Iudici poteſtas eſt: niſi quum lege conſtitutum eſt, quantam dicat. IAB.

STATVAE affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut ſimiliter cohærent lignis: non ſunt ædium. Ornatus enim ædium cauſa parantur, non quo ædes perficiãtur. Idem Labeo ait, Prothyrum, quod in ædibus interdum fieri ſolet, ædium eſt. POMP.

APVD Labeonem πιθανῶν ita ſcriptum eſt: Exhibet, qui præſtat eius, de quo agitur, præſentiã. ⋆ Nam etiam, qui ſiſtit, præſtat eius, de quo agitur, præſentiam: nec tamen eum exhibet, qui mutum aut furioſum, aut infantem exhibet. non enim poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere, præſens ſatis aptè appellari poteſt. ⋆ Reſtituit nõ tantum, qui ſolum corpus, ſed etiam, qui omnem rẽ, conditionémque reddita cauſa præſtet. & tota reſtitutio, iuris interpretatio eſt.

DE REGVLIS IVRIS.

PAVL. REGVLA eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat. Non ex regula ius ſumitur: ſed ex iure, quod eſt, regula fit. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. & (vt Sabinus) quaſi cauſæ coniunctio eſt: quæ, ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

VLP. FOEMINAE ab omnibus ciuilibus officijs vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec Iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere: nec poſtulare: nec pro alio interuenire: nec procuratrices exiſtere. Item impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abſtinere.

EIVS eſt nolle, qui poteſt velle.

VELLE non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini.

PAVL. IN NEGOTIIS contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum, qui fari poſſunt, quanuis actum rei non intelligerent. nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia negotia tutore authore agere poteſt.

VLP. NON vult hæres eſſe, qui ad alium tranſferre voluit hæreditatem.

POMP. IVS NOSTRVM non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe: earúmque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus.

IVRA SANGVINIS nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

VLP. SEMPER in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.

SECVNDVM naturam eſt commoda cuiuſq; rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda. PAVL.

ID QVOD noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. POMP.

» IN TESTAMENTIS plenius voluntates teſtantium interpretantur. PAVL.

NON videtur cœpiſſe, qui per exceptionem remouetur. VLP.

» IN OMNIBVS obligationib⁹, in quibus dies » non apponitur, præſenti die debetur. POMP.

QVI actionem habet ad rem recuperãdam, ipſam rem habere videtur. PAVL.

IMAGINARIA venditio nõ eſt pretio accedente.

CVM tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt pro hærede adiectũ: niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tẽpus adijcitur.

QVAE legata mortuis nobis ad hæreditatẽ no» ſtram trãſeunt, eorum commodum per nos ijs, quo» rum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus: aliter atque cum ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes omnino eis acquirimus, etiam ſi libertate nobis præſtita à dominis, conditio exiſtat. POMP.

SI FILIVSFAMILIAS ſub cõditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit cõditio: patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

QVI cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius: hæredi autem eius hoc imputari non poteſt: cum non ſponte cum legatarijs contrahit. Non ſolet doli exceptio nocere ijs, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. VLP.

OOOO.j.

POMP. QVOTIES dubia eſt interpretatio libertatis: ſecundum libertatem reſpondendum erit.

VLP. » NON debet, cui, quod plus eſt, licet: quod minus eſt, non licere.

» IN PERSONAM ſeruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonę fidei iudicijs confertur in arbitriũ domini vel procuratoris eius conditio: pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

CONTRACTVS quidam dolũ malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam. Dolũ tantum, depoſitum & precarium. dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acce» ptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In ijs quidam & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit vel plus vel minus in ſingulis contractibus. nã hoc ſeruabitur, quod initio conuenit. legem enim contractui dedit. excepto » eo, quod Celſus putat non valere, ſi cõuenerit, ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei iudicio contrariũ eſt. & ita vtimur. Animalium verò caſus morteſque, quæ ſine culpa accidunt: fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonũ à nullo præſtãtur.

PAVL. QVATENVS, cuius interſit: in facto, nõ iure conſiſtit.

POMP. PLVS cautionis in re eſt quàm in perſona.

VLP. QVI POTEST inuitis alienare: multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

POMP. NEC EX Prætorio, nec ex ſolẽni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt: quãuis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari

& ipſo Iure, & per pacti cõuenti exceptionem· quia „ actionum modus vel lege vel per Prætorẽ introdu- ctus, priuatorum pactionibus, non infirmatur: niſi tunc, cum inchoatur, pacto inter eos cõuenit.

„ DIVVS Pius reſcripſit eos, qui ex liberalitate ſua conueniuntur: in id, quod facere poſſunt, condẽnandos. VLP.

„ QVOD initio vitioſum eſt: nõ poteſt tractu tẽporis conualeſcere.

„ NVPTIAS, non cõcubitus, ſed cõſenſus facit.

VERVM eſt neque pacta neque ſtipulationes factum poſſe tollere· Quod enim impoſſibile eſt: neque pacto neque ſtipulatione poteſt comprehẽdi: vt vtilem actionem aut pactum efficere poſſit.

QVOD attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur· non tamẽ & iure naturali: quia, quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

IN EO quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri petiturus eſt: durior cauſa eſt petitoris. POMP.

SEMPER in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt. Quòd, ſi non appareat, quid actum eſt: cõſequens erit, id vt ſequamur, quod in regione, in qua actũ eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neq; regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum eſt, redigẽda ſumma eſt. VLP.

NIHIL tã naturale eſt, quàm eo genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt. ideò verborũ obligatio, verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio, cõtrario conſenſu diſſoluitur.

„ CVLPA EST immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. POMP.

„ NEMO, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. VLP.

» QVICQVID calore iracũdiæ vel fit vel dici» tur: non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia ap» paruerit iudicium animi fuiſſe. ideóque breui reuer» ſa vxor, nec diuertiſſe videtur. PAVL.

ALTERIVS circunuentio, alij non prębet a» ctionem.

» CVLPA CARET, qui ſcit, ſed prohibere nõ poteſt. VLP.

» NON videtur quiſquã id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. CAIVS

» NON defendere videtur non tantũ, qui latitat, » ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut nõ vult ſuſcipere actionem. VLP.

» CVIVS per errorem dati, repetitio eius eſt, con ſultò dati donatio eſt. PAVL.

» NEMO plus iuris ad aliũ tranſferre poteſt, quã ipſe habet. VLP.

» NVLLVS videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur. CAIVS

» SEMPER in dubijs benigniora præferenda ſunt.

» BONA fides nõ patitur, vt bis idem exigatur.

» EX POENALIBVS cauſis non ſolet in patrẽ de peculio actio dari. VLP.

» HAEREDEM eiuſdẽ poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

» SEMPER, qui nõ prohibet pro ſe interuenire, » mandare creditur. Sed & ſi quis ratũ habuerit, quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

» DOMVM ſuã reficere vnicuique licet: dum non » officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

» HAEREDITAS nihil aliud eſt, quã ſucceſſio i » vniuerſum ius, quod defunct9 habuit tẽpore mortis. IVL.

QVI ſine dolo malo ad iudicium prouocat, nō videtur moram facere.

EA, QVAE rarò accidunt, non temere agendis negotijs computantur.

EA EST natura cauillationis, quam Gręci σωρίτην appellant, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

MARCELLVS ait, Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

QVOTIES idem ſermo duas ſentētias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

PAVL. IN OMNIBVS cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonę conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. vbi verò gen⁹ actionis id deſyderat, ibi (ad quemuis perſecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.

INVITO beneficium non datur.

VLP. NEMO poteſt gladij poteſtatem ſibi datā, vel cuius alterius coerctionis ad alium tranſferre.

IAB. OMNIA quæcūque cauſæ cognitionem deſyderant, per libellum expediri non poſſunt.

FRVCTVS rei eſt vel pignori dare licere.

PAVL. QVO tutela redit, eò hęreditas peruenit, niſi cū fœminæ hæredes intercedūt. Nemo poteſt tutorem cuiquam dare niſi ei, quem in ſuis hæredibus, cū moritur, habuit habiturúſve eſſet, ſi vixiſſet. Vi factū videtur id eſſe, quod de re quis, cum prohiberetur, fecit. Clàm quod quiſque, cum cōtrouerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit. Quæ in teſtamēto ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſint: perinde ſunt, ac

ſi ſcripta non eſſent. Nec paciſcendo, nec legem diſcendo, nec ſtipulãdo, quiſquam alteri cauere poteſt.

» NON debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. PAP.

» NEMO poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

IN TOTVM, omnia quæ animi deſtinatiõe agẽda ſunt: nõ niſi vera & certa ſciẽtia perfici poſſũt.

ACTVS legitimi qui non recipiunt diẽ vel con» ditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæredita» tis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiãtur » per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamẽ actus ſupraſcripti tacite recipiũt, quæ aperte comprehenſa vitium afferunt. Nam ſi acceptũ » feratur ei qui ſub cõditione promiſit: ita demũ egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit. quę ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

GENERALITER, cum de fraude diſputatur: nõ quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſyderandum eſt.

FRAVDIS interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu dũtaxat, ſed ex conſilio quoque deſyderatur.

» IN TOTO iure generi per ſpeciem derogatur: » & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

» QVAE dubitationis tollendæ cauſa cõtractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

» DONARI videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

» NON VIDETVR rẽ amittere, cuius propria non fuit.

» NON SOLENT, quæ abundant, vitiare ſcripturas. VLP.

» NEMO dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur.

IN AMBIGVIS orationibus maximè ſen- » tentia ſpectanda eius eſt, qui eam protuliſſet. MET.

EA SOLA deportationis ſentẽtia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt. HERM.

QVOTIES vtriuſque cauſa lucri ratio verti- » tur: is præferendus eſt cuius in lucro cauſa tempore præcedit.

» NON poteſt videri improbus, qui ignorat quantum ſoluere debeat. VEN.

» OMNIA, quæ in iure contrahuntur, contrario iudicio pereunt. CAIVS

» VBI lex duorum menſium fecit mẽtionem, & » qui ſexageſimoprimo die venerit, audiendus eſt: ita » etenim Imperator noſter Antoninus cum Diuo Fratre ſuo reſcripſit. PAVL.

QVI vetante Prætore fecit, hic aduerſus edictũ » feciſſe, propriè dicitur. Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare. VLP.

» NEMO de domo ſua extrahi debet. PAVL.

SI IN duabus actionibus alibi ſumma maior, » alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparant famoſa iudicia: etſi ſummam diſparẽ habeant, pro paribus accipienda ſunt. VLP.

» VBICVNQVE cauſę cognitio eſt, ibi Prætor deſyderatur. PAVL.

» LIBERTAS, inæſtimabilis res eſt.

» CVM ſeruis nulla eſt actio. CAIVS

» FERE in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati » & imprudentiæ ſuccurritur. PAVL.

„ NVLLVM crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poſſit.

„ IN EO, quod plus ſit, ſemper ineſt minus. Ne„ mo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione. Pupillus pati poſſe non intelligitur. Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe fa„ ctum. Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cũ defen„ dantur: non vt facilius calumnientur.

CAIVS PVPILLVM qui proximus pubertati ſit: ca„ pacem furandi & iniuriæ faciendæ, conſtat. In hære„ des non ſolent actiones trãſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

PAVL. NIHIL intereſt, ipſo iure quis actionẽ nõ habeat: an per exceptionem infirmetur.

CAIVS IN TOTO & pars continetur.

PAVL. „ IN obſcuris inſpici ſolere, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet.

SI QVIS obligatiõe liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe. Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummoueri.

VLP. NIHIL conſenſu tam contrariũ eſt (qui & bo„ næ fidei iudicia ſuſtinet) quàm vis atque metus, quẽ „ cõprobare, contra bonos mores eſt. Non capitur, qui ius publicum ſequitur. Non videtur, qui errant conſentire.

PAVL. „ PRAETOR bonorumpoſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

CAIVS „ CREDITOR, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

PAVL. NON VT EX pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt: ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

" ALIVD eſt vendere:aliud eſt vendenti cōſentire. Refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem partem. Abſurdum eſt plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quàm hęredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret. VLP.

IN IVRE ciuili receptum eſt, quoties per eũ, cuius intereſt conditionem impleri, non fiat, quò minus impleatur: perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. quod ad libertates, & legata, & ad hæredum inſtitutiões perducitur. Quibus exemplis ſtipulationes quoq; cõmittuntur, cũ per promiſſorem factum eſſet, quò minus ſtipulator conditioni pareret.

QVAE propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. PAVL.

CVI ius eſt donandi: eidem & vendendi & cõcedendi ius eſt. VLP.

" POENALIA iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt. PAVL.

" CVM quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probandum erit, nec, ſi in donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam. VLP.

" QVI rem alienam defẽdit, nunquam locuples habetur. PAVL.

" NON vidẽtur data, quæ eo tẽpore, quo dantur, accipiẽtis nõ fiunt. Qui iuſſu Iudicis aliquid facit: nõ videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet. VLP.

CAPIENDA occaſio eſt, quę prębet benigniꝰ " reſponſum. Quod factum eſt, cũ in obſcuro ſit: ex affectiõe cuiuſque capit interpretationem.

" IS DAMNVM dat, qui iubet damnum dare. " eiꝰ verò nulla culpa eſt, cui, parere neceſſe ſit. Quod

» IN obſcura voluntate manumittentis, fauendũ eſt libertati.

» QVOD iuſſu alterius ſoluitur: pro eo eſt, quaſi ſolutum eſſet ipſi.

» SI NEMO ſubijt hæreditatem, omne ius teſtamenti ſoluitur.

» QVOD nullius eſſe poteſt: id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

» ETSI nihil facile mutandum eſt ex ſolennib⁹: MAR.
» tamen, vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendũ eſt.

» IMPOSSIBILIVM nulla obligatio eſt.

VANI timoris non iuſta excuſatio eſt. CELS.

NIHIL peti poteſt ante id temp⁹, quo per rerum naturam ſolui poſſit: & cum ſoluendi tẽpus obligationi additur, niſi eo tempore præterito, peti non poteſt.

» SI QVIS prægnantem vxorem reliquit, nõ videbitur ſine liberis deceſſiſſe.

» VBI repugnantia inter ſe in teſtamento inuenientur: neutrum ratum eſt. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

» PVPILLVS nec velle nec nolle in ea ætate (niſi appoſita tutoris authoritate) creditur: nã, quod animi iudicio fit, in eo, tutoris authoritas neceſſaria eſt.

QVOD euincitur, in bonis non eſt.

» NERATIVS conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpondit non videri ſibi Principem, quod ei, quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

EA, QVAE in partes diuidi nõ poſſunt: ſolida MARC.

„ à ſingulis hæredibus debentur. In re dubia benignio„ rem interpretationem ſequi non minus iuſtum eſt, quàm tutius.

CELS. „ OMNIA ferè iura hæredum perinde habētur, „ ac ſi continuò ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

MOD. QVI per ſucceſſionem quamuis lōgiſſimam defuncto hæredes extiterint: non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hęredes extiterunt.

„ EXPRESSA NOCENT, non expreſſa non nocent.

PRIVILEGIA quædam cauſæ ſunt, quędā „ perſonæ. & ideò quædam ad hæredes tranſmittun„ tur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

„ SEMPER in coniunctionibus nō ſolum, quod „ licet conſiderandum eſt, ſed &, quod honeſtum eſt.

IAB. NEQVE in interdicto, neque in cæteris cauſis „ pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

„ NON poteſt dolo carere, qui imperio Magiſtratus non obtemperat.

VLP. „ QVI in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt. nā, „ cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

„ NON ALIENAT, qui dúntaxat omittit poſſeſſionem.

PAVL. „ NEMO plus commodi hæredi ſuo relinquit, quàm ipſe habuerit.

„ QVI non facit, quod facere debet, videtur face„ re aduerſus ea. Qui facit, quod facere non debet, nō „ videtur facere quod facere iuſſus eſt.

CAIVS „ LIBERTAS OMNIBVS rebus fauorabilior eſt.

NEMO alieno nomine agere poteſt. Tempora- VLP.
» lis permutatio ius prouinciæ non innouat.

VBI non voce, ſed præſentia opus eſt: mutus, ſi
» intellectum habet, poteſt videri reſpōdere. Idem in
ſurdo hic quidem & reſpōdere poteſt. Furioſus ab-
» ſentis loco eſt: & ita Pomponius libro I. Epiſtolarum
ſcribit.

» FAVORABILIORES rei poti⁹ quàm acto- CAIVS
res habentur.

» NEMO prædo eſt, qui pretium numerauit. Lo- VLP.
» cupletior nō eſt factus, qui libertum acquiſierit. Cum
» de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſi-
dentis.

CVM Prætor in hæredem dat actionem, quate- PAVL.
nus ad eum peruenit: ſufficit, ſi vel momēto ad eum
peruenit ex dolo defuncti.

» IN PARI cauſa poſſeſſor potior haberi debet.
» Hi, qui in vniuerſum ius ſuccedunt: hæredum loco
habentur.

NIHIL dolo creditor facit, qui ſuum recipit.
Cum principalis cauſa non conſiſtit: nec ea quidem,
quæ ſequuntur, locum habent.

» NVNQVAM ACTIONES, præſertim VLP.
» pœnales, de eadem re concurrentes, aliam alia con-
ſumit.

» QVI dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente dã- PAVL.
natur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

» IMPERITIA, culpæ annumeratur. CAIVS

» MELIOR conditio noſtra per ſeruos fieri po-
teſt: deterior fieri non poteſt.

» NON fraudantur creditores, cum quid non ac- VLP.
» quiritur à debitore: ſed, cum quid de bonis diminui-
» tur. Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam cōditionē

EX QVA perſona quis lucrum capit, eius factũ præſtare debet. VLP.

PAREM eſſe conditionẽ oportet eius, qui quid poſſideat vel habeat: atque eius, cuius dolo malo factũ ſit, quo minus poſſideret vel haberet.

NEMO damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet. PAVL.

HOC IVRE vtimur: vt, quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. Deiecit, qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratũ habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. In cõtractibus, quib9 doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres inſolidum tenetur. VLP.

FERE, quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in cõtrariũ actis liberamur: vt quibus modis acquirimus, iiſdẽ in cõtrariũ actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiritur niſi animo & corpore: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrunque in cõtrariũ actum eſt. PAVL.

CVM PAR delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor: & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit, cũ de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori, Aut, ſi non Rei quoque in ea re dolo actum ſit. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. VLP.

FACTVM cuique ſuum, non aduerſario nocere debet. Nõ videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur. In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt. PAVL.

INVITVS nemo cogitur defendere. Cui damus actionem, eidem competere exceptionẽ, & multò magis quis dixerit. Cum quis in alicuius locũ ſucceſſit: nõ eſt æquũ ei nocere hoc, quod aduerſus eum nõ nocuit, in cuius locum ſucceſſerit. Plerunque em- VLP.

tis tractu conualeſcere non poteſt.

SERVVS Reip.cauſa abeſſe non poteſt. PAVL.

L. LIB. DIGESTORVM FINIS.

EX LIBRO PRIMO CONSTITVTIONVM CODICIS IVSTINIANI.

DE VETERI IVRE ENVCLEANDO, ET AVTHORITATE IVRISPRVDENTVM QVI IN DIGESTIS REFERVNTVR.

IMPERATOR IVSTINIANVS TRIBONIANO QVAESTORI SACRI PALATII.

DEO authore noſtrum gubernante imperiũ, quod nobis à cœleſti maieſtate traditũ eſt, & bella feliciter peregimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reip. ſuſtentamus, & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutoriũ, vt neque armis cõfidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducib9, neque noſtro ingenio: ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ prouidentiã Trinitatis, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarũ producta eſt. Cũ itaq; nihil tam ſtudioſum in omnib9 rebus inueniatur, quàm legum authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnẽ iniquitatem ex-

tur. Iubemus igitur vobis antiquorum prudentium, quibus authoritatem conſcribendarum interpretan-
» darúmque legum ſacratiſſimi Principes præbuerunt,
» libros ad ius Ro. pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnibus materia colligatur: nulla, ſecundum quod poſſibile eſt, neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta: ſed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus ſufficiat. Qui alios autem libros ad ius per-
» tinentes ſcripſerunt, quorum ſcripturæ à nullis vete-
» ribus receptæ nec vſitatæ ſunt: neque nos eorum volumina noſtram inquietare dignamur ſanctionem. Cúmque hæc materia ſũmi numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere exſtruere, & quaſi proprium & ſacratiſſimum templum Iu-
» ſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam ſecundum noſtri con
» ſtitutionem codicis, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe patuerit. vt nihil extra memoratam conſummationẽ poſſit eſſe de-
» relictum: ſed his quinquaginta libris totum ius anti-
» quum milleſimum & quadringenteſimum penè an-
» num confuſum, & à nobis purgatum, quaſi quodam muro vallatum, nihil extra ſe habeat: omnibus authoribus iuris æqua dignitate pollẽtibus, & nemini quadam prærogatiua ſeruanda: quia non omnes in omnia, ſed certi per certa certiores vel deteriores inueniuntur. Sed neque ex multitudine authorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote: cum poſſit vnius, forſan & deterioris, ſententia & multos & maiores aliqua in parte ſuperare. Et ideò ea, quæ antea in notis
» Æm. Papiniani ex Vlpiano & Paulo necnon & Mar
» tiano aſſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtine-

ueniatur: nullũ crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electioni hoc aſcribatur. Nulla itaque in omnib9 prædicti codicis membris ἀντινομία (ſic enim à vetuſtate græco vocabulo nuncupatur) aliquẽ ſibi vendicet locum: ſed ſit vna concordia, conſequentia, aduerſario nemine conſtituto. Sed & ſimilitudinẽ (ſecũdum quod dictum eſt) ab huiuſmodi conſummatione volumus exulare: & ea, quæ ſacratiſſ. conſtitutionibus, quas in codicem noſtrũ redegim9, cauta ſunt, iterum poni ex veteri iure non cõcedimus: cum diualium conſtitutionũ ſanctio ſufficiat ad eorum authoritatem: niſi forte propter diuiſionem, aut propter repletionem, vel propter pleniorẽ indaginem hoc cõtigerit: & hoc tamen perrarò: ne ex cõtinuatione huiuſmodi lapſus, oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum. Sed, & ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ, iam per deſuetudinem abierũt: nullo modo vobis eaſdem ponere permittimus: cũ hæc tantũmodo obtinere velimus, quæ vel iudiciorũ frequẽtiſſimus ordo exercuit, vel longa cõſuetudo huius almæ vrbis comprobauit: ſecundum Saluij Iuliani ſcripturã: qui iudicat omnes debere ciuitates cõſuetudinem Romæ ſequi & leges, quæ caput eſt orbis terrarũ: nõ ipſam alias ciuitates. Romam autẽ intelligẽdum eſt non ſolùm veterẽ, ſed etiam regiam noſtrã, quæ Deo propitio, melioribus condita eſt augurijs. Ideóque iubemus duobus iſtis codicibus omnia gubernari: cõſtitutionum vno: altero iuris enucleati, & in futurũ codicem componendi: vel ſi quid aliud à nobis fuerit promulgatum Inſtitutionũ vicem obtinens, vt rudis animus ſtudioſi, ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudẽtiæ redigatur ſcientiam. Noſtram autem conſummationem,

thica æterna pace ſopita, póſtque Vandalicam gentē
» ereptam, & Chartaginē, imò magis omnem Libyam
» Romano imperio iterum ſociatam: etiam leges antiquas iam ſenio prægrauatas, per noſtram vigilantiā præbuit in nouam pulchritudinem & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante noſtrum imperium vnquam ſperauit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimauit. Erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab Vrbe con-
» dita vſque ad noſtri imperij tempora (quæ penè in
» mille & quadringentos annos decurrunt) inteſtinis prælijs vacillantem, hâncque & Imperiales conſtitutiones extendentem, in vnam reducere conſonan-
» tiam, vt nihil neque contrarium, neque idem, ne-
» que ſimile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ vſquam appareant. Nanque hoc cæleſtæ quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanę verò imbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis præſidium reſpeximus, & ſummo numine inuocato, Deū authorem, & totius operis præſulē fieri optauimus: & om-
» ne ſtudium Triboniano viro excelſo Magiſtro offi-
» ciorum, & Exquæſtori ſacri palatij noſtri, & Conſuli credidimus: eiſque omne miniſterium huiuſmodi ordinationis impoſuimus: vt ipſe vnà cum alijs illuſtribus & prudentiſſimis viris noſtrum deſyderium ad-
» impleret. Noſtra quoque maieſtas ſemper inueſtigando, & perſcrutando ea, quæ ab his componebantur, quicquid dubium & incertum inueniebatur, cum numine cæleſti rectè emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confe-
» cta ſunt, Domino & Deo noſtro IESV CHRI-

libris eis deputatis. Quartus autem locus, qui eſt to-
» tius compoſitionis quaſi quidam vmbilicus, reliquos
» octo libros ſuſcepit: in quibus omnia quæ ad hypo-
thecam pertinent, repoſita ſunt: vt non à pignorati-
tia actione in libris de rebus poſita, multum diſta-
» rent. Alio libro eidem incerto volumini, qui Ædili-
» tium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ
» ſtipulationem, quæ de euictionibus propoſita eſt,
continet: quia hæc omnia titulis emptionum & ven-
ditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones
quaſi pediſſequæ illarum ab initio proceſſerunt: in
vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca deuia
& multo diſtantia diuagantes: per noſtram autem
prouidentiam his cõgregatæ: cum oportuerit ea quæ
de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius
» itaque liber poſt duos priores nobis excogitatus eſt,
» de vſuris, & traiectitijs pecunijs, & de inſtrumentis,
& de teſtibus, & probationibus, necnon præſum-
ptionibus. Et memorati tres ſingulares libri, iuxta
compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos, ſiqua
de ſponſalibus, vel nuptijs, vel dotibus, legibus dicta
» ſunt, repoſuimus: tribus librorum voluminibus ea
» concludentes. De tutelis autem & curationibus ge-
» minos libros conſcripſimus. Et memoratam ordina-
tionem octo librorum, mediam totius operis repoſui
mus, omnia vndique tã vtiliſſima, quàm pulcherri-
» ma iura continentem. Quintus autem exoritur no-
» bis Digeſtorum articulus, in quo de teſtamentis vel
» codicillis tam priuatorum, quàm militum omne,
quicquid antiquitus dictum eſt, inueniat quis repoſi
tum: qui de teſtamẽtis appellatur. De legatis autẽ &
» fideicommiſſis, quinque librorum numerus aggrega-

donationibus tam inter viuos quàm mortis cauſa
» conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum
» ſingularem deduximus. De manumiſſionibus au-
» tem & de liberali cauſa alius liber reſpondet. quem-
admodum de acquiſitione tam dominij, quàm poſ-
ſeſſionis, & titulis qui eam inducunt, multæ & va-
» riæ lectiones vni ſunt incertæ volumini. Alio libro
» deputato ijs qui iudicati vel in iure confeſſi ſunt: &
bonorum detentionibus, & venditionibus: &, vt
ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſt quæ om-
» nia, interdicta glomerata ſunt. deinceps exceptio-
» nes, & de temporum prolixitatibus: & de obliga-
» tionibus & actionibus liber iterum ſingularis oſten-
ditur: vt præfata ſexta pars totius Digeſtorum volu-
» minis, octo libris diffiniatur. Septimus autem & no-
» uiſſimus articulus Digeſtorum ſex libris formatus
» eſt: quo de ſtipulationibus ſeu verborum obligatio-
» nibus, & fideiuſſoribus & mandatoribus, necnon
» nouationibus, & ſolutionibus, & acceptilationibus,
» & de Prætorijs ſtipulationibus, omne quod ius inue-
» nitur, gemino volumine inſcriptum eſt. quod in li-
» bris antiquis nec numerari poſſibile fuit. Poſt hæc
» duo terribiles libri poſiti ſunt pro delictis priuatis,
» & extraordinarijs necnon publicis criminibus: qui
» omnem continent ſeueritatem, pœnarúmque atro-
» citatem. Quibus permiſta ſunt & ea, quæ de audaci-
» bus hominibus cauta ſunt, & qui ſe celare conan-
» tur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis, quæ con-
» tumacibus infliguntur vel condemnatis concedun-
» tur, necnon de eorum ſubſtantijs. Liber autem ſin-
» gularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt
contra ſententias tam ciuiles quàm criminales cau-

ſas finientes. Cætera autem omnia quæ de munici-
palibus vel decurionibus, & muneribus vel publicis
operibus, vel nundinis & pollicitationibus, ac diuer-
ſis cognitionibus & cenſibus & ſignificationibus ver
borum á veteribus inuenta ſunt, quǽque regula-
„ riter definita, in ſe recipit quinquageſimus totius
„ conſummationis perfectus. Quæ omnia confecta
ſunt per virum excelſum necnon prudentiſſimum
„ Magiſtrum, Exquæſtorem & Conſulem Tribonia-
„ num: qui ſimiliter eloquentiæ & legitimæ ſcientiæ
artibus decoratus, in ipſis rerum experimentis emi-
cuit: nihilque maius nec charius noſtris vnquam
iuſſionibus duxit, necnon per alios viros magnificos
„ & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt, id eſt Conſtantinum
„ virum illuſtrem Comitem ſacrarum largitionum,
„ & Magiſtrum ſcrinij librorum, ſacrarúmque cogni-
tionum: qui ſemper nobis ex bona opinione & glo-
„ ria ſeſe commendauit: necnon Theophilum virum
illuſtrem Magiſtrum, iuriſque peritum in hac ſplen-
didiſſima ciuitate laudabiliter optimam legum gu
„ bernationem extendentem: & Dorotheum virum
illuſtrem, & facundiſſimum Quæſtorem, quem in
„ Berytenſium ſplendidiſſima ciuitate leges diſcipu-
lis tradentem, propter eius optimam opinionem &
gloriam ad nos deduximus, participémque huius
„ operis fecimus. ſed & Anatoleum virum illuſtrem
Magiſtrū: qui & ipſe apud Berytēſes iuris interpres
cōſtitutus, ad hoc opus adlectꝰ eſt, vir ab antiqua ſtir
„ pe legitima procedens, cum & pater eius Leontius,
„ & auus Eudoxus: qui poſt Patricium inclytæ recor-
„ dationis Quæſtorium & anteceſſorem, & Leontium
„ virum glorioſiſſimum Præfectorium Conſularem,

» atque patricium, filium eius, optimam ſui memoriã » in legibus reliquerunt. Nec non & Cratinum virum illuſtrem & Comitem ſacrarum largitionum, & optimum anteceſſorem huius almæ vrbis conſtitutũ: qui omnes ad prædictum opus electi ſunt: vnà cum » Stephano, Mena, Proſdocio, Entolmio, Timotheo, » Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Conſtantino, Ioanne, viris prudentiſſimis: qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem Præfecturæ, quæ Orientalibus prætorijs præſidet: omnes autem ſuæ virtutis teſtimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt. & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelſi, vt tantum opus nobis autho» ribus poſſent cõficere: Deo propitio in quinquaginta » libros opus cõſummatum eſt. Tanta autem à nobis » antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina pruden» tiũ taciturnitati tradere nullo pateremur modo: ſed » vnuſquiſque eorũ, qui author legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt, hoc tantũmodo à nobis affecto, vt, ſi quid in legibus eorum vel ſuperuacuũ, vel imperfectum, aut minus idoneũ viſum eſſet: vel adiectionem, vel diminutionẽ neceſſariam accipiat, & rectiſſimis regulis tradatur. Et ex multis ſimilibus vel contrarijs, quod rectius habere apparebat, hoc pro alijs omnibus poſitũ eſt. Vna omnibus authoritate indulta: vt, quicquid ibi ſcriptũ eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitũ: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, ijs, quę noſtra authoritas introduxit: quia multa & maxima ſunt, quæ propter vtilitatẽ rerum transformata ſunt: adeò, vt etſi Principalis cõſtitutio fuerat in veteribus libris

&, quod poſtea in ſtabilitatem redactũeſt. quod op9 ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe iudicauimus: & prædictos libros, con»
» ſtitutionum vicem habere iuſſimus: quod in oratione
» noſtra quam eiſdem libris præpoſuim9, apertius de»
claratur. Omnis igitur Romani iuris diſpoſitione cõ»
» poſita, & in tribus voluminibus, id eſt Inſtitutionũ,
» & Digeſtorum ſeu Pandectarum, necnon Conſtitu»
» tionum perfecta, & tribus annis conſummata: (quæ vt primùm ſperari cœpit, neque in totum decẽnium compleri ſperabatur) omnipotenti Deo & hanc ope ram ad hominum ſuſtentationem pijs obtulimus a»
» nimis: vberéſque gratias maximæ Deitati reddidi» mus: quæ nobis præſtitit & bella feliciter agere, & honeſta pace potiri: & non tantum noſtro, ſed etiam omni æuo tam inſtanti quàm poſteriori leges opti» mas ponere. Omnibus itaque hominibus eandẽ ſan» ctionem manifeſtam facere neceſſarium eſſe perſpe» ximus: vt ſit eis cognitum, quanta confuſione & in» finitate abſoluti, in quantam moderationem & legi» timam veritatem peruenerunt: legéſque in poſterum habeant tam directas, quàm cõpendioſas, omnibúſ» que in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earũ, facilitatem idoneam: vt non mole diuitiarum expen»
» ſa poſſint homines ſuperuacuæ legum multitudinis
» adipiſci volumina: ſed viliſſima pecunia facilis eorũ
» cõparatio pateat tam ditioribus, quàm tenuiorib9,
» minimo pretio magna prudentia cõparanda. Si quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immẽ» ſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan rarò inueniatur: nemo hoc vituperandum exiſtimet, ſed primùm quidem imbecillitati humanæ, (quæ natu»

raliter ineſt) hoc aſcribat· quia OMNIVM HA» BERE MEMORIAM, & penitus in nullo pec» care, diuinitatis magis quâm mortalitatis eſt. quod & â maioribus dictũ eſt. Demũ ſciat, quòd ſimilitu» do in quibuſdam & his breuiſſimis aſſumpta, nõ in» utilis eſt, & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſe cutum · Aut enim ita lex neceſſaria erat, vt diuerſis » titulis propter rerum cognitionem applicari eã opor » teret: aut, cum fuerat alijs diuerſis permiſta, impoſſi» » bile erat eam per partes diſtrahi, ne ius totũ confun» deretur. & in ijs partibus, in quib9 perfectiſſimæ iuſ» ſiones veterũ expoſitæ fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc diuidere ac ſeparare, penit9 erat inciuile: ne tam ſenſus, quâm aures legẽtium ex hoc perturbarentur. Similíque modo, ſi quid Princi» » palibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſto» » rum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi » conſtitutionum recitatione ſufficiente: niſi hoc raró, ex ijſdem cauſis, quibus ſimilitudo aſſumpta eſt. Con trarium autem aliquid in hoc codice poſitum, nullũ ſibi locum vendicabit: nec inuenitur, ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiat: ſed eſt aliquod nouum inuentũ, vel occulte poſitum, quod diſſonan tiæ querelam diſſoluit, & aliam naturam inducit diſ» cordiæ fines effugientem. Sed, & ſi quid forſitã præ» termiſſum eſt in tantis milib9: quaſi in profundo po» ſitum, latitabat: &, cum idoneum fuerat poni, obſcu» ritate inuolutũ neceſſario derelictũ eſt. Quis hoc re» prehendere recto animo poſſit? primũ quidẽ propter ingenij mortalis exiguitatẽ. deinde propter ipſius rei vitium: quod multis inutilibus permiſtum, nullam ſibi ad erudiendum præbuit cauſam, demum quia » multò vtilius eſt pauca idonea effũdere, quâm mul»

tis inutilibus homines prægrauari. Mirabile autem
» aliquid ex his libris emerſit, quòd multitudo anti-
» qua præſente breuitate paucior inuenitur. Homines
etenim qui antea lites agebāt: licet multæ leges fue-
rant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel
» propter inopiam librorum, quos comparare eis im-
» poſſibile erat: vel propter ipſam inſcientiam & vo-
» luntate Iudicum magis, quàm legitima authoritate
» lites dirimebantur. In præſenti autem conſumma-
tione noſtrorum Digeſtorum, ex tantis leges colle-
ctæ ſunt voluminibus, quorum etiam nomina anti-
» quiores homines nō dicimus neſciebant, ſed nec vn-
» quam audiebant. quæ omnia collecta ſunt ſubſtan-
» tia ampliſſima congregata: vt egena quidem antiqua
» multitudo inueniatur: opulentiſſima autem breuitas
noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapiētiæ librorum
copiam maximè Tribonianus vir excellentiſſimus
præbuit: in quibus multi fuerāt & ipſis eruditiſſ. ho-
minibus incogniti. quibus omnibus perlectis, quic-
quid ex his pulcherrimū erat, hoc ſemotū in optimā
noſtram compoſitionem peruenit. Sed huius operis
conditores non ſolum ea volumina perlegerunt, ex
quibus leges poſitę ſunt: ſed etiam alia multa: qui ni-
hil vel vtile, vel nouum in eis inuenientes, quod ex-
cerptum noſtris Digeſtis applicarent, optimo ani-
» mo reſpuerunt. Sed quia diuinæ quidem res perfe-
» ctiſſimæ ſunt: humani verò iuris conditio ſemper in
» infinitum decurrit: & nihil eſt in ea, quod perpetuo
» ſtare poſſit (multas etenim formas edere natura no-
» uas deproperat:) non deſperamus quædam poſt-
» ea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non
ſunt innodata. Si quid igitur tale contigerit, Augu-

ſtum imploretur remedium·quia ideò Imperialem
„ fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, vt poſſit
„ omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & cō-
ponere, & modis & regulis competentibus tradere.
Et hoc non primùm à nobis dictum eſt, ſed ab anti-
„ qua deſcendit proſapia: cum & ipſe Iulianus legum
„ & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, ſuis libris
„ hoc retulerit: vt, ſi quid imperfectum inueniatur, ab
„ Imperiali ſanctione hoc repleatur. Et non ipſe ſolus,
„ ſed & diuus Adrianus in compoſitione edicti, & Se-
„ natuſc. quod eam ſecutū eſt: hoc apertiſſime diffini-
„ uit, vt, ſi quid in edicto poſitum non inueniatur, hoc,
„ ad eius regulas eiúſque coniecturas & imitationes
poſſit noua conſtituere authoritas. Hæc igitur omnia
ſcientes P. C. & omnes orbis terrarum homines, gra-
tias quidē ampliſſimas agite ſummæ diuinitati, quæ
noſtris temporibus tam ſaluberrimum opus ſerua-
uit. Quo enim antiquitas digna diuino non eſt viſa
iudicio: hoc noſtris temporibus indultū eſt. Has ita-
„ que leges & adorate, & obſeruate, omnibus anti-
„ quioribus quieſcentibus. nemóque veſtrum audeat
vel comparare eas prioribus: vel, ſi quid diſſonans in
vtroque eſt, requirere·quia omne, quod hic poſitum
eſt, hoc vnicum & ſolum obſeruari cēſemus. Nec in
iudicio, nec in alio certamine, vbi leges neceſſarię ſūt:
ex alijs libris, niſi ex ijſdem inſtitutionibus, noſtriſ-
que Digeſtis, & Conſtitutionibus à nobis compoſi-
tis vel promulgatis aliquid vel recitare vel oſtende-
re conetur, niſi temerator velit falſi crimini ſubie-
ctus, vnà cum Iudice, qui ei audientiam accommo-
dauerit, pœnis grauiſſimis laborare. Ne autem inco-
gnitum vobis ſit, ex quibus veterum libris hæc con-
ſummatio ordinata eſt: iuſſim⁹ & hoc in primordijs

Digeſtorum noſtrorum inſcribi, vt manifeſtiſſimum ſit ex quibus legiſlatoribus, quibúſque libris eorum, & quot milibus hoc iuſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legiſlatores autem vel commẽtatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores piiſſimi Principes admittere non ſunt indignati: omnib⁹ vno dignitatis apice impartito, nec ſibi quoquam aliquam prærogatiuam vindicante. Cum enim conſtitutionum vices & has leges obtinere cẽſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius aut minus in quibuſdam eſſe intelligatur? cum vna dignitas, vna poteſtas omnibus eſt indulta. Hoc autem, quod ab initio nobis viſum eſt, cum hoc opus fieri Deo annuente, mãdabamus: tempeſtiuũ nobis videtur & in pręſenti ſancire: vt nemo, neq; eorũ qui in præſenti iuris peritiam habẽt, nec qui poſtea fuerint, audeant cõmentarios iiſdẽ legibus annectere: niſi tantum, ſi velint eas in græcam vocem transforma re ſub eodem ordine, eadémq; conſequentia, ſub qua voces Romanæ poſitæ ſunt: hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt: & ſi qui forſitan per titulorum ſubtilitates annotare maluerint, & ea quæ παρὰ τίτλα nuncupantur, componere. alias autem legum interpretationes (imò magis peruerſiões) eos tractare nõ concedimus: ne verboſitas eorũ aliquod legibus noſtris afferat ex confuſione dedecus: quod in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt: qui opus moderate cõfectum huc atque illuc in diuerſas ſententias producentes, in infinitum diſtraxerunt: vt penè omnem Romanã ſanctionem cerneres eſſe cõfuſam. Quod ſi paſſi non ſumus, quemadmodum poſteritatis admittetur vana diſcordia? Si quid autẽ tale facere auſi fuerint: ipſi quidem falſi rei conſtitu-

antur:volumina autem eorum omnino corrũpantur.
Si quid verò(vt ſuprà dictum eſt) ambiguum fuerit
» viſum: hoc ad Imperiale culmen per Iudices refera-
» tur, & ex authoritate Auguſta manifeſtetur:cui ſoli
» conceſſum eſt leges & condere,& interpretari. Ean-
dem autem pœnã falſi conſtituimus & aduerſus eos
» qui in poſterum leges noſtras per ſignorum obſcuri-
» tates auſi fuerint cõſcribere·Omnia enim, id eſt,no-
mina prudentum,& titulos, & librorum numeros,
» per conſequentias literarum volumus,non per ſigna
» manifeſtari:ita,vt,qui talem librũ ſibi cõparauerit,in
» quo ſigna poſita ſunt in quocũq; loco libri vel volu-
» minis,ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominũ. Neq; enim
licentiã aperimus ex tali codice in iudicio aliquid re-
citari,qui in quacunque ſui parte ſignorũ habet ma-
litiam. Ipſe autẽ librarius,qui ea ſcribere auſus fue-
» rit: non ſolum criminali pœna (ſecundũ quod dictũ
» eſt)plectetur:ſed etiam libri æſtimationem in duplũ
domino reddet, ſi ipſe dominus ignorãs talem librũ
vel cõparauerit,vel confici curauerit.quod & antè à
nobis diſpoſitũ eſt conſtitutione,quam ad legũ pro-
feſſores dimiſimus. Leges autem noſtras,quas in his
codicibus, id eſt Inſtitutionum ſeu elementorum,
& Digeſtorum vel Pandectarum poſuimus, ſuũ ob-
» tinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus Cõ
» ſulatu præſentis x I I indict.tert. Cal.Ian.in omne
æuum valituras:vnâ cũ noſtris Cõſtitutionibus pol-
lentes:& ſuũ vigorem in iudicijs oſtendentes in om-
nibus cauſis,ſiue,quæ poſtea emerſerint,ſiue quæ in
iudicijs adhuc pendent,nec eas iudicialis vel amicabi
lis forma cõpeſcuit. Quæ enim iam vel iudiciali ſen-
tentia finita ſunt, vel amicabili pacto ſopita,hæc re-

ſuſcitari nullo modo volumus. Bene autem properauimus in tertium noſtrum Conſulatũ has leges ede-
» re: quia maximi Dei & D. N. IESV CHRISTI
» auxilium, feliciſſimum æuũ noſtræ reip. donauit: cũ in hoc & bella Parthica abolita ſint, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars etiam totius mundi nobis
» accreuerit. Poſt Europã enim, & Aſiam, tota Libya
» noſtro imperio adiuncta eſt: & tãto operi legum, ea compoſitione caput impoſitũ eſt: omniáque cœleſtia dona noſtro tertio Conſulatu indulta ſunt. Omnes itaq; Iudices noſtri pro ſua iuriſdictione eaſdẽ leges ſuſcipiant: & tam in ſuis iudicijs, quàm in hac regia vrbe habeant, & proponãt: & præcipuè vir excelſus huius almæ vrbis Præfectus. Curæ autem erit excelſis tribus P. P. tam Oriẽtalibus, quàm Illyricis, necnon & Libycis, per ſuas authoritates, omnibus qui ſuæ iuriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CATALOGVS IVRISCONSVLTORVM, LIBRORVMQVE EX QVIBVS PANDECTAE CONFECTAE SVNT.

Q. MVTII P. F. SCAEVOLAE P. M.

Defunctionum liber I.

GALLI AQVILII

Reſponſa.

ANTISTII LABEONIS

Γραθανῶν lib. IIII. Poſteriorum X.

SALVII IVLIANI

Digeſtorũ lib. XC. De ambiguitatib. I. Ad Minutium VI. Ad Vrſeium IIII.

NERATII PRISCI

Regularum lib. XV. Membranarum VII. Reſponſionum III.

VOLVSII MAETIANI.

Fideicommiſſorum XVI. Publicorum XIIII.

MARTIANI

Inſtitutorum XVI. Regularũ V. De appellationibus II. Publicorum II. SINGVLARES De delatorib. Hypothecariæ. Ad S. C. Turpilianũ

I. CELSI.

Digeſtorum XXXIX.

VALENTIS

Fideicommiſſorum VII.

MARCELLI.

Digeſtorum XXXI. Reſponſorum I. Ad leges VI.

IABOLENI.

Ex Caſſio V. Epiſtolarum XIIII. Ad Plautiũ V.

SERBIDII SCAEVOLAE

Digeſtorum X L. Quæſtionum X X. Reſponſorũ V I. Regularum I I I I. SINGVLARES De quæſtione familiæ. Quæſtionum publicè tractatarum.

PAPINIANI

Quæſtionum V I I. Reſpõſionum X I X. Definitionum I I. SINGVLARES De adulterijs. Ædilitius.

DOMITII VLPIANI.

Ad edictũ L X X X I I I. Ad Sabinum L I. Ad leges X X. Pro tribunali X. De officio Procoſ. X. Regularum Fideicommiſſorum V I. Opinionum V I. De adulterijs V. De appellationib. I I I I. De officio COS. I I I. Inſtitutorũ I I. De cenſib. V I. Reſpõſorum I I. SINGVLARES Regularũ. De ſponſalibus. De officio Præf. Vrbi. De officio Præf. Vigilum. De officio Curatoris Reip. De officio Prætoris tutelaris. De officio quæſtoris.

I. PAVLI

Ad edictum L X X X. Quæſtionum X X V I. Reſponſorum X X I I I. Breuium X X I I I. Ad Plautiũ X V I I I. Ad Sabinũ X V I. Ad leges X. Regularum V I I. Sententiarum vel factorum V I. Sentẽtiarum iterum V. Ad Vitellium I I I I. Ad Neratiũ I I I I. Fideicõmiſſorum I I I. Decretorum I I I. De adulterijs I I I. Manualiũ I I I. Inſtitutorum I I. De officio Procoſ. I I. Ad legem Iuliam (vel Æliam) I I. Ad legem Æliam Sentiã I I I. De iure Fiſci I I. SINGVLARES. Regularum rurſus. Regularum tertio. De pœnis paganorum. De pœnis militum. De pœnis omnium

legum. De vſuris. De gradibus & affinibus. De iure codicillorum. De excuſationibus tutelarum. Ad regulam Catonianam. Ad s. c. Orficianum. Ad Senatuſconſultum Tertyllianum. Ad Senatuſconſultum Syllanianum. Ad Senatuſconſultū Belleianum. Ad Senatuſconſultum Libonianum ſeu Claudianum. De officio Præfect. Vigilum. De officio Pręfect. Vrbi. De officio Prætoris tutelaris. De extraordinarijs criminib. Hypothecariæ ad municipalē. De publicis iudicijs. De inofficioſo teſtamento. De Centumuiralibus iudicijs. De iure ſingulari. De ſecundis tabulis. Ad orationē Diui Seueri. Ad orationem Diui Marci. Ad legem Velleam. Ad legem Cinciam. Ad legem Falcidiam. De tacito Fideicommiſſo. De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur. De iuris & facti ignorantia. De adulterijs. De inſtructo & inſtrumento. De appellationibus. De iure libellorum. De teſtamentis. De iure patronatus. De iure patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit. De actionibus. De interceſſionib. fœminarum. De donationibus inter virum & vxorem. De legibus. De legitimis hæreditatib. De libertatibus dandis. De Senatuſconſultis.

SABINI

De iure ciuili III. Ex Proculi I. Epiſtolarum VIII.

POMPONII

Lectionum ad Quin. Mutium XXXIX. Ad Sabinum XXXV. Epiſtolarum XX. Variarum lectionum XV. Ad Plautium VII. Fideicōmiſſorū V. Senatuſcōſultorum V. Regularum I. Enchiridij II.

T. CAII
Ad edictũ prouinciale XXXII. Ad leges XV. Ad edictũ publicum XV. Aureorum VII. Do decadelti VI. Inſtitutionum III. De manumiſſionib. III. Fideicõmiſſorũ II. SINGVLARES. De caſibus. Regularũ. Hypothecariæ. Dotalitiorum.

VENVLEI
Stipulationũ XIX. Actionum X. De officio Proconſ. IIII. De pœnis paganorũ I. Publicorum III. De interdictis VI.

MAVRITIANI
Ad leges VI.

TERENTII CLEMENTIS.
Ad leges XX.

AFRICANI
Quæſtionum IX.

FLORENTINI
Inſtitutorum XII.

TERTYLLIANI
De caſtrenſi peculio I.

IVSTI
Conſtitutionum XX.

TRYPHONIANI
Diſputationum XXI.

CALLISTRATI
De cognitionib. VI. Edictorum monitoriorum VI. De iure Fiſci IIII. Inſtitutorum III. Quæſtionum III.

MENANDRI
Militarium IIII.

MODESTINI
Reſponſorum XIX. Pandectæ XII. Regula-

rum x. Differentiarum i x. Excuſationum v i. De pœnis i i i i. SINGVLARES, De præſcriptionibus. De inofficioſo teſtamẽto. De manumiſſionib. De legatis & fideicõmiſſis. De teſtamentis. De eurematicis. De enucleatis caſib. De differẽtia dotis. De ritu nuptiarum.

TARRVNTII PATERNI

Militarium i i i i.

MACRI

Militariũ i i. Publicorum i i. De officio Præſidis i i. Icaſτων i i. De appellationibus i i.

ARCADII

De teſtib. i.

RVFINI

Regularum x x i.

P. FVRII ANTHIANI PATRIS

Edicti v.

MAXIMI

Ad legem Falcidiam

HERMOGENIANI.

Epitomarum v i.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE